

ANDREAS
TIRAQVELLVS
DE POENIS

Legum, ac Consuetudinum, Statutorumque
temperandis, aut etiam remittendis, &
id quibus quotque ex causis.

Accessit rerum, verborum, & sententiarum infi-
gnium locupletissimus Index.

*ms. del. Colestio de quemea
es*



SALMANTICAE.

Excudebat Andreas à Portonarijs S. C. M. Typographus.

M. D. L. I. X.

J. M. Palacios &



UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDO S. U. S. A. L. E. S.



ON P H E L I P-

pe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos fecilias de Ierusalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcias, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de laen, Conde de Flandes, e de Tirol, &c. Por quanto por vna nuestra carta dimos licencia para que qualquier Impressor pudieffe imprimir el libro intitulado Tiraquello de Pœnis tēperandis, sin que por ello cayesse en pena alguna, de las contenidas en las leyes y prematica por nos nueuamente fecha, cō que primero que se vendieffe se truxesse al nuestro consejo para que conforme a la dicha prematica se viesse e corrigiesse cō el original que se presento en nuestro consejo al tiempo que dimos la dicha licencia: en cūplimiento delo qual Andrea de Portonarijs nuestro Impressor presento ante nos en nuestro consejo vno de los libros que se auian imprimido y se corrigio y cō certo con el dicho original que queda en nuestro consejo suplicandonos y pidiendonos por merced diessemos licencia y facultad para que qualquier librero, o otra persona pudieffen vender los dichos libros, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo fue acordado q̄ deuiamos mā dar dar esta nuestra carta para vos en la dicha razon, y nos touimos lo por bien, y por la presente damos licencia y facultad para que qualquier librero o otra qualquier persona pueda veder el dicho libro de Tiraquello de Pœnis sin que por ello caygan ni incurran en pena alguna de las contenidas en las leyes y prematica por nos fecha dada en la villa de Valladolid, a cinco dias del mes de Iunio Año del Señor de mil e quinientos y cinquenta y nueue Años.

<i>El Licenciado</i>	<i>El Licenciado</i>	<i>El Licenciado</i>	<i>El Licenciado</i>	<i>El Doctor</i>
<i>Vaca de Castro.</i>	<i>Montaluo.</i>	<i>Otalora.</i>	<i>Arrieta.</i>	<i>Diego Gasca.</i>

Yo Francisco de Castillo Escriuano de camara de su Magestad Real la fize escriuir por su mandado con acuerdo de los de su consejo.

A M P L I S S I M O A T Q V E

I L L V S T R I S S I M O I N S V P R E -

M O C O N S I L I I R E G I I A V D I T O R I O

S E N A T O R V M O R D I N I

A N D R E A S A P O R T O N A R I I S .

F. P.



T R V M Mihi honestius esset, audacia, quàm timiditatis notam effugere, SENATORES GRAVISS. diu multumq; dubitavi. Nam ad eos scribere, quorum amplitudine & sapientia tantorum populorum & prouinciarum reguntur habenæ, audacis profectò, & nimium confidentis animi est.

Eorum verò authoritatem in re præclarissima reformidari, qui etiam infimæ fortis hominum in iuuanda Republ. conatus humanissimè solent excipere, timidi sanè, atque etiam stolidi fortasse, videri potest. Iucundissima tamen beneuolentiæ vestræ atq; humanitatis recordatio, qua me dudum ad iuuanda bonarum literarum studia incredibiliter inflammastis, me in tantum audaciæ compulit, vt temeritatis, quàm silentij redargui, satius esse duxerim. Illud enim quotidie animo obuersatur, quanto applausu septem illa Partitarum volumina, quæ ex nostra officina prodiere, excepistis: quanto munere ornastis: quanta denique voluntate atq; amore cæteras æditiones nostras amplecti soletis. Quorū ego voluntati, & honestissimæ expectationi, qua ratione cōmodiùs quam bonorum authorum noua accessione, & emendatione responderem, non reperi. Nam vt Rempubl. armis decoratam esse, summum quidem & magnificum est: sic literarum gloria florere, nihil dignius, neque laudabilius. Quam vtramque gloriam virtute vestra coniunctam etsi adeò colitis, adeò florentem augetis, vt iam quò crescere possit non habeat: nō alienum tamen fore existimaui, si authoris optimi, Librum De

* 2 pœnis

pœnis temperandis vt doctissimum, ita patrocínio vestro dignissimum, ad hanc quoque gloriam adiungerem. Quorum enim opem potiùs, quàm vestram imploret, qui iustitiæ summum ius sic lenitate temperatis: sic lenitatem summo iure retinetis, vt etiam facinorosi homines clementia vestra ad meliorem frugem reuocentur? Neque, opinor, licèt posthumus inferiori loco, quàm cæteri fratres, apud vos erit: cùm in eo efformãdo vir ille doctissimus, & de iurisprudẽtia optimè meritus Andreas Tiraquellus, idem quod in extremo actu solent Comici, præstitisse videatur. Vestræ igitur erunt partes, *SENATORES INTEGRIMI*. exulem & posthumum ea qua soletis cætera, humanitate fouere, & nominis vestri decore illustratum meliori vita frui, sinere. Mæ verò semper erunt in ea studia incumbere, quæ, benigna fauente vestræ autoritatis aura, mihi gloriam, cæteris fructus afferant vberimos. Deus Op. Max. Amplitudinem vestram ad conseruationem Reipub. diu conseruet incolumem.

ANDR. TIRAQUELLVS.

De pœnis

LEGVM, AC CONSVETVDINVM,
Statutorumq; temperandis, aut etiam remittendis, &
id quibus quòtque ex causis.

P R Æ F A T I O.

- 1 Iudex eos tantùm morti adiudicare potest, quos lex aut consuetudo condemnarit.
- 2 Facti q̄stio, est in arbitrio iudicãtis: pœnæ verò persecutio, legis authoritati reseruat.
- 3 Iudex duplici ratione impeditur, ne reum à pœna à iure statuta liberet.
- 4 Pœna si qua à consuetudine introducta sit, non licet iudici ab ea recedere.
- 5 In pœnis arbitrarijs illud certum est, quod consuetum est.
- 6 Consuetudo potestatem habet in sanguinem hominis.
- 7 Iudex tenetur etiam iudicare secundum ipsam consuetudinem.
- 8 Iudex, aut alius quiuis à Principe non potest recedere à pœna legis vel cõsuetudinis.
- 9 Carolus iudicem suspendi iussit, qui homicidam pœna manus tantùm condemnarat.
- 10 Iudex qui non vindicat læsam maiestatem, tenetur pœna læsæ maiestatis.
- 11 Iudices qui nocentes liberant, æquè peccant atque ipsi rei.
- 12 Iudex, qui nocentem liberat, infamis efficitur.
- 13 Iudex, qui pœnam remisit, aut minuerit, bonorum amissione punitur. Item exilio, & decem libris auri. nume. 14.
- 15 Iudex, qui pœnam à iure definitam auerit, eam pati debet, quam alijs iniuste irrogauit.
- 16 Iudex potest ex causa pœnas à lege vel consuetudine statutas minuere, aut remittere: ac etiam augere. nume. 18. 19.
- 17 Iudex potest pœnam ordinariam transgredi ex causa.
- 20 Pœna à statuto introducta potest remitti, minui, ac augeri ex causa. Baldi super hoc opinio. nume. 21.
- 22 Statuta secundum rationem accipienda sunt.
- 23 Iuramentum magistratus non debet intelligi præcisè, sed reducendum est ad equitatẽ.
- 24 Pœna ipso iure imposita, potest ex causa minui.
- 25 A iure cõmuni plerunquerecedimus ex causa.
- 26 Episcopus potest ex causa immutare pœnitentiam à papa indictam.
- 27 Sacerdos potest pœnam iniunctam minuere ex magna causa.
- 28 Pœnitentia publica an ex causa in priuatam commutari possit.
- 29 Statuto an & quãdo derogare possint hi, quibus à ciuitate concessum est arbitrium.
- 30 Procurator potest ex causa superueniente reuocare factum domini.
- 31 Episcopus potest ex causa dispensare contra canones eoncilij.
- 32 Episcopus potest ex magna & euidenti causa statuere contra ius commune.
- 33 Potestas ex causa superueniente potest recedere à statuto etiam per eum iurato.
- 34 Legatus generalis potest se impedire de causa commissa delegato, illique inhiere de ea cognoscat, modo id faciat magna causa motus.
- 35 Legatus de latere potest committere causam cognoscendam summarie, modo id faciat

Præfatio.

- ex euidenti & necessaria causa.*
- 36 Nuntius executor siue minister potest ex causa nouiter orta, vel antiqua, non considerata per mandantem, adhibere causa cognitionem, & exceptionem aliquã admittere.
- 37 Hostem inuadere contra mandatum principis an & quando liceat.
- 38 Princeps potest ex causa ius aut rem alterius auferre.
*Quod & potest ipsa ciuitas siue Communitas. nume. 39.
Et alius quoque inferior. nume. 40.*
- 41 Princeps potest ex causa reuocare contractum à se innitum.
Et quid de vniuersitate. nume. 42.
- 43 Princeps ex causa potest cognoscere de causa, & iudicare parte non citata.
- 44 Princeps potest ex causa tollere defensionem, etiam si naturalis sit.
- 45 Papa ex causa potest dispensare contra ius diuinum.
- 46 Papa potest ex causa dispensare cum monacho & clerico constituto in sacris, vt matrimonium contrahat.
- 47 Papa dispensare potest ex causa in matrimonio contracto per verba de presenti.
- 48 Papa potest ex causa dispensare super iuramento & usuris.
- 49 Princeps secularis potest ex causa limitare ius diuinum.
- 50 Testes potest adhuc producere pars etiam post publicationem à iudice factam, si superueniat causa verisimiliter non cogitata tempore publicationis.
- 51 Episcopus potest ex iusta causa condere statuta in præiudicium iurium aliorum prelatorum inferiorum, velecclesiarum subditarum absentium.
- 52 Legata ex testamento soluta, repetuntur ex noua & inopinata causa.
- 64 Iudex cum ex causa recedit à iure cõmuni, eam ipsam debet adscribere.
- 55 Iudex cū citationē aut aliud quoduis prima facie illicitum & iniustum decernit, quod tamen ex aliqua causa iustificari potest, debet eam causam exprimere.
- 56 Aelius in se malus, ad malū in dubio referendus est, licet aliquã excusationē habere possit.
- 57 Notorium esse aliquid secundum secularem cursum sufficit, licet aliquo causa accidentali possit excusari. & nume. 58.
- 59 In citatione facta contra ius cõmune, causa exprimi debet.
- 60 Nullitas non debet proponi, nisi allegata ipsa causa ex defectu iurisdictionis.
- 61 Qualitas notaria dicitur, quæ prima facie iure cõmuni talis est.
- 62 Contra regulas iuris cõmunis vbi quis quid asequi contendit, causas narrare debet, ob quas id iure consequi potest.
- 63 Sententia expressè lata contra regulas iuris cõmunis, nulla est: licet reperiantur aliqui casus excepti, in quibus posset saluari.
- 64 Citatio facta ad diem feriatum, ad hoc vt valeat, requiritur quod expresse citetur in causa alimentorum, & similium.
- 65 Iudices si fidem testibus nõ adhibent, causam eius rei in sententia adscribere debent.
- 66 Victus si non condemnetur in expensis, debet eius rei causa exprimi.
- 67 Sententia quãdo fertur cõtra fundatam alterius intentionē, eius rei causa exprimenda est.
- 68 Iuramentum de exheredando filium, censetur illicitum, licet aliquo casu possit esse licitum.
- 69 In notorijs, & in alijs casibus, in quibus regulariter appellatio prohibetur, necesse est causam in appellatione à diffinitua, inferere.
- 70 Causa expressionē requirit vbi pœna augetur, vel minuitur, vt sit accipiendum.

Præfatio.

Præfatio.



- 1 **N** statim atque iudex quispiam habet ius vitæ necisque, liberum ei est passim quos voluerit morti adiudicare, sed eostantum, quos lex aut consuetudo primum condemnauerit. Sicuti neque est in eius arbitrio eos redimere, vel etiam mitius punire, qui ex legis, siue cõsuetudinis præscripto fuerint aut vltimo additi supplicio, aut alteri pœnæ deuoti. Nam vbi est certa pœna à lege, vel consuetudine statuta non eam potest iudex remittere, aut minuere, siue augere, aut aliter mutare, & arbitrari: vt de pœna à lege statuta, tex. est in l. 1. §. 1. in fin. ff. ad S. C. Turpil. & c. de causis, & ibi docto. de offic. deleg. & c. licet, & ibi glo. in verbo, pœnam pecuniariam, de pœn.
- 2 Facti enim quæstio in arbitrio est iudicantis: pœnæ verò persecutio, non eius voluntati mandatur, sed legis authoritati reseruatur. d. l. 1. §. vlti. ad S. C. Turpil. & l. ordine, ff. ad municip. & l. si operum, C. de pœn. & §. notandum. 2. quæstione. 3. & cap. iudicet. 3. quæst. 7. Et quæ pœna à iure est statuta, retractari non potest. l. si qua pœna, quæ est antepe. ff. de verbo, signifi. Absurdum enim esset vt inferior tolleret, aut immutaret legem superioris, tot vigilijs, & laboribus conditam. l. si quando. C. de inoffic. testam. & cap. in inferior. 21. distinet. & cap. ecclesia vestra, de elect. & clem. 2. in princip. eodem titu. & facit quod in simili voluit glo. in cap. vlti. in verbo, figura, de hæreti. lib. 6. Quin lex superioris, etiam si non habet rationem, non potest infringi per inferiorem, vt dicit Bald. in l. non omnium, post princip. ff. de legib. per text. in l. prospexit. ff. qui & à quib. Nam sufficit (vt subdit) sic fuisse statutum, vt per illum tex. dicit Innoc. in capit. irrefragabili, in fin. de offic. ordin.
- 3 Secundum quam sententiam princeps Theologorū (quos Speculatiuos vocant) Thomas. secunda secundæ quæstione. 67. art. quod scribit duplici ratione iudicem impediri ne reum à pœna à iure statuta liberet: primò ex parte accusatoris, cuius plerunque interest, vt reus puniatur. Secundò ex parte reipub. cuius etiam interest, puniri maleficio, & ideo (inquit) in his quæ sunt determinata secundum legem diuinam, vel humanam, non est iudicis misericordiam facere, ita enim loquitur. Cui adde text. in §. oportet, in authent. de iudic. vbi iudex non debet esse clementior lege: quem text. Accursius ibi dicit mirabilem, & illum expendit Archid. in cap. qui bona, col. 6. ver. & si pœna est terminata. 17. q. 2. & Bal. in c. 1. col. 1. in fin. tit. quæ fuit pri. cau. bene. amit. & in c. at si clerici, col. 4. versic. quæro nunquid episcopus, de

Præfatio.

pus, de iudic. vbi illum ad hoc facit sing. quòd quando lex, vel statutum iubet imponi certam pœnam, non potest super ea iudex dispensare. Quemadmodum & è contrario non debet iudex esse lege seuerior, vt dicit idem Bald. consi. 298. cuius est initium, quæritur vtrum vsurarius manifestus, col. 2. ver. prætereà sicut nos, li. 2. per quædã iura, quæ mihi parũ facere videtur.

- 4 Quod autem ad consuetudinem pertinet, illud quoque certum est, quòd si est certa pœna à consuetudine introducta, non licet ab ea recedere, neque est locus arbitrio iudicis, vt est text. expressus in l. si quis reum. ff. de custo. reor. per quem ita voluerunt Anto. Imo. Panor. Feli. Philip. Dec. & omnes ferè in dict. cap. de causis. de offic. deleg. & hoc quoque voluit glo. ordi. in l. hodie. ff. de pœ. & in l. si barsatorum. C. de fideiuf. & in l. & si seuerior, & ibi Bal. col. 2. versi. tertio oppono quòd iudex. C. ex quib. caus. infra. irro. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui no. infra. vbi & Barb. colum. 4. versi. quæro in criminalibus, & Bald. col. 6. versi. quarto oppono, vbi dicit quòd in pœna arbitraria debemus considerare consuetudinem, quam qui transgreditur, dicitur transgredi modum, quod dicit no. & ipse Bar. in l. per §. ad crimen. col. 4. versi. quæro dicitur hic, & ibi etiam Imo. col. 11. ver. quid autem si pœna sit arbitraria. ff. de publ. iudi. vbi dicit ipse Imo. quòd quando consuetum est imponi aliquam pœnam pro delicto, & iudex eam excesserit, potest peti sententiam reduci ad arbitrium boni viri, secundum not. in d. §. pœna grauior: ita enim eum allegat, & dicit singu. Angel. Are. in tractatu maleficiorũ, in verbo, præfente Caio, & appellante. col. 11. in paruis. versi. sin autem ex aliquo delicto. licet ipse Imo. dicat simpliciter eo casu appellari. Et in hac quoque sententia fuit idem Bald. consi. 443. Cæcus confecit venenum, lib. 3. vbi dicit, quòd pœna arbitraria potest per consuetudine reduci ad certam pœnam, per tex. in l. sacularij. §. sunt quædam. ff. de extraord. crimi. & rursus idem Bald. in l. reos. col. 2. versic. quæro quid in pœna. & ibi quoque Sali. col. item 2. ver. ad quartũ. C. de accusa. & ipse Bal. in l. si quis non dicam, col. 2. versi. iuxta hoc incidenter cadit. C. de episc. & cler. vbi dicit, quòd iudex non debet recedere à pœna consuetudinis, per d. l. sacularij, alioquin æquè punietur, ac si à l. recessisset, & in rub. de offic. deleg. col. pe. & Alber. in 3. parte statutorum. 463. disputauit etiam, col. vlti. vbi dicit, quòd vbi est pœna extra ordinaria, debet iudex sequi consuetam pœnarum impositionem, & Angel. in d. l. vlt. ff. de iniur. Anto. in cap. 1. col. pe. de constit. & in c. 1. col. pen. de rescrip. vbi dicit per glo. in d. §. pœna grauior. quòd si iudex imponat aliam pœnam quàm consuetam, dicitur modum excedere, quia illa succedit loco pœnæ arbitrariæ. & Panor. in c. inter cæteras col. vlt. de rescrip. vbi dicit quòd in impositione pœnæ iudex non debet venire contra consuetudine, quod dicit no. & in c. licet, col. vlt. versi. vltimò. aduerte. de pœn. & Floria. in l. ite si obstetrix, col. 2. ff. ad leg. Aquil. ad hoc

Præfatio.

ad hoc allegans d. l. sacularij. §. sunt quædam. & Alex. consi. 5. in casu inquisitionis. col. vlt. lib. 1. & consi. 65. attenda dispositione, ad fi. lib. 3. Mathesil. no. 48. nota quòd vbi pro aliquo. Maria. soc. in c. venies, char. 5. col. eiusdem, 3. in 5. q. de accusa. & in cap. inquisitionis, vbi etiam Feli. col. 5. versi. in glo. in verbo, alioquin, eo. tit. Bartolo. Cep. in rap. authè. sed nouo iure, col. 5. & iterum 14. C. de ser. fugi. Corneus consi. 202. licet in hac consultatione, col. 2. versic. licet enim. lib. 1. Feli. latè in c. inter eos. col. 5. ver. quinta restrictio. de rescrip. vbi ad hoc multa aggregat. & in c. sicut. col. 3. in 3. limitatione. de probat. & Philip. Dec. consi. 100. in causa inquisitionis. col. vlt.

- 5 Et consimile est, quod per not. in d. §. pœna grauior, dicit Bart. in l. seruũ quoque. §. publicè. col. 2. versi. & si tu dicis. ff. de procur. quòd in pœnis arbitrarijs illud est certũ, quod cõsuetum est. Et quod dicit idem Bar. in l. vlt. post prin. versic. in crimine. ff. de priuat. delict. quòd in actione iniuriarum, in alijsque, in quibus non est certa pœna, illa censetur ordinaria, quam consuetudo taxauit. Nec aliud sibi vult quod scribit Bal. in rub. de offic. deleg. col. pe. versi. contra notorium. quòd si iudex excedat modum in puniendo, vltra quàm sit consuetum, vel aliàs non seruet consuetudinem, potest ab eo appellari, per nota. in d. §. pœna grauior. & in d. l. sacularij. §. sunt quædã & §. vlt. Quodque voluit idem Bal. in l. quicumque. col. pe. versi. scias autè. C. de seru. fugit. id non esse arbitrarium, quod est consuetum, per text. in d. §. sunt quædam, & post eum Angel. Are. in tracta. maleficiorum, in verbo, quas si non soluerit infra decem dies. Barb. consi. 4. propè inquit psalmista. col. 4. versi. prætereà præsupponitur. lib. 2. & consi. 60. præclarè scriptum est, col. pe. lib. 4. & consi. 63. licet in medium illud adducere, col. vlt. eo. lib. 4. & con. 83. supremus dixit Deus, col. 3. eod. quoque lib. 4. & alibi sæpe.

- 6 Huc quoque vergit, quod notabiliter scribit Bald. ipse. in cap. 1. in verbo, damna. in fine, tit. de pac. Constan. quòd consuetudo habet potestatem in sanguinem hominis, per tex. in d. §. sunt quædã. refert & sequitur Io. Ana. in c. sicut, col. pe. de iud. Quibus consonat quod voluit Panor. in d. c. inter cætera, col. vlt. versiculo item dubito. & ibi post eum Feli. d. ver. quinta restrictio. de rescrip. quòd si consuetudo introducit impositionem vnus ex pœnis alternatiuis, non poterit iudex aliam imponere. Et quod tradit. idem Panormitanus in c. ea quæ. per illum tex. à contrario, in quarto no. de statu mon. quòd consuetudo non praua mutat pœnas regulæ ordinis, & iuris cõmunis, per no. in d. §. pœna grauior. & in d. c. inquisitionis.

- 7 Quæ omnia apertè confirmat tex. in l. 1. C. de peti. bo. sub. lib. 10. in illis verbis plectendi consuetudo. & quod ibi no. Io. Pla. in 2. no. facitque optimè tex. in authè. iubemus. C. de iudi. per quem no. Bal. in l. vlt. no. quòd nõ solum est iudex adstrictus ad iudicandum secundum ius cõmune, sed & secundum consuetudinem. Ideo (vt subdit) si iudicet contra consuetudinem,

Præfatio.

nem, æquè facit litem suam, ac si contra ius commune iudicet. Sed & melior est tex. ad hoc in §. 1. Inst. de offic. iud. què studiosè notauit Philip. Dec. in d. c. de causis. col. 2. Et idem quoque voluit ipse Bal. in c. cum omnes, col. 3. versi. & eodem modo, de constit. per d. §. sunt quædam, & no. in d. §. pœna grauior. Et alibi dicit idem Baldus in rubrica de dilat. ante fi. quòd si iudex non seruet consuetudinem, ita potest ab eo appellari, sicut si non seruet ius commune. allegat caput primum, eodem titulo, & l. an in totum C. de ædi. priua.

8 Non potest ergo iudex, aut alius à principe, recedere à pœna legis, vel consuetudinis. Quin si eam minuerit, aut omnino remiserit (sunt enim illa paria, vt probat textus in l. seruos, in fine. C. de vi publica. & vt voluit per illū textum Lucas penna in l. prima, columna octaua, in verbo, distulerit, in principio. C. de desert. libro duodecimo) si, inquam, iudex pœnam legis siue consuetudinis minuerit, aut immunitatem concesserit, sese ostendit conscius ipsius criminis. Textus est admodum notandus in l. secunda, in fine. C. de commercijs & mercim. cum dicitur, Et si iudex repertum non vindicat, tegere vt conscius criminosa festinat. & ibi notabiliter Baldus & facit textus in c. sicut inquit, ante finem. ibi, nam si quis in hoc piger, aut negligens, &c. & rursus in c. negligere, ibi, Nec caret scrupulo societatis occultæ, &c. 2. q. 7. quod & isdem verbis scriptum est in capi. error. octuagesimatertia distinctione. vnde dicit alibi textus, quòd hoc casu idem crimen incurrit. l. 1. de priuat. carceribus.

9 Propterea leges eandem pœnam in eum statuerunt, qua delinquens ipse puniri debuit. text. notabilis in l. nulli. in fi. ibi, Nisi ipse id pati velit, quod alijs dissimulando concessit. C. ne sacr. bap. reite. quem tex. ad hoc ponderauit Io. Faber ibi, & expressiùs Lucas pen. in d. l. 1. vbi supra de desert. & And. Iser. in c. 1. tit. quæ sunt regal. vbi per hoc dicitur, Carolum primum iussisse iudicem suspendi, qui homicidam pœna manus tantum punierat. Et Paul. Ca. in d. l. & si seuerior. co. 1. & Rom. in rep. l. si verò. §. de viro. in 26. fal. ff. sol. matri. Et dicit vnicum idem Rom. in sing. 77. incip. veni quia tu scis quòd iudex ex causa. & Io. Ana. in c. qualiter huius initij. 2. §. ad corrigendos. c. l. 7. versi. circa quartum, & ibi etiam Feli. col. 8. versi. & pro complemento. de accu. & idem voluit per illum text. ipse Fely. in d. c. de causis. col. 6. versi. in glo. in verbo, infringas. de offic. deleg. & Barb. in proœm. cle. in verbo, salutem. col. 13. ver. 29. vbi dicit ad hoc sing. esse tex. in d. l. nulli.

10 Sed & ad hoc est similis text. in l. 1. in fi. & iterum in l. Christianis. etiam in fin. C. de paga. quem citat Io. Fab. in d. l. nulli, vbi & ad hoc quoq; allegat text. in l. 1. C. de priua. carcer. Ex quo no. Bal. quòd iudex qui non vindicat legem maiestatem, tenetur pœna læsæ maiestatis, & ad hoc etiam illum ponderat Lucas Pen. vbi supra proximè. tex. quoq; in l. 2. C. de sepul. viol. et in l. vlti. C.

Præfatio.

vlti. C. ad leg. Iul. de vi publi. & in l. præcepit, versi. in super. C. de can. largit. lib. 10. in illis verbis, eandem pœnam formidantibus, & iterum in fi. ipsius leg. quem ad hoc not. Io. Plat. ibi, & Io. Fab. vbi supra. & tex. in c. vt clericorum, versi. prælati verò. de vit. & honest. cleri. vbi probatur hoc maximè procedere, si obtentu pecuniæ, vel alterius commodi temporalis id ipsum iudex fecerit, & ibi Bald. illum tex. no.

11 Cui sententiæ maiorem in modum concinit Tullius, dum arbitratus est iudices, qui nocentes liberarent, tam grande facinus, quàm reos ipsos committere, inquit in secunda actione in Verrem, cum de ipso Verre loqueretur, Non istum maius in se scelus cõcepisse, cū fana spoliaret, cū tot homines innocentes necaret, cum ciues Romanos morte, cruciatu, cruce affecerit, cū prædones duces accepta pecunia dimiserit, quàm eos, qui istum tot, tantis, tam nefarijs sceleribus coopertum iurati sententia sua liberarēt.

12 Præterea is iudex infamis efficitur, vt est tex. in d. l. seruos. in fi. C. de vi publi. quem ad hoc alleg. Hostiè. & post illum Io. And. in nouella, vterq; in verbo, eandem. Panor. in fin. & Phili. Deci. col. vlti. in d. ca. de causis. de offic. deleg. & Rom. d. sing. 77. vbi dicit magnū esse vituperiū legistis quod ille tex. esset illis ignotus, canonistis aut cognitus, et ad hoc etiā allegauit Io. Plat. in d. l. 1. C. de desert. li. 12. vbi & in eā rem est bonus text. sed vnū obiter notato, quod scribit Cyn. in d. l. seruos. in fi. quòd Barones de facto aut de consuetudine pro libito pœnas remittūt, & delictorū gratiam cõcedunt: tãcti de iure cõi id ad solum principē pertineat. & hoc quoq; illic retulit post eum Bald. hodie tamen ea consuetudine non vtimur in hoc regno, & forsan olim ita vsi sunt in aliquibus ipsius regni partibus.

13 Sed redeamus ad propositum negotium: punitur quoq; iudex, qui pœnam remiserit, aut minuerit, bonorum amissione, vt est tex. in d. l. 1. C. de desert. lib. 12. per quem ita voluerunt Panor. & alij in d. c. de causis. & Roma. in d. l. si verò. §. de viro. in 26. fal. ff. solu. matrim.

14 Punitur item exilio, & decem libris auri mulctatur. tex. in auth. vt neque mil. neque fœder. Alibi quoq; punitur tanquam committens crimē læsæ maiestatis. d. l. 1. C. de priua. carcer. què & ad hoc ponderauit Rom. in d. fal. 26. Alibi itē alijs pœnis, vt videre licet ex l. 1. in fin. & ibi Bal. in vlti. not. C. de monop. & l. si quis sepulchrum. C. de sepul. viol. & l. præter. §. diuus. ff. eod. titu. & in l. fi. C. de publ. læti. & not. per Bar. & Bald. in l. mancipia. C. de seru. fugit. & alijs compluribus locis.

15 Si verò è cõtrario iudex pœnam iam à iure definitam auxerit, eam quoque pœnam pati debet, quam alijs iniustè irrogauit, vt est tex. in l. lex Iulia §. vlt. ff. ad leg. Iul. repe. quem dicit mirabilem Bald. in l. 1. col. 4. versic. & aduerte. C. ex delict. defun. Fel. in c. accusasti. in prin. de accu. & facit tex. in l. 1. in princ. ff. ad leg. Corn. de sica. què etiā alleg. Bal. in d. l. 1. C. ex delict. defun.

Præfatio.

defunct. ad hoc scilicet, quòd iudex aliquem iniuste puniens, tenetur lege Cornel. de fidei. & vtrumque tex. citat Bald. ipse in ca. 2. post medium. de re iudic. ad hoc quòd iudex, qui causa non discussa morti aliquem adiudicat homicida est.

16 SED quæ dicta sunt, sanè intelligito, vt videlicet non possit iudex temerè, & sine causa minuere, aut augere pœnas à iure statutas: alioquin subituras pœnas, de quibus supra diximus. Ob causam verò vtrumque impunè facere, imò etiam remittere poterit, vt de primo est tex. in d. l. etsi seuerior. C. ex quib. caus. infam. irrog. & ibi latè gloss. & docto. & voluit Innoc. in ca. 1. de constit. Barto. & doct. in l. hodie. ff. de pœn. Bald. cõsi. 34. casus talis est, Guido. ante fin. lib. 1. cum simi.

17 De secundo tex. est in d. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. in fam. vbi etiam gloss. & doct. & cap. quoniam frequenter. §. vlt. vt lite. non contest. quibus etiam adde tex. in l. 2. vers. etsi persona. C. vt infra certũ tẽp. vbi accusator infra legitimum tempus non prosequens, subit pœnam legibus constitutam, id est, quarta parte omnium bonorum mulètatur infamiaq; notatur, vt habetur in l. 1. eiusdem tit. Quia si persona vilior fuerit, cũ damnum famæ non sit iniuria, iudex pœnam exilij imponet. Ex ea ergo causa transgreditur iudex pœnam ordinariam. Non permittit autem is tex. vt non tam leuiter, ac canis Nilum (vt est in proverbio) illum delibemus, quin, antequam ad alia transeamus, ex eo notandum moneam, infamiam vili personæ non esse iniuriam. Nam profectò tantum abest, vt improbi, viles, ac dedecorosi homines infamiam ad contumeliam referant, vt vel illam magnoperè concupiscant: eiusq; (vt scribit Cornelius Tacitus) lib. 11. Historiæ Augustæ, apud illos nouissima voluptas est. Et à Iuuenale dictum est in mulierem impudicam:

- Famam contempserat olim,

Cuius apud molles minima est iactura.

Hinc Nero omnium quadrupedum nequissimus, eos qui in eum maledicta atq; conuitia congesserant grauiora, pœna affici prohibuit, & id quidem contemptu omnino infamiæ. Ergo vt redeamus, si vir huiusmodi cõperiat, qui contempturus est infamiam, quam ob delictum à se perpetratum ex lege debet incurrere, certè iudex eum acrius puniet: per d. tex. in d. l. 2. C. vt intra cert. temp.

18 De vtroque verò, videlicet de pœnæ ex causa diminutione, vel augmento, est bona glo. in §. notandum. in verbo, voluntati. 2. q. 3. & not. Archie. in cap. qui bona. colum. 6. vers. & hæc vera sunt. 17. quæst. 1. De tertio autem, videlicet de remissione pœnæ ex causa, est tex. in l. in metallum. ff. de pœn. & l. non omnes. ff. de re milit. quæ iura ita allegat Roma. cõsi. 429. incipiè. cõsidero in proposita consultatione.

Quæ

Præfatio.

19 Quæ omnia procedunt non solum in pœnis à lege, sed & à consuetudine quoq; introductis, vt videlicet ab illis liceat ex causa recedere, vt voluit glo. in d. l. hodie. ff. de pœn. et notat Panor. in d. c. de causis. in fi. & ibi etiam Philip. Dec. col. penult. vers. & ista conclusio. de offi. deleg. & Feli. in d. c. inquisitionis. col. 5. super glo. in verbo, alioquin. de accusat.

20 Quin etiam in pœnis quoque à statuto introductis id obtinet, vt voluit not. Barto. in d. §. pœna grauior. in fin. & in l. vlt. ff. de recepta. & Bald. in d. l. etsi seuerior. columna secunda, vers. ex prædictis, & ibi Sali. & Paul. de Cast. circa medium. qui hoc dicit notabile, & idem Bald. in l. clari. in princ. C. de fideicom. Panor. in capit. vlti. colum. vlti. vers. quædam est adiectio. de consti. & in cap. nisi. col. vlt. de offic. deleg. & in cap. vlt. in 2. not. de transact. et & in cap. sacris. col. 1. vers. vltimo facit iste tex. quod met. cau. & in cap. vt mensuræ. in fi. & ibi Anto. Burg. de empt. et vendi. et in cap. 2. de delict. puer. et Paul. de Cast. cõsi. 277. in causa incarceratorum. col. 3. vers. ex his sequitur. lib. 2. et iterum consilio. 328. clarum est in iure. in nouis, circa med. dict. lib. 2. et Fulgo. consilio. 124. præsuppositis. colum. vltim. vers. cæterum, Ioan. Plat. in l. omnes delatores. in 4. nota. C. de delator. lib. 10. et Franc. Are. consilio. 130. Consultissime domine Collateralis. in fin. et in cap. etsi clerici. §. de adulterijs. col. 4. in fin. et ibi Philip. Dec. colum. 8. vers. secundò limitatur. de iudi. et idem Deci. in d. cap. de causis. colum. vlti. extrà de offic. deleg.

21 Quanquam Bald. hac in re, vt aliàs sæpe, sibi contrarius contrarium è diametro tenuit, post Iac. Butr. in l. 1. C. si aduer. delict. et in l. eum qui. in fin. C. de furt. et in repet. d. l. quid ergo. §. pœna grauior. columna tertia, vers. iuxta hoc. ff. de his, qui not. infa. hac vna ratione motus, quòd statutum (vt dicit) est præcisè obseruandum.

22 Sed certè prima opinio vt est cõmunior, ita et verior, cùm sit eadem ratio in pœnis statuarijs (vt ita dicam) vt in legibus: neque sunt statuta iudaicè, et secundum corticem intelligenda, sed secundum rationem, vt dicit ipsemet Bald. in l. quicumque. col. pen. vers. quarto casu, in fin. eius versiculi, C. de ser. fugit. et in l. omnes populi. columna nona, aliàs 14. vers. in contrarium videtur. ff. de iusti. et iur. et consilio 294. ad euentiam præmittendum est. in fin. lib. 1. et Paul. de Cast. d. consilio. 325. columna secunda, lib. 2. et Ioan. Ananias in cap. sicut. columna vltim. de Iudæis. Alexand. consilio 83. visa facti narratione, columna secunda, vers. et statuta. lib. 2. et iterum, consilio. 144. post redditum primum cõsiliu columna secunda, vers. iuxta hoc, non obstat quòd statutum. in fi. eod. lib. 2. rursusque consilio 59. viso titulo quæstionis præmissæ. columna penult. vers. nec enim statuta. lib. 4. et Barba. consilio 81. præclare et luculenter. col. 4. vers. item quia statuta. in fi. lib. 4. Pro quo dicto allegant omnes glo. quam Barba. vbi supra dicit repu
** tari fin-

Præfatio.

tari singu. l. damni, huius inij. §. si is qui, in verbo, aliquas. ff. de dam. in fec. Et facit quod dicit Barto. in l. apud Iulianum. in princ. ad S. C. Trebel. quod ex causa receditur à statuto cogente aliquos ad suscipiendum arbitramentū. Et quod voluit idem Barto. & post eam Paul. de Cast. in l. filius familiars. §. procuratorem, per illum. tex. ff. de procur. quod licet quis ex lege cogatur præcise ad aliquid, hoc tamen intelligitur nisi subsit aliqua causa legitima.

23 Et hoc sanè quod diximus de minuendis ex causa pœnis statutorum, procedit etiam, si iudex iurauerit (vt plerunque fit) seruare statuta ciuitatis: quia iuramentum magistratus debet reduci ad æquitatem, nec debet intelligi præcise, ar. §. & æquus. in authen. iusiur. quod præsta. ab his. Ita voluit expresse Bald. in dict. l. etsi seuerior, loco supra citato, & ibi etiam Paul. de Cast. & latè consuluit Roma. in repet. rub. ff. de arbitr. columna quinta, versiculo, item quia quanuis iurauerit. & consilio 429. considero in proposita consultatione. & Francif. Are. in d. cap. at si clerici. §. de adulterijs. de iud. & affatim Guido Papæ decisi. 206. in hac ciuitate. & Laud. in addi. ad Gandi. in tractatu maleficiorum. titu. vtrum pœna possit augeri. in princip. Et hoc quidem confirmat text. in cap. 1. de his quæ fiunt à maio. par. cap. vbi ex causa potest recedi à consuetudine iurata. quod ibi no. Io. And. & Panor. hoc quoque trahentes ad statutum iuratum.

24 Procedunt prætereà quæ supra dicta sunt, vt videlicet pœna statuta, & determinata possit ex causa minui, etiam si huiusmodi pœna esset ipso iure imposita. vt singu. consuluit Panormi. consil. 22. quanquam consultatio ad maiorem, & c. col. vlt. ver. nec obstat minoritas. lib. 1. vbi ad hoc allegat Bar. in d. l. vlt. ff. de recept. qui tamen hoc non dicit, sed id solùm ad quod illum supra citauimus.

25 Sed nihil mirum cuiquam videri debet, si pœnæ à legibus, statutis, consuetudinibus impositæ ex causa minui, aut augeri possunt: cum & aliàs plerunque ex causa recedamus à iure communi. De qua re, quoniam utilis est & pulchra, & ad omnes propemodum nostrorum iurium partes pertinet, paulò latius differemus. Imprimis adduxo tex. penitissimis medullis infigendum, & quem Bal. in d. l. etsi seuerior, ad hoc nostrum propositum citat, videlicet l. si hominem. ff. de procur. vbi procurator generalis ea potest impedire, quæ dominus conficienda speciatim demandarat ex iusta causa, quam dominus ignorabat, teneturque qui non potuerit huiusmodi procuratori ex causa denuntianti, ne fieret quod dominus ante præceperat, quam l. dicit multum notandam Bar. & commendant omnes docto. ibi, & eam dicit vnicam Bald. in cap. 1. columna octaua, versic. pone quod dominus, vt lite non contest. vbi per eam dicit, quod procurator ad conficiendum constitutus, poterit negare ex causa, quæ superuenit. Illam quoque dicit singu. Ias. in l. non solùm. §. morte. col. 21. versicul. quinta conclusio. ff. de oper. nou.

Præfatio.

nou. nuntia. Barba. autem illam legem valde singul. dicit consi. 20. illud afferam in medium. col. 12. vers. modò ad istum casum. lib. 2. & consi. 1. col. 22. vers. & adduco simile. lib. 3. & consi. 76. illud in medium afferam. col. 3. ver. prætereà hoc decidit. lib. item 3. & alibi valde mirabilem dicit idem Barb. consi. 36. sapienter scripsit psalmista. col. antepe. vers. facit ad prædicta. lib. 27. & notabilem Panor. in prima disputatione, cuius est initium, episcopus & quidem rector. col. pen. vers. 3. probatur. & Corne. consi. 235. incip. de pluribus. col. pen. lib. 2.

26 Et per illum tex. dicit glo. not. in cap. tempora. 26. q. 7. quod episcopus ex causa potest mutare pœnitentiam à Papa indictam. Quam glo. facit ad hoc singu. Roma. d. consi. 428. col. vlt. & iterum singula. 456. Papa imponit pœnitentiam. & Barb. d. con. 36. lib. 2. & Anto. Butr. in c. vt mensuræ. col. 3. ver. & per ista concludo. de emp. & vendi. Sed idem voluisse videtur glo. in c. accedens. 50. d. per illum tex. & iterum alia in c. latorem. in glo. vlt. 33. q. 2. quæ & illud quoque dicit, quod sacerdos parochialis potest ex causa minuere pœnitentiam ab episcopo impositam. in qua re illam facit sing. Barb. d. con. 36. & hoc quoque voluit Cardin. post Laud. in clementina, abusionibus. §. ad hæc. in 12. quæst. 1. de pœnit. & remissioni. per textum in dict. cap. accedens. & dict. cap. latorem.

27 Sed & hoc procedit, etiam si dispensatio prohibeatur, vt videlicet possit nihilominus sacerdos pœnam iniunctam ex magna causa minuere, vt voluit no. Panor. post Host. in c. vlt. in vlt. not. de maledict. & sequitur Philip. Dec. in d. c. at si clerici. §. de adulterijs. col. 6. ver. prædicta conclusio. de iudi. vbi tamen limitat procedere, quando superior non posset consuli, vt no. Roma. in rep. l. si verò. §. de viro. in 45. fal. ff. sol. matri.

28 Et ex hoc Hosti. & Panormi. dicto potest notab. limitari quod à plerisque scribitur, pœnitentiam publicam, quæ ex dispositione iuris fieri debet non posse commutari in priuatam, vt notat Anton. in capit. 1. de pœnitent. & remiss. cū concord. adductis per recentiores in capitu. accusasti. in fi. de accusa. vt videlicet hoc procedat nisi ex causa id fiat. Hostien. enim & Panormi. vbi supra, loquuntur in casu dict. capit. vlti. de maledict. loquentis de pœnitentia publica. & ita ad hoc illorum dictum ponderat Decius in dicto. §. de adulterijs. columna tertia. Ex quibus certè minùs mirum videbitur, quod voluit glo. c. quod super, in verbo, potens. de voto. quod regulariter pœnitentia potest ex causa commutari ab eo sacerdote, qui eam iniunxit quam sequitur Panormi. ibi. col. vlt. pro qua dicit esse tex. iuncta glo. in cap. presbyter. 82. distinct.

29 Prætereà, per text. in d. l. si hominem. voluerunt Barto. Bald. & plerique omnes in ea ipsa l. quod hi quibus à ciuitate concessum est arbitrium, non possunt statuto derogare: nisi tamen ex noua causa, vel etiam antiqua, quæ

** 2 tempo-

Præfatio.

tempore statuti ignorabatur. Quod & idem voluit Bart. ipse per illū ipsum tex. in l. ambitiosa. col. 3. vers. item ex vigore. ff. de decre. ab ord. fac. & in prima constit. C. col. pen. vers. extra glo. quæro, vbi & ad hoc dicit illum text. not. & Panor. in c. studuisti. in 1. not. atque iterum in 1. oppo. de offic. deleg. vbi dicit hoc dictum esse menti tenendum. & Rom. con. 37. viso puncto supra narrato. in 2. dubio, vers. 3. quia ex vigore, & rursus dicto consilio. 428. in fi. & Barba. d. confi. 73. lib. 3.

30 Per illum quoque text. dicit Bald. in cap. cum olim, versicul. opponitur quod factum. de caus. possess. & proprie. quod procurator potest ex causa superueniente reuocare factum domini. quod dicit esse not. dignū. Et idem Bal. in l. error. in fi. C. de iur. & fac. ignor. dicit per illum text. in dict. l. si hominem: quod procurator ex causa potest reuocare confessionem domini. Et ipse Bal. in l. si aliquem. ff. de offic. proconsul. & legat. dicit per illum etiā text. quod generalis visitator potest corrigere malè factum à speciali visitatore. Et idem Bald. in repet. l. 2. colum. 38. versic. venio ad secundum. ff. de iureiur. dicit quod ex causa potest episcopus statuere quod certo casu iuramentum non obseruetur: per text. in d. l. si hominem. Et idem in l. 1. colum. 2. versic. sed dubitatur nunquid statutum. C. de iur. aur. anulo. quod imperator ex magna causa potest dispensare contra legem diuinam. per dict. l. si hominem.

31 Sed vt Bal. missum faciamus, cuius hoc certè proprium est, vt tam multa atque varia solus scripsisse videatur, quàm simul cæteri omnes, huic quod proximè diximus, ad stipulatur, quod licet aliàs episcopus non possit dispensare contra canones concilij, secundum glo. in cap. cum dilecti, in verbo, etate. & ibi Panor. de elec. & Archi. in cap. licet canon. eod. tit. lib. 6. imò nec possit id legatus facere: cap. dilectus, eius initij. 1. & ibi etiam Panorm. in 1. not. & iterum in cap. dilecto, vbi idem Panorm. in 4. not. de præben. nec alius quicuis inferior summo Pontifice, vt not. gloss. & ipse Panorm. in cle. 1. in verbo, eligatur. de elect. Quin & ipse Papa difficiliorem se reddit huiusmodi in dispensationibus contra canones concilij, vt est text. in c. post translationem. de renuntia. Hoc tamen potest episcopus ex causa etiam si expressè permissum non reperiatur, vt not. consuluit per text. in d. l. si hominem, Rom. d. confi. 428. col. vlt. qui & idem ipsum voluit sing. 486. sed an possit episcopus. vtrobique citat Ioan. de Ligna. in dict. §. de adulterijs. & D. à Ro. qui & eundē Ligna aduocant, deci. 262. quæ incipit. in religioso professo. columna prima, in nouis. Sed & idem quoque voluit Panorm. in d. §. de adulterijs. columna quarta, versicul. prædicta limita. vbi multum commendat, et dicit not. text. in dict. l. si hominem. et ibi etiam Feli. colum. secunda, versicul. 3. fallit, qui hoc tamen limitat, et ibi quoque Decius, colum. 5. versic. quarto fallit, et idem Panor. in repe. capit. si quis contra. col. 7. versicul. et per illam

Præfatio.

illam dicit extra de for. compet. & in d. cap. cum delecti. col. pen. vers. vide tamen. de elect. vbi etiam limitat. & Feli. latè. in cap. 1. col. 15. in 7. fallen. extra de constit. vbi & hoc limitat.

32 Cui sententiæ assentitur quod scribit Bal. in l. omnes populi, col. 3. ver. sed hic dubitatur. ff. de iusti. & iur. quod episcopus ex magna & euidenti causa potest statuere contra ius commune, per d. l. si hominem. Quod dictum sequitur, & facit sing. Iason ibi, col. 3. & ante illum Panor. in c. vlt. col. 7. ver. dicit tamen Bal. & ibi Rochus Cur. col. 36. ver. secundò quæritur, de consuet. et idem Panor. in c. dilecti, eius initij. 2. col. 2. ver. adduco secundò, de appel. sequitur quoque idem Panor. in d. §. de adulterijs, col. 4. vbi supra. & Alex. in l. nemo potest. col. 1. ff. de leg. 1. & in l. ex duobus. §. 5. vl. col. 2. ff. de vul. & pupi. substi. & con. 106. perspectis his quæ in themate. col. 4. ver. tamen fallit quando subest, lib. 2. & Barba. nulla Panor. facta mentione. d. con. 36. lib. 2. et d. con. 1. lib. 3. & d. con. 76. eo. li. 3. et sequitur idē Barb. in rub. C. qui admit. char. 6. col. 4. ver. & primò. vbi multa in hanc sententiam accumulatur. & Feli. in d. c. 1. de constit. & in c. quod super his. col. 2. in 2. fall. de maior. et obed. & idem voluit (nulla etiam Bal. mentione facta) Rom. d. con. 428. ante fi. vbi ad hoc allegat tex. quem dicit no. in c. vlti. de transac. vbi certè est bonus text. ex quo no. Ant. & Imo. quod quanuis legatus de latere non possit statuere contra ius, nec committere causam summarie, vt est glo. ordi. in c. vlt. in verbo, figura, de hære. lib. 6. potest tamen ex euidenti, & necessaria causa. & sequitur etiam Alex. qui id sing. dicit in d. l. ex duobus. §. vlti. col. 2.

33 Nec hinc longè abest, quod ab eodē Bal. memoriæ proditum dicitur in rub. C. qui admitt. ad bono. possess. circa princi. quod potestas potest ex causa superueniente recedere à statuto, etiam per eum iurato, per text. in d. l. si hominem. quod tamen in meo codice non reperi, sed illum in id citat, & sequitur Barb. d. con. 1. lib. 1. & d. confi. 76. eo. lib. & Feli. in d. c. 1. de constit. & Iason in d. l. omnes populi, in fi. in 1. lect. Sed tu omnino vide Philip. Dec. in d. rubri. C. qui admit. Hocque maiorem in modum confirmat quod supra diximus iudicem posse ex causa recedere à pœna statuti, etiam iurati. Finitimumque est quod per tex. in d. l. si hominem, tradit Angel. in tractatu de sindicatu. no. 183. quod officialis, qui ex aliqua euidenti vtilitate Reip. aliquid agit contra statuta, non tenetur in sindicatu.

34 Sed & per illum tex. in d. l. si hominem, atque etiam per cap. significauit. de offic. deleg. voluit Cardina. Flor. in dict. cap. studuisti. de offi. lega. quod ex magna causa potest legatus generalis se impedire de causa commissa delegato illique inhibere, ne de ea cognoscat, licet aliàs in ea dicatur maior legato generali, vt dicit ibidem tex. & idem voluit Panor. in d. cap. vlt. colum. 10. versic. & per hoc dictum. de consuetu. & in dict. cap. dilecti, huius initij. 2. columna. 2. de appel. vbi hoc dicit solenne & singul. notandum.

** 3 & facit

Præfatio.

- et facit valde notabilem text. in d. l. si hominem. A quo dicto non multum distat, quod per eum text. et per not. Ioan. Ananias in capit. si contra vnum. de offic. deleg. lib. 6. dicit idem Panor. in repe. cap. si quis contra. col. 10. versi. sed circa prædicta posset dubitari. de for. compet. quod à delegato episcopi potest ad vicarium ipsius episcopi appellari ex magna causa, putà, quia fortè episcopus est absens, licèt aliàs secus: per tex. in d. c. studuisti.
- 35 His quoque concinit, quòd licèt legatus etiam de latere non possit committere causam cognoscendam summarie, vt voluit gloss. reputata sing. in c. vlt. in verbo, figura de hæret. lib. 6. potest tamen vbi est euident, & necessaria causa, ex sententia Anto. & Imo. in c. vlt. arg. illius tex. de trãfact. sequitur & reputat sing. Alex. in l. nemo potest. col. 1. ff. de leg. 1.
- 36 Idem quoque Panor. vt non longius ab eo discedamus, in c. de cætero. col. 2. de re iudic. dicit per text. in d. l. si hominem. quòd nuntius executor, siue minister potest ex causa nouiter orta, vel antiqua non considerata per mandantem, adhibere causæ cognitionem, & exceptionem aliquam admittere, licèt aliàs secus: & ad hoc dicit illum text. no sed & idem Panor. in d. c. vlt. col. vlt. de consue. dicit per tex. in d. l. si hominem, quòd licèt cõsuetudo semel reprobata à lege non posset amplius induci, per authen. nauigia. C. de fur. & l. eos. C. de vsur. & not. per Bar. in l. de quibus. in 9. & 10. oppo. ff. de legi. & ibi concord. à recent. potest tamen ex noua causa, quæ nõ suberat tempore legis damnantis consuetudinem. quòd & ipsum voluit ipse Panor. in c. 2. col. pe. & ibi Feli. col. 4. de proba. Domi. & Cardi. Alex. in cap. frustra. 8. di. & Fran. Are. in l. testamenti factio. col. 2. ff. de testa. & Rochus Curt. in repe. d. c. vlt. char. 23. versi. limita modò dictam cõclusionem. Idem rursus in c. nouit. col. 6. versi. sed quid diceres. de iudi. dicit per text. in d. l. si hominem, quòd Papa potest ex magna causa exercere iurisdictionem temporalem in præiudicium gladij imperialis quem ita refert, & sequitur, vt pleraque ex supradictis Feli. in d. c. 1. de constit.
- 37 Adde quòd per illum tex. in d. l. si hominem, dicit eleganter Franc. Cremon. sing. 150. incip. mandatum. quòd licèt qui contra mandatum ducis aduersus hostem pugnauerit, capite puniendus sit, etsi victoriam reportarit, per tex. quem dicit singul. in l. 3. §. in bello. ff. de re milit. de quo dicam latè infra c. 51. Tamen id limitat procedere nisi ex aliqua noua causa, aut etiam veteri quæ duce latebat, id ipsum fecerit. Id quòd dicit menti esse perpetuò notandum. & dicit tex. in d. l. si hominem, esse ad hoc sing. Et sequitur Rochus Curtius in d. c. vl. loco supra allegato. de consue.
- 38 At vereor ne nimium immoremur super d. l. si hominem. ideo ad alia accedamus ad hanc rem pertinentia, licet princeps non possit ius, aut rem alterius auferre, vt plenè no. in d. l. quoties. C. de precib. Impe. offer. & in l. vl. C. si contra ius, vel util. publ. cum si potest tamen ex causa id facere, vt voluit glo.

Præfatio.

- luit glo. in l. Barbarius. in verbo, multò magis ad fi. ff. de offic. prætor. vbi Iason latè confirmat, multaque in eam rem adducit, quæ (vt breuitati consulam) prætermitto. Sed & hoc quoque voluerunt Pe. Cy. & Bal. in l. rescripta C. de precib. Imper. offer. Bar. post Ia. Bre. in proæmio. ff. col. 2. versi. quæro secundum & in l. quæcunque. in fi. C. de fid. instru. & iur. hast. fisca. lib. 10. Io. Faber in §. sed naturalia. col. 2. versi. nunquid ergo princeps. Insti. de iure natur. Bal. in l. 1. per glo. ibi. ff. de constit. princ. & clanculum in l. sancimus. C. de pæn. & Anto. in c. nisi de offic. leg. Angel. con. 139. visis omnibus. col. 2. versic. non enim potest Lucas Pen. in l. mulieres, col. 9. versic. vnde potest princeps. C. de incol. lib. 10. Pau. Cast. con. 105. donatio prædicta, in fi. & prope per totum lib. 1. Panor. post alios in c. que in ecclesiarum, de constit. & ibi recetiores, qui concordantes adducunt, Fulgo. con. 143. incip. Antonius. Ro. confi. 310. in casu propositæ consultationis. post prin. Alex. latè confi. 216. nec arguendi sumus, col. 4. versi. pro hoc quia licèt, seq. lib. 2. & confi. 94. visis & sæpius recensitis. col. pe. versic. sed præmissis. lib. 5. Barba. confi. 55. clementissimum. col. 10. ver. & si quispiam, & sæpe alibi in eo. con. lib. 4. & con. 64. scribitur Exodi. col. pe. eo. lib. 4. Ludo. Bolo. con. 6. cor mundum, & c. viso igitur instrumento, col. 9. ver. & si diceretur mihi, & Corne. con. 90. in causa vertente, col. 2. ver. & princeps. lib. 4. & Philip. Dec. con. 271. in casu transmissio, col. 3. versi. vlt. etiam considerandum.
- 39 Nec id solum princeps, sed & ciuitas quoque, siue communitas potest facere, vt voluit Bar. in d. proæm. ff. col. 3. versi. item quæro quid de ciuitate. & in d. l. quicunque, in fi. C. de fid. instrum. lib. 10. Bald. in l. bene à Zenone. col. 1. in fi. C. de quadr. præscrip. per no. per Inno. & Io. An. in nouella, in c. in nostra de iniur. vbi est bonus tex. & etiam voluit Rom. d. con. 110. & con. 352. spiritus sancti gratia inuocata, col. vlt. vbi ad hoc multa allegat. & Alex. con. 190. maturè digestis, col. 3. versi. fortificantur prædicta. lib. 2. Philip. Dec. con. 357. in casu magnifici, col. 2.
- 40 Sed & alius quoque inferior id potest, vt vult glo. loquens de episcopo, in c. constitutus, in verbo, à quocunque, in fi. de religi. domi. & Alex. confi. 101. visis instrumentis, col. 6. ver. & etiam permittitur. lib. 1. & d. con. 216. lib. 2. Quin & statutum municipale potest ex causa ius alterius particularis tollere, licèt aliàs non possit, vt latè per Angel. con. 53. quæstione proposita. & expressiùs, con. 63. si prouisio facta post princip. allegat l. si pendentis. §. si quid cloacarij. ff. de vsur. & l. certa forma. C. de iur. fisc. lib. 10.
- 41 Adhæc, princeps, qui aliàs ex contractu obligatur, nec potest illum reuocare, vt est tex. in cap. primo, de nat. de feud. & voluit glo. ordi. in c. ad apostolicæ, de iudi. lib. 6. & plenè per doct. in c. 1. de probat. & alibi latius dicemus: potest tamen reuocare ex causa contractum à se initum, vt voluit Bal. in l. vlti. in princ. ff. de senat. per text. in l. qui fundo. C. de om. ag. deser. lib.

Præfatio.

- undecimo. & idem Bal. in l. pe. C. de donat. inter vir. & vxor. & idem videtur voluisse ipse Bal. in l. vlt. in prin. ff. de pœn. Anto. & Imo. in cap. cum M. Fer. de constit. & Roma. d. consilio. 352. ante fi. & Alex. d. consi. 101. col. 5. ver. quod superior, lib. 1. & d. con. 216. col. 5. lib. 2. & Soc. con. 58. super proposita quaestione, col. 1. in fin. lib. 3.
- 42 Et idem in Vniuersitate dicit Cardi. Flor. consilio. 86. cuius initium est, dominus Nicolaus Marchio, per tex. in d. cap. in nostra, de iniur. & sequitur Iason in d. l. Barbarius, col. 8. versi. duodecimò facit. ff. de offic. prætor. vbi ad hoc dicit esse meliorem text. quem Cardi. non allegat in l. quod semel. ff. de decre. ab ord. fac.
- 43 Præterea, licet princeps non possit cognoscere de causa, & iudicare non citata parte, vt voluerunt glo. & Bald. in l. vlti. C. de legib. cum concord. quas alibi afferemus: potest tamen ex causa, vt voluit glo. in l. is qui, quæ est antepe. in fi. ff. ex quib. cau. maior. & Bald. in l. 2. circa prin. C. quo. & quan. iud. & in l. ne causas, circa. med. C. de appel. vbi respondet ad cle. pastoralis, quæ videbatur innuere contrarium. & Alex. qui eam glo. dicit no. con. 2. vi sis codicillis, col. 5. versi. & non dubium. libro primo. quod & repetitur con. fil. 87. lib. 2. & Iason qui illam quoque glo. dicit valde no. in l. 1. col. 2. ver. limita tamen nisi ex causa. ff. de constit. princip. et Philip. Dec. consi. 361. omiffa longa serie, columna prima, et est text. expressus in cap. in causis, in fin. de senten. et re iud.
- 44 Potest et princeps ex causa tollere defensionem, quæ naturalis est, vt voluit Albert. vt à nonnullis citatur, in l. omnes, col. 1. C. de episcop. et cler. Angel. in l. si sic. ff. de lega. primo. Alex. in l. cum mulier, columna. 3. in 2. quæst. Bart. ff. solu. matti. Nellus in tractatu bannitorum in 2. q. 2. temporis, Philip. qui vnum Angel. vbi supra, citat d. con. 361. Nam et potest tollere ex causa ea quæ sunt de iure naturali, vel gentium: vt no. Panor. post alios in c. quæ in ecclesiarum, de constit.
- 45 Item Papa potest ex causa contra ius diuinum dispensare, per glo. in cap. à nobis, in verbo, exemptis, de deci. et no. Inno. in c. post translationem, in fi. extra de renun. et Pe. de Anc. in repet. c. canonū statuta, in 2. oppo. extra de constit. cum infinitis propè concord. adductis per Feli. in d. c. quæ in ecclesiarum, col. 1. versi. prima conclusio, et multis seq. eo. tit.
- 46 Potest et ipse ex causa dispensare cum monacho, et clerico constituto in sacris, vt contrahat matrimonium, vt de primo voluit Inno. in c. cum ad monasterium, vbi et Panor. post alios, in col. pen. de stat. mona. et latè Ioan. And. in regula, actus legitimi, et iterum in regula, semel Deo. de regul. iur. lib. 6. in Mercur. et Bald. in l. si pater. §. vlti. et in l. si tibi filius. ff. de adopt. et Pe. de Anc. in d. c. 1. col. 5. versi. vltèrius quæro, de constit. et con. 239. parū dubitationis, per tot. et Imo. in cle. 1. col. vlt. versi. sed quærit Gul. de consang. & affi-

Præfatio.

- & affini. & Mari. Soci. cōsi. 13. præsens cōsultatio, col. 4. versi. & probatur, & iterum cōsil. 28. circa primum quaesitum, col. 4. ver. quartò principaliter, et Ias. in l. si arrogator, col. 2. ver. item attende. ff. de adopt. Catel. Cota memor. incipiē. filius vnicus, & in memor. Papa potest. & è Theologis Richar. in 4. senten. dist. 38. q. 9. De secundo, scilicet de clerico constituto in sacris, not. Bald. in l. rescripta, versi. item dispensat. C. de precib. Imper. offer. & not. per gloss. & docto. in cap. cum olim, de cleri. coniug.
- 47 Potest item dispensare in matrimonio contracto per verba de præsentì vt not. glo. in d. cap. cum ad monasterium, in verbo, abdicatio, in fin. gloss. vlti. in cap. ex publico, de conuer. coniugat. quam sequuntur Hostien. Ioā. Andr. & alij ibi. & Bald. in l. Deo nobis, col. 3. versi. vltèrius no. C. de epif. et cler. & cler. & Pet. de Anc. in d. ca. 1. col. 6. versi. circa matrimonium. & cōsi. 239. & cōsi. 409. viso, et diligenter inspecto, col. secunda, ver. idē potest circa. & Imo. in ca. vlt. de transact. vbi dicit ita cōmuniter teneri. Et ita etiā post longam disputationem residet Cardi. Alex. in cap. vlt. de spon. duo. Quin. etiā in matrimonio quoq; copula carnali cōsummato hoc idem consuluit Maria. d. consi. 28. incip. in 2. dubio.
- 48 Sic & in iuramento, & super vsuris potest Papa ex causa dispensare, vt de primo habetur in cap. venerabilem. de elect. & per gloss. & doct. in cap. quanto. de iureiur. & in cap. auctoritatem. in glo. 1. ad fin. 15. quæstion. 6. & Bald. in repet. l. 2. col. 41. versi. super 2. quæstione. ff. de iureiur. Cardi. Flor. in clem. 1. ad fin. versi. 17. quæro. de iureiur. De secundo est tex. in ca. salubriter. de vsur. & latè per Alex. consi. 1. col. 2. versi. sed præmissis. lib. 2. & consi. seq. col. 2. versi. deniq; non obstat. & cōsil. 107. cuius est exordium, pro inuestigatione. eod. lib. 2.
- 49 Sed & princeps secularis potest ex causa ius diuinum limitare, vt patet in homicidio, & testibus. & not. Bar. in proce. ff. col. 3. versi. itē quæro quid de rescriptis, & latè in l. omnes populi. in 3. quæstio. principali, quæ est in 7. colū. versi. secundò iuxta prædicta. ff. de iustit. & iur. & Alber. in 1. parte statutorum, quæstio. 8. sed an valeat, & latè in l. quoties col. 3. versicu. & quia de hoc. & multis sequ. C. de precib. Imper. offer. & Alex. d. consi. 107. col. 3. lib. 2. & Feli. in d. ca. quæ in ecclesiarum. colum. 2. versi. prima conclusio. & seq. de constit. sed tu hic vide Bald. in authen. ad hæc. col. 1. ver. quæro nunquid vsuræ. cum seq. C. de vsur.
- 50 Accedat & quod not. Panor. in cap. fraternitatis. col. 6. versi. & multum moueor. de testib. quòd licet post publicationem testium à iudice factam non possit pars amplius testes producere, licet testificata non didicerit, vt voluit Hostien. in summa titu. de testib. §. & vtrum, versic. dictis igitur. & Ioan. And. ca. cōstitutus, extra eo. & Bar. in authē. qui semel col. 3. versic. circa tertium, & seq. C. de probat. Tamen si superueniret causa verifimili-

Præfatio.

ter non cogitata tempore publicationis, posset testes producere, sicut & ex causa admitteretur post dilationem. l. orationes. & l. vlti. ff. de dila. & arg. cap. licet. de probat.

51 Sed & id quod voluerunt Anto. & Imo. in cap. vestra. de loca. quod licet episcopus, etiam cum consensu sui capituli non possit facere statuta in præiudicium iurium aliorum prælatorum inferiorum, vel ecclesiarum subditarum absentium, vt voluerunt Inno. Hostien. & Ioan. Andr. & alij ibi, per ea quæ habentur in ca. pen. & vlt. de his, quæ fiunt à præla. sine cōsen. cap. fallit tamen, si subest aliqua iusta causa, per id quod habetur in cap. vltim. de his quæ fiunt à maio. par. cap. & per not. per Inno. & Ioan. Andr. in cap. in nostra. de iniu.

52 Denique non omittendus est tex. in l. 3. in princ. ff. de condit. indeb. vbi ex noua & inopinata causa repetuntur legata ex testamento soluta. & text. in l. 4. §. ait prætor. ff. de reiudi. vbi licet condemnatus ad soluendum cogatur præcisè soluere, nec satis sit dare compromissorem, ex magna tamen, et idonea causa id sufficet. & tex. in §. mandatum, instit. mada. vbi qui semel mandatum susceperit, illud debet perficere, nisi quam primùm videlicet re integra renuntiauerit, alioquin mandati tenebitur: nisi tamen iusta causa intercesserit.

Et similis est fermè textus in l. filiusfamiliæ. §. procuratorē. ff. de procuratorib. vbi procurator pro quo consentiente, dominus satis dedit, cogitur iudicium suscipere, nisi tamen ex causa legitima relinquat, putà si inimicitie capitales interuenerint inter dominum ipsum & procuratorem aut dignitas procuratori accesserit, aut reipub. causa abfuturus est.

Ex quo notant Baldus & Paulus de Castro ibi, quod licet quis ex l. ad aliquid præcisè cogatur, intelligitur tamen nisi subsit aliqua legitima causa
54 S A T I S ergo atque satis probatum est, omnes legum atque statutorum sanctiones ex causa cessare, infringi, corruere, vt iam non mirum videri debeat, si non tam arctis angustiis circumscribatur iudicis potestas, quin interdum possit ex causa pœnas à lege, statuto, cōsuetudine indictas minuere, aut augere.

Sed animaduertendum est, quod licet aliàs non sit necesse in sententia causam inferere, vt est textus ordinarius in capitulo, sicut. & capitulo, cū Bertholdus. de reiudi. cum similibus. Quin fatuus iudex, qui id ipsum fecerit, vt pote qui viam aperiat suæ ipsius impugnandæ sententiæ, vt dicit Imo. in leg. si is ad quem. ff. de acquiren. hæred.

Nisi adijciat dictionem Maximè, vt pulchrè per ipsum Panormitanum in capitulo, ex parte. de concessione præbendæ. in hoc tamen casu debet iudex causam aut minutæ, aut auctæ pœnæ in sententia exprimere, vt nominatim voluit Bald. in repet. dict. l. quid ergo. §. pœna grauior. colum. 6.

versicu.

Præfatio.

versu. istorum op. in fin. & in l. data. colum. 2. versic. & ex hoc infero, iunctis his quæ priùs dixerat. C. qui accusare non possunt. & Salic. in l. prope randum. §. illo proculdubio. colum. 2. versicu. aut quæritur quò ad ipsius. C. de iudic. & Paul. Castr. consilio. 328. clarum est in iure, ad fin. libro. 2. & Ioan. de Plat. in l. vlti. C. de mune. libr. 12. & Angel. Aret. in tractatu maleficiorum, in verbo, quas si non soluerit infra decem dies. colum. quinta, versicu. & aduertat. in fin.

55 Nec in hoc casu solùm, sed & semper aliàs, cùm ex causa iudex recedit à iure communi, debet eam causam adscribere, per text. in l. sciendum. de appellat. reci. quem ita allegat Lucas Penna. in l. 1. columna prima. in fine. C. de his qui non imple. stip. sac. solu. sunt. libr. 10. & Panor. in d. ca. sicut. colum. secunda, versicu. quartus, & ibi latè Felin. colum. nona, versicu. dum docto. ponunt. vbi ex hoc dicunt id quod supra diximus, scilicet quod si iudex ex causa recedit, debet eam causam nominatim adscribere, quod & ante eos voluit Ioan. Andr. in addit. Specul. titu. de senten. & quæ ipsam sequit. §. qualiter, versu. verùm si rationes. per tex. in capit. calumniam. de pœnis. & in §. oportet. in authen. de iudic.

56 Ad quod facit quod notabiliter scribit Inno. ille parens iuris canonici in capit. præterea. in fin. iunctis his quæ ante dixerat de dilat. quod iudex qui citationem aut aliud quiduis prima facie illicitum, & iniustum decernit, quod tamen ex aliqua causa iustificari potest, debet ipse iudex eam causam exprimere, aliàs non tenetur citatus obedire. Quod dictum plerique omnes ad hoc allegant, quod vbi alicui ex aliqua causa licitum est à regulari iure recedere, non sufficit causam subesse, nisi illa exprimat. & inter cæteros Oldrad. consilio. 326. quod articuli dati. columna secunda, versiculo item non sufficit. vbi per hoc concludit idem esse in Papa, qui ex causa aliquid contra ius concernens vniuersalem statum ecclesiæ rescribit, vt videlicet debet causam exprimere quod dictum pro singu. citat omnium singularissimus Roma. consilio. 483. dubitatur primò vtrum electio. colūna penultima, versicu. secundò respondeo, vbi & pro not. allegat. sed & sequitur illud dictum Inno. sed & pro singu. citat idem Roma. consilio 499. in præmissa consultatione. colum. prima, vbi & sequitur quoque illud dictum Oldrad.

56 Quin & illud dictum Inno. sequitur & dicit nota. Panorm. in capit. 1. colum. secunda, versiculo, in gloss. 2. in fine. de cleri. non residen. vbi & per hoc dicit quod licet actus indifferens ad bonum & malum, sit ad bonum in dubio referendus. capit. estote. de regul. iur. Tamen si actus in se malus est, ad malum in dubio est referendus, licet possit habere aliquam excusationem. ad quod etiam allegat in argu. cap. 1. de præsumpt. & l. nam ludus. ff. ad leg. Aquiliam.

Et pro



VNIERSIDAD
DE SALAMANCA

GREDO.SAL.ES

Præfatio.

- Et pro hoc dicto Panormi. dicit Felin. in cap. 1. colum. quinta, in 5. ampliatione. de re iudi. esse tex. valde singul. in cap. dilecti. de accusa. per quem Io. de Ana. ibi. col. 2. post Pet. de Ant. dicit sing. limitari theoricam Barto. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de oper. noui nuntia. & ibi quoq; Panorm. in 5. nota. dicit illum tex. esse ad hoc singul.
- 57 Sequitur quoque illud Inno. dictum Anto. in cap. vltim. colū. vltim. de libel. oblatio. vbi & per hoc dicit post eū ibi, quod sufficit aliquid esse notorium secundum regularem cursum, licet aliquo casu accidentali excusari possit, quod & idem ipse voluit Inno. in l. ad testium. §. 1. in prin. ff. de testib. vbi etiam allegat Inno. vbi supra, & gloss. in clem. vlti. de rescriptis. & quod notatur in l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. cred.
- 58 Sequitur item, & commendat illud dictum Inno. multisq; similibus condecorat Felin. in dicto capitulo 1. quo loco nuper citauimus. de re iudi. & in d. ca. sicut, loco supra allegato, & in cap. cum ordinem. colum. 7. in 3. consideratione. & in cap. super literis. colum. 11. versic. decima regula. de rescript. & in ca. 1. colum. 17. in fin. 7. fallen. de consti. & nouissimè Philip. De eius confi. 8. viso puncto, & diligenter examinatis omnibus. in princ. vbi & multa similia aggregat.
- 59 Sed & illud dictum sequitur, cōmēdat, et elegāter enarrat Bart. in l. 2. in vtraq; lect. & vtrouque col. 1. ff. si quis in ius voc. nō ier. et Bal. in l. 1. §. vsus in fi. ff. de procu. vbi per hoc dicit, quod in citatione, vt quis personaliter veniat, debet exprimi causa, cum sit contra ius cōmune, per l. vlt. C. de procu. id quod reputat not. Philip. Dec. in c. personas. col. 5. ver. terti⁹ casus. de app.
- 60 Sequitur etiam illud Inno. dictum Raph. Cuma. confi. 60. visis compromisso, & c. vbi per hoc notabiliter consuluit, quod si per statutum sit prohibita nullitas, quanuis tamen possit aliquo casu proponi, videlicet cū est ex defectu iurisdictionis, secundum glo. ordin. in clem. 1. de seq. poss. & fruc. Tamen non admittendus est proponens simpliciter nullitatem, non allegata ipsa causa ex defectu iurisdictionis.
- 61 Sequitur denique Franc. Aret. in l. in illa. colum. 5. versic. tertiò adde. ff. de verb. oblig. & in cap. significauerunt. col. penul. de testib. Ex eoque infert, quod illa qualitas dicitur notoria, quæ prima facie de iure communi est talis, licet possit subesse causa, propter quam redderetur falsa. ad quod etiam allegat ca. ad decimas. de restitu. spol. lib. 6. & Bar. in d. l. 2. & licet illud dictum Inno. in d. ca. propterea. sit omnibus celebratissimum, & quibusdā reputatum singul. vt patet ex supra dictis: idem tamen fermè voluit ipse In noc. in ca. prudentiam. in princ. vbi & alij doct. de offic. deleg.
- 62 Huc vergit et tex. not. in l. 1. C. de præd. curial. lib. 10. vbi quoties quis aliquid contra regulas iuris cōmunis consequi contendit, causas eas, ob quas id iure consequi potest, narrare debet. Et ita illum tex. ad hoc ponderat, & dicit

Præfatio.

- dicit notab. Roma. consil. 163. cuius est initium, constitutio curia. col. 2. ver. prima autem, vbi & ad hoc dicit etiam facere tex. in l. si adulterium cū in cestu. §. idem Pollio. ff. de adulte.
- 63 Ex eodem autem fonte manat, quod voluit glo. notabilis in l. 2. in glof. vlti. ff. de appellat. recip. quod si iudex pronuntiet nominatim seruum torquendum contra dominū, est sententia ipso iure nulla, licet aliquādo seru⁹ possit torqueri in dominum, non tamen regulariter. l. 1. C. de quæst. quā glo. ad id pro not. citat Alex. in l. ex diuerso. §. si in iudicio. col. 3. versic. sed queri potest. ff. solu. matri. & Mathesi. no. 10. nota quod sententia, vbi per eam gloss. dicit, quod sententia lata expressè contra regulam iuris cōmunis est nulla, licet reperiantur aliqui casus excepti, in quibus saluari posset illa sententia, cum illi casus non sint expressi in sententia.
- 64 Et idem voluit Alex. ipse in l. 4. §. si quis condemnatus. colum. 2. versic. pro hoc etiam. ff. de re iudi. cum dicit, quod sententia dicitur continere expressum errorem iuris, quando est lata contra regulam, nisi exprimatur tale quid in ipsa sententia, per quod appareat quod sententia iudicis sit lata in casu fallentia, vt dicit probari in d. l. 2. in fin. cum gloss. ff. si quis in ius voc. non ier. & ibi Bar. iuncta l. 1. & 2. ff. de fer. Ideo (inquit) ad hoc vt valeat citatio facta ad diem feriatam, requiritur, quod expressè citetur in causa alimētorum, & similibus, quæ in die feriato expediri possunt.
- 65 Et bene facit quod tradit Bart. in l. Lucius. in fin. ff. de his qui not. infam. vbi consuluit iudicibus, vt si fidē testibus nō adhibeant, causam eius rei in sententia adscribant, ne teneantur postea in syndicato. sequitur Barb. in rari. C. qui admit. char. 6. col. 3. versic. & moueor. Et quod hoc casu teneatur iudex causam exprimere, tenet Inno. quem tamen Bar. nō allegat, in c. quoniam cōtra falsam, col. 2. de proba. & faciunt not. per eundem Inno. Panor. & alios in ca. causam, quæ. de senten. & re iudi. & vide Bald. in l. cum magistratus. ad fin. versic. item illud est. C. quan. prouoc. non est necess.
- 66 His concinit, quod voluit Ioan. Andr. in additio. Specul. titu. de senten. & quæ ipsam seq. §. qualiter. versic. verum. quod vbi victus non condemnatur in expensis, debet eius rei causa exprimi. quod & voluit etiam Fedè. Senen. confi. 139. quæstio nostra, col. vlti. & Ioan. Fab. in §. hæc autem, colū. 2. versic. igitur iudex, instit. de pœn. tēper. litig. & Bald. in authen. generaliter, col. 4. versic. quia ergo propter multipliciter. C. de episco. & cleric. & in authen. nouo iure, per illum tex. C. de iudi. Cardi. flor. in clem. sæpe. §. & quia, in 17. quæstione, de verb. signif. vbi & illud dicit procedere generaliter, quando iudex recedit à iure communi, & ibi Georg. Natha. in repe. colū. pen. in glo. in verbo, in scriptis, versic. fallit secundò. Panor. in d. cap. sicut, de iudi. per tex. in §. oportet. in authen. de iudi. & Ioā. Plat. in l. vlt. C. de muner. libro. 12. Alex. in l. properandum. §. illo proculdubio. C. de iudicis. & cōsilio

Præfatio.

- confi. 183, in causa, & lite vertente inter Franciscum, col. 1. libr. 6.
- 67 Quibus consonat, quod dicit Angel. in l. vtiq; in fi. ff. de rei vend. quòd quando fertur sententia contra fundatã alterius partis intentionem, causa est eius rei exprimẽda. Et Anto. in ca. per tuas, col. 7. per tex. ibi, de senten. ex com. quòd sufficit sententiam habere in se euidentem iniquitatem, licet casualiter saluari possit. Et quod ante illos scribit Barb. in l. quoties, per illum text. ff. si quis cautio. illud non dicit dubium, de quo est regula, licet sint aliqui casus speciales, nisi & de illis specialis fiat mentio. & allegat nota. per se in d. l. 2. ff. si quis in ius vocat. non ier.
- 68 Quorum sententiam manifestè approbat tex. in ca. quinquauallis. de iureiur. vbi iuramentum de exheredando filium, censetur illicitũ, licet aliquo casu possit esse iustum. Atq; etiam tex. in ca. constitutis. de elect. per quem dicit ibi Panor. in. 1. no. quòd vbi per libellum petitur aliquid contra regulas iuris, debet exprimi causa, ex qua peti possit, ad quod etiam allegat Innoc. in d. ca. præterea, de dilatio.
- 69 His quoq; attestatur, quòd licet in appellationibus à diffinitiva interpositis non sit necessaria causæ expressio, l. scio. §. quid ergo. & l. appellanti. §. non soluere. ff. de appellat. & cap. quò ad consultationem, & cap. cum in ecclesia. eod. titu. tamen in notorijs, in quibus regulariter non admittitur appellatio, ca. cum sit Romana, & ca. consuluit, & cap. cum speciali. §. porro, de appel. & in alijs casibus in quibus regulariter prohibetur appellatio, necesse est causam in appellatione à diffinitiva inferere, vt voluit Inno. in ca. pastoralis. in §. præterea, de offic. deleg. & in ca. ad nostrã, & ibi expressius Panor. col. vlt. versi. vltimò scias, de appel. & Specul. tit. de execu. sentent. §. nunc dicendum, versi. sed nunquid in totum. Roma. cõsi. 324. in proposita cõsultatione in fin. vbi hoc dicit esse de mente glo. in ca. Romana. §. si autẽ. de appel. lib. 6. vbi etiam voluit Pet. de Anc. col. 3. versi. vndecimò colligit. & Panor. in d. ca. cum sit Romana, & in d. ca. cõsuluit, & ibi Philip. & recentiores, & idem Panor. in d. cap. quò ad consultationem, col. pen. & in c. cũ super. in 6. no. vbi dicit esse menti tenendum, & vtrobiq; recentiores, de re iudi. & Cuma. dict. confi. 60. col. 1.
- 70 Illud tamen quod diximus, requiri expressionem causæ, cum pœna augetur, vel minuitur, intellige procedere ad ipsius iudicis excusationem, vel sententiæ suppletionem (vt nostri loquuntur) non autem ad ipsius sententiæ substantiam, vel validitatem. Nam si sine causa hoc facit, lex supplet id quod deest, l. 4. §. si quis condemnatus. ff. de re iudi. Ita dicit Bal. in d. §. pœna grauior. loco supra citato, & Sali. in d. l. properandum. §. illo procul dubio. C. de iudi. vbi etiam Alex. Et quod ipsa causa non sit hoc casu necessario exprimenda ad validitatem sententiæ, tenet Bart. in l. relegatorum. §. ad tempus. in fin. ff. de interd. & releg. & in d. §. pœna grauior, col. 2. versic.

item

Præfatio.

item similiter. & versi. tertio est videndum. vbi & hoc idem firmat Alber. post Ray. col. 12. versi. item quæro. & sentit idem Bar. in l. quod ad statum. ff. de pœnis. & latè Felin. in dict. cap. sicut. colum. 10. versi. cæterum dixi. de re iudic. Porrò scio id plerunque obseruari, vt cum in nostris iudicis discimus ex causa à cõmunibus regulis, vel leniendo pœnas ordinarias, vel aliàs, adiscimus illam vulgarem clausulam, *Pour certaines causes & considerations à ce nous mouuans.* vel illam, *Et pour cause.* vt cum dicitur, *Sans despens, & pour cause.* quanquam nostris moribus hæc non sint necessaria.

SUNT AVTEM MULTAE CAUSAE, ob quas iudex possit, & debeat minuere, atque etiam prorsus remittere, aut augere pœnas à iure, vel statuto, vel consuetudine determinatas. Quarum hic plurimas operæpretium esse duxi, adscribere. Nam huius rei vsus quàm sit frequens, quàmque necessarius, nemo est qui nesciat, vt in simili dicit Iureconsult. in l. 1. in princip. ff. de appellatio. Et vt alibi scribitur, quæ quotidiana sunt, ea veluti studiosiùs attingere debemus.

I. legau. ff. liber. lega. Causas ergo minuendi & remittendi primùm aggrediamur. Nam de vtrisque permistim dicemus.



DE D. TIRAQVELLO.

*Sine Baccho non frigida Venus, sine tædio laboris
Fœcunda ex ingenio manus D. Andræ
Tiraquelli, optimi Nasica in suo ordine iudicati,
Numerosam librorum & liberorum sobolem
Progenit, posteritati propagandam.*

VINCENTII MONSIGOTTI DE
Domino Tiraquello, ad Lectorem.

HEXASTICON.

*Heu, quanta est vera generoso in pectore laudis
Vis, & quos fructus omnibus illa parit.
Nam ceu deberet, quem ceperat, author honorem,
Non cessavit opus quam æderet ante nouum.
Sic laudem fugiens habuit, sic ampla relata est
Merces, si fias doctior hoc opere.*

IN D. ANDREAM TIRAQVEL.

πολυγόνου καὶ πολύγαφου.

*Facundus fœcundus aquæ Tiraquellus amator
Bis quindecim librorum & liberum parens:
Qui nisi restinxisset aquis abstemius ignes:
Impleisset orbem prole animi atque corporis.*

ANDRÆAS TIRAQVELLVS DE POENIS TEMPERANDIS.

Prima Causa.

An & quibus ex causis pœnæ legum, consuetudinum, statutorum temperandæ sint, aut etiam remittendæ.

S V M M Æ,

- 1 Delinquens, ira aut dolore commotus, lenius puniendus est.
- 2 Iniustum vel prauum quis non committit Aristoteli, qui ira aliâ de animi perturbatione factus, aliquid patrat.
- 3 Maritus uxorem in adulterio deprehensam confestim interimens, non tenetur lege Cornel. de Sicar.
- 4 Dolor, an sit legitima excusatio patratæ sceleris.
- 5 Iracundia percitus, ac prouocatus, si quem percutiat, an teneatur.
- 6 Tutelæ legitimæ modum supergressus, si aggressorem interimat, punitur tanquam culpabilis, non tanquam dolosus. & nume. 8.
- 7 Rixa, metus instantis periculi, & intensus dolor, pessimi sunt consultores.
- 9 Homicida voluntarius & dolosus nō habetur, qui prouocantē et postmodū fugientē interimat.
- 10 Iratus occidens eum, qui non dedit causam iræ, quæ occisorem ad maleficiū impulit, an, & quomodo puniendus.
- 11 Lege Cornelia de Sicar. an teneatur is, qui prouocatus, in se defendendo modum legitimæ excessit, & dedit operam rei illicitæ.
- 12 Iniurijs prouocatus, alterum vicissim iniurijs petens, non est puniendus.
- 13 Iniuria facta Deo, grauior est ea, quæ fit homini.
- 14 Blasphemus Deum impetens, ultimo est supplicio plectendus.
- 15 Platoni mitius punitur, qui ira concitatus, quam qui sponte quemquam occidit.
- 16 Dolor delictum minuit. & super hoc exempla historiæ Romanæ. nume. 17.
- 18 Fabricianus Senatus decreto liberatus est, cum etiam matrem eiusque adulterum occidisset.
- 19 Matrem interimens patris vlciscendi causa, humano & diuino iudicio liberatur.
- 20 Peccat quis lenius cum in foro iudiciali tum conscientie, si quid peccat iracundie æstu acensus, quam si nulla omnino iracundia commotus id admitteret.
- 21 Iracundia inimica est consilio.
- 22 Delicta admissa præ ira aut dolore, lenius plectenda.
- 23 Doloris affectui imperare, difficillimum.
- 24 Iracundie calore dicta facta de, irrita nulliusque esse momenti Iureconsulti sanxerunt.
- 25 Confessio iudicialis calore iracundie facta, non valet.
- 26 Iuramentum factum calore iracundie, non tenet.
- 27 Votum emissum calore iracundie, non valet.
- 28 Electio facta iracundie impetu, irrita.
- 29 Beneficij secundi acceptatio facta vi iracundie, non facit primum vacare.
- 30 Professio iracundie æstu facta, nec tenet nec obligat.



R I M V M igitur, vt ab ea exordiar, quę fre-
 quētius vsu enenit, videlicet, cū quis impellē
 te ira, aut dolore deliquerit: is enim leuius pu-
 niēdus est. l. aut facta. §. causa. ff. de pœn. & l.
 si nō cōuicij, et ibi no. C. de iniur. et l. 2. C. de
 aboli. et ca. si quis iratus, et ibi gl. 2. q. 3. et not.
 etiā gl. et in l. 3. ff. de diuor. et in l. quicquid. ff.
 de reg. iu. et in c. diuortiū. de pœn. dist. 1. et Ro-
 ma. sing. 510. volo cōmentare. ante fin. Iracun-
 dia enim sæpe innocentes adducit ad crimē: ca. ira. 11. q. 3. et quod incōsulto
 calore fit, calumnia caret. §. notandū. 2. q. 3. qui quidem §. depromptus est
 ex imis visceribus tex. l. 1. §. quęri. ff. ad Turpil. quem ad hoc pro notabili ci-
 tat Franc. cōsi. 80. sicut decet. col. vlt. quod nō propriē dicitur dolose, et ex
 animo factū, quod per iram delinquitur. Et vt scribit Aristot. Philosopho-
 rum antistes, lib. 5. Moralium Nicomachiorum, c. 8. Quę ob iram aliasq; ani-
 mi ꝑ perturbationes quęcūq; necessariō, vel natura hominibus accidunt,
 iniuriam quidem faciunt, sed nondum idcirco sunt iniusti, vel prauī.
 Ideoq; licet nō permittatur marito vxorē in adulterio deprehēsam occi-
 dere. l. nec in ea. §. vlt. ff. de adult. tamen quia vxor alterius cōcubitū patien-
 do, iniuriam viro, domuiq; suę infert non modicā. l. si maritus sit. §. lex Iu-
 lia. et l. si miles. §. socer. ff. eo. tit. ob eamq; rem maritus tantū dolorē haud
 dubiē concipit, quā alius nemo, vel ipsius vxoris pater. l. 2. §. si. ff. eo. vsq;
 adeō, vt vir molestius ferat vxoris adulteriū, quā filij interitum: vt clācu-
 lum innuit tex. in l. codicillis. §. matre. ff. de leg. 2. quē ita intelligunt Rayn.
 Bal. et alij ibi, cum concord. quas tibi adduximus in nostris legibus Cōnu-
 bialibus, l. 13. nu. 27. incip. igitur vt redeamus. ideo si maritus vxorem in a-
 dultério cōmpertam cōfestim interimat, nō punietur, vt ceteri homicidę,
 pœna legis Cornelię de sicar. id est, vltimo supplicio, sed tantū relegabitur
 vt est tex. elegās in l. si adulterium cum incestu. §. imperatores. ff. de adulte.
 qui eius rei rationē reddit memorię penitus pœcordijs infigendam: quo-
 niā difficilimū est iustū dolorem tēperare. Quē tex. Ang. ibi dicit allegari
 pro illis, qui aggrediuntur aliquem sibi verba iniuriōsa dicentē, vt videli-
 cet sint mitiūs puniendi. Et illum sing. facit Panor. in c. 1. de iniur. Fran. A-
 ret. cōsi. 34. visis diligenter testibus. paulō ante fi. & Iason in l. vt vim col.
 3. vers. tertio multū aduerte. ff. de iustit. et iur. Valde autem sing. dicit Feli.
 in cap. significasti. huius initij. 2. col. pen. vers. tertia cōclusio. de homic.
 Est tamē illi in ea decisione tex. similis in l. 1. §. vl. ff. de sica. et in l. 3. §. si ma-
 ritus. vers. si tamen maritus. iunctā glōf. ff. de S C. Silla. et in l. Gracchus. C.
 de adulte. et in c. si verō, huius initij. 1. vers. nec ille cōpellendus. et ibi glō. et
 Panor. in 5. no. de senten. excōm. et facit tex. in l. diuus. et ibi glō. ff. de parri:
 et quod

& quod voluit glo. in ca. inter. 33. q. 2. per tex. in d. l. Gracchus. Quibus ger-
 manum est illud Ouidianum lib. 4. Metamorph.

*Quauis amor excusare dolorem
 Indiciūque dolor poterat.*

Id est, amor Clyties, quo Solem deperibat, excusare poterat dolorem, quē
 ex Solis & Leucothoes adulterio conceperat. Quo quidem dolore mota
 Clytie ipsa, id Orchamo, patri Leucothoes indicarat: proptereaq; excusan-
 dam se dicit Clytie, quōd ea nō mediocri dolore impulsā idipsum fecerat.
 Per illum autem tex. in d. §. imperatores. dicit not. Panor. in d. c. 1. de iniur.
 quōd licet qui iracundia percitus, prouocatusq; aliū percusserit, ex ea per-
 cussione teneatur, per tex. ibi, & in l. vlti. ff. de sicar. & alios, quos ibi addu-
 cit: is tamē leuius est puniendus. Quod & idem fermē dicit per illum met
 text. ipse Panor. in ca. dilecti filij, ante fi. de excepti. & ibi recentiores, & in
 ca. cū te. col. antepe. vers. sed pone, quōd d. de re iudic. & in c. ex literarum
 de aposta. & in ca. statuimus. de maled. et in cap. olim ex literis. colū. 2. ver-
 fic. & ex hoc not. de rescript. vbi dicit valde not. ad hoc tex. in d. §. impera-
 tores. & rursus idem Panor. in d. c. si verō. supra allegato.
 Cui sententię proculdubiō conuenit, quod tradit excellentissimus ille
 decretorum doctōr Ioā. Andr. (ita illum appellat Fede. Seneus cōsil. i. col.
 pen.) in addit. ad Specul. in rubr. de homic. ad fin. vers. est quęstio. & in c.
 significauit. per illum tex. in vers. attendentes. iunctā gl. de pœn. & remis.
 quōd etsi non licet excedere moderamen inculpatę tutelę, iuribus vulga-
 tis: si tamen quis se defendendo legitimum moderamen supergressus, ag-
 gressorē interemerit, licet ob id puniri debeat: tamen nō tenetur lege Cor-
 nelia de sicarijs, sed excusatur, vt nō omnino puniatur tanquam dolosus,
 sed mitiūs, tāmquam culpabilis. Ad quod etiam allegat l. lex Cornelia. ff. de
 sicar. & l. 1. C. eo. & c. olim huius initij. 1. in fin. de restit. spol. vbi idē quoq;
 dicit Anto. & sequitur etiam Bal. in ca. 1. §. si qui verō. huius initij. 1. in fi. ti.
 de pœt. iura. fir. vbi t elegāter dicit, quōd rixa, & metus instantis periculi,
 & nimius dolor tollit deliberandi cōsiliū: & quōd homo intenso dolo-
 re permotus, nō est in plenitudine intellectus, per tex. in d. l. Gracchus. Idē
 quoq; sequitur ipse Bal. in c. in verbo, vitam suam defendendo. tit. de pac.
 tenen. & in repe. l. 1. col. 5. in 9. quęst. C. vnde vi. & in d. l. vt vim. circa vlti.
 col. & ibi latē Iason, col. 3. & latius Claudius de Seyfel, in sua repe. ff. de iu-
 stit. & iur. & idē Bal. in l. imperator. huius initij. 2. in. 2. lec. vers. quæratur pa-
 ter. ff. de stat. hom. & in cōf. 109. qui mortē aliter vitare nō valens. post me-
 dium, lib. 4. & iterum cōf. 312. visis actis. col. vlti. eo. li. 4. & Io. Fab. in 8. ius
 autē gentium. col. 3. vers. item credo, quōd si inuasus. Instit. de iur. nat. gēti.
 & ciui. et Saly. in l. quoniā multa. C. ad leg. Iul. de vi pub. et Paul. Cas. cōf.
 255. viso supra scripto pūcto, col. vlt. lib. 1. et cōf. 277. in causa incarceratorū.

A 2 col.

col. 3. vers. ex his sequitur, lib. 2. & Roma. sing. 3. si quis excefferit, vbi hoc reputat sing. & in l. cū mulier. col. 32. vers. aduerte tamen, quia etiam offensa. ff. solu. matrim. Flori. in l. scientiam. §. qui cū maliter. ff. ad leg. Aquil. Alex. in addi. Bar. in d. l. 1. col. vlt. C. vnde vi. & cōf. 76. visa inquisitione cōtra Fortunerium formata, col. 1. lib. 1. & cōf. 109. visis, & vt oportet cōsideratis omnibus. col. 3. vers. & ad hoc alleg. eo. lib. 1. & cōf. 24. animaduensis his, quæ tam per testes. col. 2. lib. 2. & cōf. 140. videtur in casu proposito, col. pen. & vlt. eo. lib. 2. & cōf. 2. viso processu in causa. col. pen. lib. 7. & cōf. 19. viso processu inquisitionis. col. 4. vers. et posito, eod. lib. 7. Et Franc. Aret. d. cōf. 34. ante fin. vbi & hoc facit sing. et cōf. 80. sicut decet huius festinatio. col. pe. vers. circa secundū, & cōf. 165. sicut Ioan. dicit in Apocalypsi, col. vlt. & Angel. Aret. in §. ius autē gentiū. col. 3. vers. vnum addas. Instit. de iure nat. gēt. & c. vbi etiā facit sing. tex. in dic. §. imperatores. & in tractatu maleficiorū, in verbo, & dictus Titius se defendēdo. col. 4. in paruis, vers. aduertat etiā. vbi & illum text. dicit sing. & Philip. Corne. cōf. 107. visa inquisitione. col. 1. lib. 1. & cōf. 204. pro decisioe præsentis cōsultationis. paulò ante fi. eo. lib. 1. vbi & hoc reputat sing. & cōf. 134. in causa magistri Pauli col. 1. li. 3. & Cæpo. in consilijs criminalibus. cōf. 1. col. 3. vers. præsumptiones autē. Socin. consi. 178. primo aspectu. in fin. Feli. in d. c. dilecti, col. ante pe. vers. sic. secunda declaratio. de excep. vbi ad hoc multa latè cōgerit, & in c. sicut ex literis. in fi. de iureiu. & in ca. qualiter. huius initij. 2. §. vlti. col. 7. de accu. & d. c. significasti. huius initij. 2. col. pe. de homici. vbi hoc reputat singul. & Ludo. Bolo. cōf. 36. cor mundū, & c. præsupposita igitur casus narratione. col. 5. vers. tertiū moderamē. & latè cōf. seq. col. 2. & sequē. & cōf. 63. Cor. mundū & c. viso igitur statuto. col. 3. vers. postremo dato, non tñ cōcesso.

8 Quod multis modis est ampliādum. Primò, vt habeat locū, etiā si is quē alter aggressus est, modum ex proposito excefferit, vt hoc quoq; casu non puniatur pro toto, sed pro excessu tantum, & sic mitiùs, vt dicit Bal. in d. l. vt vim. vers. cognoscuntur. col. 3. vbi eleganter dicit, sic turbatus non pōt semper habere stateram in manu. & in c. 2. vers. ecce exemplū de moderatōe, de vit. & hone. cleric. per tex. in d. c. olim, in fi. reprehenditq; glosam cōtrariū sentientē in d. c. significasti. de homic. & aliam glo. in summa. 33. q. 1. idem voluit Salic. in d. l. Gracchus. col. vlt. & Anto. in d. c. olim. circa vlti. col. & Angel. cōf. 76. & 109. & 140. & 283. et. 119. supra alleg. & Franc. Aret. d. cōf. 80. ante fi. imò voluit Pan. in d. c. significasti, in duobus locis, videlicet col. 2. & pen. post glo. vlt. ibi, quòd si nō ex proposito modū excefferit, sed indeliberatè, furore iracundiæ accensus, omnino non teneatur: per d. c. olim. id quod etiam voluit glo. in summa. 23. q. 1.

9 Amplia secūdò procedere, etiam si is, qui prouocauit, aufugiat, & eū fugientem prouocatus interimat, vt videlicet nō teneatur vt dolosus, & homicida

micide voluntarius, sed vt culposus (vt nostri loquuntur) ita enim voluit Cy. post Iaco. de Are. in d. l. 1. col. pen. vers. item quæritur, pone quòd quidā aggressus. & ibi etiā Ioā. Fab. circa mediū. Bal. col. 6. vers. decimò quæritur. C. Vnde vi. vbi ipse Bal. dicit esse no. dignū, et Anto. in d. c. olim. col. vlti. vers. inquantū dixi, & ibi etiam Pan. col. 8. vers. aduerte tamē. vbi hoc dicit no. facitq; etiā tex. in d. §. imperatores. et Lucas Pen. in l. deuotum. col. 3. vers. secundò quæritur, quid si me percutias. C. de meta. & epi. lib. 12. & Io. Ana. in c. si perfodiens. in fi. de homi. & Io. Lig. in tractatu de Bello. ca. 98. inci. septimò quæritur. Paul. Cast. in d. cōf. 275. col. vlt. lib. 2. vbi dicit, quòd ita vidit Bal. Papiæ cōsulentē. & Ang. Aret. in tractatu maleficiorū, in verbo, & dictus Titius se defendēdo. col. 5. vers. quæritur, Titius. Fran. Aret. d. cōf. 34. vbi hoc facit sing. & d. cōf. 80. ad fi. & Corneus d. cōf. 204. in fin. lib. 1. vbi hoc dicit notabile, & Feli. in d. c. dilecti. vbi monet ne hoc dictum obliuiscantur, quia vix posset esse aliud notabilius. & in d. c. significasti. huius initij. 2. de homi. & Bolog. d. consi. 36. & Hippo. Marsil. sing. 106. occidens aggressorem. vbi hoc reputat sing. & è Theologis Angel. Cla. in verbo, defensio, vers. vltimo.

10 Amplia tertio istud obtinere, etiam si, qui occisus est, nō dederit causam iræ, quæ occisorē ad maleficiū impulerit, vt videlicet in hoc casu sit mitiùs puniendus, vt dicit singulariter Roma. in d. l. mulier, loco superius allegato, per tex. quem ad hoc dicit sing. in l. lex Iulia. in fi. ff. ad leg. Iul. repet. vbi qui calore inducti interfecerunt vel innocentē vel quē punire non debuerant, & sic qui nullo modo interfectore offenderat, in insulam deportari debēt, quāuis aliàs homicida quod fecit semper expectare iubetur. l. nemo C. de episc. audien. & hoc dictum Rom. refert & sequitur Alex. in addi. ad Bart. in d. l. lex Iulia. & Feli. in d. c. dilecti, vbi dicit hoc dictū esse notabile: & multa homicidia posse eo modo à pœna mortis excusari, & Hippo. Marsil. qui hoc dicit sing. in suo sing. 270. incip. homicida puniendus est.

11 Amplia quartò, & id admodum notandū est, etiam si is qui se defendēdo modum excessit, dabat operam rei illicitæ, per tex. in d. §. imperatores, & in d. l. Gracchus. nam & ita voluit Angel. in l. si cum seruo. ff. de iniur. Flori. in d. l. scientiam. §. qui cū maliter. ff. ad legē Aquil.

12 Supradictis nimirum concinit tex. not. in l. qui cū maior. §. si libertus. ff. de bonis liber. vbi scribitur ignoscēdum esse ei qui voluit se vlcisci prouocatus. Per quem Specul. (quem patrem practicæ appellat Iason in l. hac consultissima, col. 1. C. qui testa. facere pos.) in ea fuit sententia, in titulo de accusatore. §. 1. vers. quid si te vocaui. vt is nō debeat puniri, qui iniurijs prouocatus alteri vicissim iniuriam dixerit. Ad quod etiam allegat l. 1. §. cū arietes. ff. si quadru. pauper. fecis. vbi & hoc refert, & sequitur Flori. & id quoque latè confirmat Lucas Pen. in l. erat. in §. quæstio. C. de castren.

pecu. lib. 12. multa in eam rem afferens, quæ breuitati cōsulens omitto. Quæ sententiā et si Pan. apertè reprobet in omnibus fermè locis, quos supra citauimus, nu. 4. incip. per illū autē. in eo videlicet, quòd Specul. diceret hūc non esse puniendū, dicit tamen Panor. mitiūs esse puniendū, quàm si non prouocatus iniuriam fecisset. Et sequitur Fel. latè, locis supra citatis, & ante eos voluit Petr. Jac. in tit. de actio. iniur. prætor. col. vlt. vers. sed quid erit, per tex. in d. §. imperatores, & in d. §. si maritus.

13 Nec id solū procedit, cū homini fit iniuria, de qua locuti sumus, sed et cū fit Deo, cuius iniuria est multò grauior, quàm quæ homini fit. c. sunt qui. 17. q. 4. & c. monet. 22. q. 2. æquū est enim, vt tātò grauior sit dei iniuria quātò Deus est homine superior. l. aut facta. §. persona. ff. de pœn. & l. omnis. §. 1. ff. de re milit. & §. atrox. Instit. de iniur. Ideoq; si quis contra Deum

14 blasphemauerit, & de iure ciuili vltimo supplicio punitur, in auth. ne luxu. homi. cōt. na. post prin. de iure canonico, alijs grauib. citra mortē supplicij plectitur, q̄ cōtinentur in c. 2. de malef. Tamen, qui calore iracundiæ linguam in blasphemiam cōtra Deum publicè relaxauerit (in eo enim casu loquitur d. c. 2.) nō punitur pœna illius c. sed benigniūs cū eo agitur, vt voluerunt Gos. Ab. Antiquus, Henric. Bohic col. 1. & Pan. qui not. distinguit Ioa. And. et alij in d. c. 2. per tex. in l. 2. in fi. C. de iniur. & in l. si nō cōuicij. C. de iniur. & alia iura quæ allegant. Quod & voluit Arch. in c. quid ergo. in fi. 23. q. 5. dicens Hieronymū ibi de huiusmodi blasphemiam loqui, quæ scilicet fit calore iracundiæ, cū leuem esse culpam asserit. Idem quoq; nouissimè tenuit Philip. Deci. consi. 163. in causa matrimoniali. col. 7. vers. nō obstat illud dictū de blasphemiam. vbi & illud subdit, quòd qui per iracundiā in ludo fortè blasphemauerit, non dicitur propriè blasphemator. allegat Cy. Bal. & Sali. in l. 2. C. de iniur. & Bald. in l. 2. ad leg. Iul. maies. quod dictum omnino aduersatur distinctioni Panor. in d. c. 2.

15 Quid plura? Plato grauisimus omniū philosophorum, & princeps (ita enim eum vocat Tullius lib. 2. de legibus) illum quoq; leuius punit in suis legibus, qui ira concitatus, quàm qui spontè alterum occiderit. Nam ille q̄ consultò ciuē manu propria per iniuriam interfecerit, morte plectitur: at cū is, qui primo iræ impetu, absq; præmeditatione interficit, inuoluntarij (vt inquit) homicidæ similis iudicatur, non tamen omnino inuoluntarij est, sed inuoluntarij habere similitudinē dicitur: ille autē qui iram seruans, nec repenti, sed cū insidijs se postea vindicat, homicidæ voluntarij fit per similis, non tamen omnino voluntarij est. Idcirco si quis hominē liberū non præmeditatione, atq; insidijs, sed repenti ira cōmotus interemerit, duobus addomandam iram annis exulet, vt ira eius diuturnior diutiūs puniatur. Ita Plato sanxit lib. de legibus. 3. & meminit Eusebius ad Theodorum in præparatione Euangelica, lib. 13. c. item, 13.

In qua

16 In qua re Plato, vt aliàs sæpissime Moysis legem imitari videtur, qui etiā sanxerit eum mitiūs esse puniendū, qui dolore stimulatus eum interemit, qui proximum occiderat. vt scribitur Deuter. c. 19. Quem locum enarrans Alex. Ales, Theologorum Scholasticorū verus Achilles, in. 4. par. suæ summæ. q. 86. membro. 3. arti. 1. Multa (inquit) perpetrata instante dolore remanent impunita, quæ si cessante dolore fierent, essent punienda.

17 Nec abs re fuerit duo exēpla historica à Valerio Maxi. lib. rerū memorabiliū. 8. c. 1. memorię prodita hoc potissimū loco recensere. Primū, de muliere quadam, quæ matrē fuste percussam interemerat, dolore cōmotā necatorū veneno liberorū, quos auia filiæ infensa sustulerat, eāque quòd parricidiū parricidio vltā esset, M. Pompilius prætor neque dānauit, neque absoluit. Secūdū, de altera muliere, quæ virū, & filiū eodē tēpore venenis clā datis irata interfecerat: quoniam illi alterū eius filiū ex viro priore genitum insidijs occidissent. Quam rē Dolabella ad se delatā, Athenas ad Areopagi cognitionem reiecit, quia ipse neq; liberare cædibus duabus cōtaminatam, neq; punire eā iusto dolore impulsam sustinuit. Areopagite autē, inspecta causa, & accusatorē & reū post centū annos ad se venire iusserunt, eodem affectu moti, quo Dolabella. Sic neq; absolutū mulieris beneficiū est, quod per leges nō licuit: neque nocēs damnata punitaque, quæ digna venia fuit. Quod & Gellius repetijt lib. Noctium Attic. 12. cap. 7.

18 Confimile est aliud exemplum quod Dositheus lib. 3. rerum Italicarū, & ab eo Plutarchus Cheronensis in suis Parallelis ca. 71. scriptum reliquit. Cum Fabricianus matrem, eiusque adulterum Petronium Valentinum interemisset, cū m suum ipsius patrem obruncassent, Senatus decreuit, ne res illa Fabriciano fraudi esset.

19 Sed & in præsentia venit in mentē, quod eloquentiæ vberimus fons Cicero scribit in oratione, quam totis eloquentiæ viribus scripsit pro Annio Milo. statim post principium: Non sine causa fictis fabulis doctissimi homines memoriæ prodiderunt, eum, qui patris vlciscendi causa matrem necauisset, variatis hominum sententijs, non solū humana, sed etiam deæ sapientissimæ sententia liberatum. hæc ille. Quæ autem ea est fabula, tu vide ris. Sed quod ad speciē in. d. §. Imperatores, relatam, specialiūs pertinet, Valerius lib. 6. cap. 1. multos strictim percurrit, qui dolore suo quem ex vxorum adulterio cōceperant, pro publica lege vsi sunt, eos quidē, quos in adulterio cum vxoribus deprehensos, aut interemerunt, aut castrauerunt, aut familiaria stuprandos obiecerunt. quibus iræ suæ indulgisse fraudi non fuit.

20 Adde et tu supra dictis, q̄ nō solū in foro iudiciali (de quo iā multa disse-ruimus) sed in foro, quod cōsciētię appellant, minus peccat, qui peccat calore iracundiæ q̄ si nulla omnino cōmotus iracūdia, id faceret: vt etiam constāter affirmat vtriusque fori peritissimus Panor. in. c. sicut ex literis. in. 3. no. ex

A 4 trà de

tra de iureiur. Horum autem in prôptu causa est: Is enim quem ira aut dolor occupat, propè est, vt sit furiosus: estque veluti extraneus, suæque mētis nō est cōpos. Quod in se perspicies Geta Terentianus in Adelphis: Vix, inquit, sum cōpos animi, ita ardeo iracundia. Et in eadem fabula Mitio, Tandem, ait, reprime iracundiam, atque ad te redi. Propterea Horatius scribit.

Ira furor breuis est.

Quē in testimoniū asciscit Bene. Plū. in rep. auth. ex causa. col. vlt. C. de libe. præter. Cui & ad stipulatur illud diuini illius vatis Psal. 6. Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripas me. Et eius filij Salomonis Proverbiorū. c. 27. ira nō habet misericordiā, nec erumpens furor. nā mos Hebræorum erat sæpius eandē sentētiā alijs verbis iterare: vt patet ex eodem c. 27. cū dicitur, Laudet te alienus, & nō os tuū: extraneus, et nō labia tua. Et Psal. 127. Vxor tua sicut vitis abūdans in lateribus domus tuæ: filij tui stant nouellæ oliuarum in circuitu mēsę tuæ. & alibi sæpe: vt hinc intelligas, & iram asimilari furori.

21 Bene igitur dicebat Bal. quē suprā retulimus: in. c. 1. §. si quis verò. huius initij. 1. tit. de pac. iura. fir. quod nō habet deliberandi cōsiliū, quem ira iam corripuit. Cui subscribens Tul. in oratione pro M. Marcel. Iracundiā (inquit) est inimica consilio. Et vt ait vulgaris ille, nō tamē contemnendus author,

Impedit ira animum: ne possit cernere verum.

quem citat glo. in authen. de appell. §. 1. in fi. et Specul. tit. de aduo. §. 4. versi: iracundia. Et ita illum versum Græcè vertit Maximus Planudes:

ουμὸς γὰρ πάντι νόον ἔργει ἀτρεικὲς ἀθρεῖν.

Et est tex. ii. q. 3. c. illa. q. cōmotionis tēpore iustū putamus oē quod facim?

22 Ideoque Iureconsulti (vt in omnibus rebus ita & in hac quoque) prudētissimi sanxerunt delicta, quæ ira, aut dolore concitati cōmisimus, nō esse seuerius puniendā: idque statuerunt conscientia infirmitatis, fragilitatisque humanæ naturæ: de qua in l. hac cōsultissima. versi. et cū humana. C. qui testat. fac. pos. Quotus enim quisque præsentem irā, aut dolorē, vel dissimulare, vel cōprimere potest, quin ad usq; factū, dictumue improbum detegat: dolori & iræ omnes fermè cedimus, parēmus, succūbimus: difficillimū sanē est iustū dolorē tēperare, vt iam diximus ex Iurisconsulti sententia: difficillimum item tacere, cūm doleas, vt scribit Cicero pro Murena. Vix dolor frenos capit: vt dicit Atreus apud Senecam in Thyeste actū. 3. Scena. 1.

23 Quæ tot doctissimorū, prudentissimorumque virorum sententiæ, vel ea potissimum ratione cōprobantur, quod sapientissimi, atque aliās temperatissimi viri huic se affectui imperare posse desperarunt. Plato ille fulgentissimum omnium virtutū sydus, aduersus seruū ira percitus, vocato Speusippo sororis filio, aut vt alij contendunt. Xenocrate, Accipito (ait) tu, & verberato, nam & ego iratus sum. verebatur sapientissimus vir, ne iræ frenos, modum-

modumq; dare nō posset. cuius rei testem habeo Plutarchū in libro De liberis educan. vbi & simile quidpiam refert de Archita Tarentino philosopho Pythagorico, ipsiusq; Platonis contemporaneo. quod & idē retulit in libro, De fera nūminū vindicta, & Lactantius in lib. De ira Dei, ca. 18. & ante eos Valerius Maximus, lib. 4. c. 1. & his prior. M. Tullius li. 4. Tusculana rū quæstio. Sed quod de Platone diximus, id quoq; Seneca graphicè descripsit li. 3. de Ira, his verbis, Nō potuit impetrare Plato à se tēpus, cū seruo suo irasceretur, sed ponere illū statim tunicā & præbere scapulas verberibus iussit, sua manu ipse percussurus. Postquā intellexit irasci se, sicut sustulerat manum suspensam detinebat, & stabat percussori similis. Interrogatus deinde ab amico, qui fortē interuenerat, quid ageret, Exigo, inquit, pœnas ab homine iracundo. velut stupens, gestū illū sœuituro deformē sapiētī viro seruabat, oblitus iā serui, quia aliū quē potius castigaret, inuenerat, itaque abstulit sibi in suos potestātē. Et ob peccatū quoddā cōmotior, Tu, inquit, Speusippe, seruulū istū verberibus obiurga: nā ego irascor. ob hoc nō cecidi, propter quod alius cecidisset. Irascor, inquit: plus faciā, quā oportet.

24 Nō abs re igitur iura sanxerūt, iracundiæ calore facta, dictaue, vt sint irrita, nulliusq; momenti: vt est tex. elegans in. l. 3. & ibi gloss. ff. de diuor. & in l. quicquid, & ibi etiam glo. & Bart. ff. de reg. iur. & in. l. si filiā tuā. & ibi latè Iason. C. de inoffi. test. & in. c. diuortium. vbi item gloss. de pœnit. d. 1. Ideoq; contractus calore iracundiæ factus, non tenet. l. licitatio. in princi. ff. de publica. & ita per illum tex. not. gloss. in dict. l. 3. de diuor. & in dict. l. quicquid. vbi etiam Barto. loquens de venditione. & glossa etiam in. d. c. diuortium. & in. c. si quis iratus. 2. q. 3. & Rom. sing. 3. 10. incip. volo commentare. vbi tamen pulchrè limitat non procedere in contractu facto ad pias causas: per tex. quē dicit sing. in. c. sunt qui opes. 17. q. 4. & sequi videtur Alex. in addit. ad Bar. in. d. l. quicquid. & Feli. in. c. Matthæus. in vlt. no. extrā de simo. de quo & nos dicemus in priuilegijs piæ causæ.

25 Confessio quoq; etiam iudicialis calore iracundiæ facta non valet: vt voluit gl. in. c. ex literis. in verbo, admonita. in fi. de diuor. quam sequuntur Anto. Imo. Panor. qui illam quoque facit sing. in. c. olim. de rescrip. Idem Anto. in. c. attestations. de despons. imp. & Panor. qui illam dicit no. in. c. at si clerici. col. 6. versi. tertio limitatur. vbi hoc limitat, & in. c. vlti. col. 4. versic. nota vnum casum. de confes. vbi dicit illam gl. valde not. & in. c. afferte. in pen. no. de presump. & in. c. cū venerabilis. col. 3. versi. nota bene. de excep. vbi & illā no. dicit, & in. c. cū olim. huius initij. 2. col. pe. versi. in cōfessione. de priuil. vbi dicit se nescire eam glo. alibi. & in cap. si verò. col. 6. versic. nunc habes ex prædictis, de iureiur. vbi et illā quoque facit no. & ibi etiam Feli. col. 2. versi. de alijs actibus. & idem Panor. in cap. dudum. col. 2. de cōuers. coniug. vbi etiam dicit sing. & in ca. 2. versi. sed quæro quid si calore.

de ma-

- de maled. vbi etiam item facit *sing.* & ibi etiam Ioan. Ana. col. 2. & Roma. d. *sing.* vbi & illam dicit *sing.* & Feli. in. d. cap. Matthæus, & ita etiam sentit Bal. post Azonem in *summa*, in. l. 1. col. vlt. C. de *ædilit. acti.* Philip. Dec. in *dict.* l. quicquid, de *regul. iur.*
- 26 Nec etiam tenet iuramentum calore iracundiæ factum, text. est in. l. 2. C. ad. l. Iul. maie. quem vnicum apud legistas dicit Rom. d. *sing.* 510. vbi & asserit alium quoque esse apud canonistas vnicum, in. di. cap. sicut ex literis. de iureiur. secundum vnum intellectum. & hoc certè ibi no. Io. And. & Ant. qui hoc distinguendo limitat, & Panor. qui illius distinctionem reprobans, tenet huiusmodi iuramentum indistinctè non valere, & ibi etiam nouissimè Feli. qui illi tamè distinctioni subscribit, & Panor. in. d. c. si verò vbi supra citauimus, de iureiur. vbi & illam distinctionem sibi contrarius sequitur & Phili. Dec. in. d. l. quicquid. & è Theologis Ant. Flor. in. 2. parte. *summa*, tit. 10. c. 5. col. 5. ver. quartus casus. vbi sequitur distinctionem Anto. Et in hanc sententiam bene facit, quod in iuramento deliberatio requiritur: vt post alios nouissimè scribit Gabriel Biel, recens theologus, sed qui nemini fermè antiquorum cedat, in. 3. senten. d. q. 2. col. 2. ver. secundò notandum.
- 27 Neque votum calore iracundiæ emissum valet, per gl. in. d. c. dudum. super verbi. calore iracundiæ. de conuer. coniug. & ibi Ant. & Panor. qui distinctionem Ant. quam in iuramento reprobauerat (vt diximus) hic amplectitur, & idem Panor. in. ca. ex literis. vbi hanc glo. indistinctè dicit procedere: motus autoritate Diui Thomæ, qui. 2. 2. q. 87. aliàs. 88. art. 1. dicit tria esse necessaria in voto, deliberationem, propositum, voluntatem, & promissionem, sicuti etiam ipsum Thomam refert, & sequitur Archi. in. c. qui bona. col. 1. 17. q. 1. & Ioan. And. in. c. literaturam. de voto. & subiungit Panor. bene ad id facere. d. c. literaturam, & etiã. c. nuptiarum, in princ. 27. q. 1. & quod dicitur in. c. nō est. 16. q. 1. vbi Deus non vult nisi militem voluntarium, quæ omnia isdem fermè verbis, vt à Panor. accepisse videatur, vsurpauit, aut ab eo Panor. Rom. d. *sing.* 510. vbi etiam dicit *sing.* glo. in. d. c. dudum. atque etiam Alex. in addit. Bart. in. d. l. quicquid. de *reg. iur.* Sequitur itè illam glo. Barb. in. l. 1. in princip. col. 7. ff. de verb. oblig. vbi & illam glo. citat pro *sing.* & Iason in. d. l. si filiã. qui ad hoc allegat. d. c. sunt qui opes. & Feli. in. d. c. Matthæus. & in. d. c. si vero. & Philip. Dec. in. di. l. quicquid. Et in hanc partem videtur inclinare Archi. in. c. procliuius. 20. q. 3. & nominatim voluit Anto. Flor. vbi supra.
- 28 Electio quoque calore iracundiæ facta, non valet: vt voluit Firmianus, in suo vberè tractatu de episcopo, in. 1. parte, lib. 3. quæst. 35. per. tex. in. c. auditis. de elec. in ver. prorupit. & ibi quoque confirmat, quæ de contractu, confessione, iuramento, & voto diximus. Intelligitq; dict. c. sunt qui opes. in datione collata in piã causam, sicut intellexit Ro. quæ tamen non allegat.

Præterea

- 29 Præterea, acceptatio secundi beneficii eodè modo accepta, non facit vacare primum: vt voluit Panor. post alios, in cap. de multa. col. 5. verbi. extra casum glo. de præben. arg. d. c. ex literis. & c. notandum. 2. q. 3. reprehenditq; Ant. ibi contrarium tenentem. & idem voluit Car. Flor. in. cle. 1. in. 1. oppo. de offi. vica. & Feli. in. di. ca. sicut ex literis. col. vlt. & Philip. Dec. vbi supra.
- 30 Professio item iracundiæ calore facta, non tenet, neque obligat: vt voluit Ant. in. di. c. sicut ex literis. & Feli. etiã in. di. c. si verò. quod eadè ratione confirmare possumus, quã supra adduximus, cū de voto loqueremur: nō lōgè enim distat professio à voto, imò professio est voti species, vt clarè liquet.

Secunda causa.

S V M M A E.

- 1 Furore percitus, crimen committens, an sit excusandus. & nu. 6.
- 2 Furiosus factus, perinde habendum, ac si casu aliquo absque facto personæ factum fuisset. & nu. 5. Et vt plurimi se furiosos simularint. nu. 4.
- 3 Furiosi non peccant Theologis.
- 7 Furiosus sua culpa factus, vt sit puniendus.
- 8 Furiosus si post modum ad sanam mentem redierit, an & quæ pœna imponenda pro delicto patrato in furore.
- 9 Intellectus ad. c. si quis insaniens. 15. q. 1.
- 10 Furiosi & si non puniuntur, eò quod furiosi, parentes tamen aut alij consanguinei, qui id oscitanter neglexerunt, puniendi.



T H A E C quidem de prima causa, in qua quoniã diximus illū esse veluti furiosum, qui ira correptus est, de furioso quoq; secūdo loco dicendū est. Qui ergo furore percitus crimē committit, de pœna illius dissimulandū est: satis enim suo furore punitur, et illū fati infelicitas excusat. hæc ferè sint verba Iuriscōsulti in. l. diuus. ff. de offi. præsi. et cōsonat. l. infans. ff. ad le. Cor. de sic. et. l. illud. §. sanè. ff. de iniur. et in. c. iudicas. 3. q. 9. et c. aliquis. et ca. illa. 15. q. 1. et cle. 1. de homici. et faciunt no. per glo. in. l. si quis in tantam. in. 6. q. et ibi doct. C. vnde vi. et per Bal. cōsi. 347. ecce formata apparet. lib. 37.

- 2 Quibus suffragatur, quod legitur in. l. vlt. in. fi. ff. de admi. tut. in. fi. proinde habendum esse quod à furioso factum est, ac si casu aliquo sine facto personæ id accidisset. Et alibi dicitur æquè estimadum esse dānum, quod furiosus dederit, ac si quadrupes fecerit, aut si tegula ceciderit. l. sed et si quamcunque iniuriam. §. 1. ff. ad leg. Aquil. Nam furiosus non intelligit quod agit. §. furiosus. Inst. de inut. stip. et nulla est ipsius voluntas. l. furiosi. ff. de



- ff. de reg. iur. & §. præterea. Inst. quib. non est. permis. fac. testa.
- 3 Et hæc quidē ex nostris legibus: cæterum Theologi constanter affirmant furiosos nō peccare: vt per Alexā. Ales Scholasticorum præceptorem, in. 2. parte suæ vberimē summæ. q. 172. mēbro. 1. & 3. & alibi sæpe, & plenissimè tractatur in. 2. sentē. d. 22. Aelius autē Spartianus autor est, quod Adrianus Imperator apud Terraconē spatiat⁹ per viridaria, seruo in se cū gladio furiosius irruēte, illū quidē retentū ministris accurrentibus tradidit, & vbi furiosum esse cōstitit, medicis curandū dedit in nullo omnino cōmotus.
- 4 Denique plurimi prudentesque viri furiosos se, atque insanos esse simularunt, vt sibi commissorum, aut committendorum impunitatem compararent, vt de Moyse Iudæorum legiflatore legitur: & de Solone altero Atheniensium legum conditore tradunt Plutarchus & Laertius, vterque in vita illius. Et de L. Iunio Bruto scriptum reliquit Liuius. 1. decada. lib. 1. vbi hinc dicit illum fuisse Brutum cognominatum.
- 5 Et hoc certè procedit etiam in eo, qui sua culpa in furorem incidit, vt voluit glo. in. §. sed hoc fortè. 1. 3. q. 2. dum ibi in ea re Gratianum reprehendit, & Laudu. & Pe. An. in. d. cle. 1. de homicid. & ibi etiam Card. Flor. in. 6. q. ob id potissimum motus, quod sicuti diximus, non secus habendum sit, quod à furioso factum est, quàm si casu contigisset. Et Floria. in. d. l. sed & si. §. iniuriam. ff. ad leg. Aquil. & Gabriel Biel, Theologus inter recentiores maximi nominis, lib. 2. senten. d. 22. q. 2. conf. 3. dicit furiosum nō peccare in his, quæ in furore facit, etiam si sua culpa in furorem incidit.
- 6 Quamquam Lopus in. d. cle. aliter scripserit, hos videlicet non excusans, per no. in. c. quando quis. & ibi glo. de conse. d. 4. & in. c. si euangelica. 55. distin. & alia iura ad hoc per eum adducta. Cui sententiæ multi quoque Theologi assentiunt, dicentes hos quidem non omnino excusari ab his, quæ faciunt in furore, in quem sua culpa ceciderunt. In qua opinione fuit Alexan. Ales, in. 3. parte summæ, q. 41. memb. 4. artic. 2. ante fi. & diuus Bonauentura in. 2. senten. distin. 22. artic. quæst. 3.
- 7 Marianus autē in repe. c. ad audientiam. in. 3. q. 5. q. 1. de homici. hos ita cōcordat, quod si quis sua sponte effectus est furiosus, vt quia aliquid vltro comedit, quod sciebat homines in furorē vertere, tunc non excusatur: aliàs excusatur. Quid autem sit dicendum, alij viderint. Ego autem illud tātum dixero, Lapi sententiam, si probabilior videbitur, ita intelligendam esse, vt etiam talis furiosus sua culpa factus, leuius puniatur, si deliquerit, per ea, quæ dicam in sequen. cap. & de ebrio, in. 6. cap.
- 8 Porrò Ludo. de Pen. in. l. si apparitor. col. vlt. C. de coar. lib. 1. 1. quæ dicta sunt in prin. ita explanauit, vt si furiosus post commissum delictum ad sanam mentem peruenerit, sit ei aliquis (vt ipse loquitur) pro delicto pœnitentia imponenda, per tex. in ca. si quis insaniens. 1. 5. q. 1. Et hoc (inquit) toleratur,

- leratur, ne disciplina ecclīæ deferatur, vt ī simili dī in c. excōnicatorū. 33. q. 5. Et hoc quoq; voluisse vī Arch. ī c. q. bōa. col. 10. vers. idē dī de furioso. 7. q. 1.
- 9 Verūm Phil. Dec. in. l. in negotijs. ff. de reg. iu. hoc dictū reprobatur, per tex. ī d. l. diu⁹. de of. præfi. & ī d. l. pe. §. vlt. de parri. & ī d. l. vlt. ī fi. de adm. tut. hāc q; partē dicit tenere g. ī d. §. sed hoc fortè, qui subijcitur d. c. si quis insaniēs. cūm dicit quod snīa illius ca. nō est approbāda, in d. auth. c. excōnicatorū. potuit esse culpa, quæ non cadit in iniuriosum. Et ego cū Decio sentio.
- 10 Illud autē nō prætermiserim, quod & si furiosi nō sunt puniēdi, parentes tñ, aut alij consanguinei, qui illos negligēter obseruarūt, puniēdi sunt, vt est tex. ī d. l. diu⁹. añ fi. Cui succinit Platonis lex lib. de leg. 12. q. cautū est, vt propinqui furiosum domi quocūq; mō possint, custodiāt: quod nisi fecerint, mulctētur: qui maximi census sunt, dragmis centū, siue seruū, siue liberū minūs diligēter custodiat. Qui secūdi cēsus, q̄tuor de quinq; minæ partibus: qui tertij, tribus: qui quarti, duabus. Legib⁹ autē antiquis hmōi furiosi relinq̄bātur custodiē agnatorū, & gētiliū. Cicero lib. 2. De inuē. Si furiosus est, agnatorū gentiliūq; in eo, pecuniaq; eius ptās esto: vt Varro de Re rusti ca lib. 1. c. 2. Qui salubrē locū negligit mēte capt⁹ est, atq; ad agnatos, & gentiles deducendus.

Tertia causa.

S V M M A E.

- 1 Furore correptus post patratum facinus, mitius puniendus.
- 2 Furiosus loco absentis & ignorantis habetur.
- 3 Furiosus mortuo equiparatur.
- 4 In delictis publicis attenditur tempus commissi delicti, non pœnemutatio.
- 5 Furor non liberat à pœna eterna Theologis.
- 6 In pœnis sequenda mitior pars, vbi variæ sunt opiniones.
- 7 Furioso an parcendum in summa sceleris immanitate.
- 8 Furiosus tum demum puniendus, si processus sit inchoatus aduersus eum, de crimine quod patrarat antè, quàm in furorem incideret.



E R T I O, non solum qui in furore deliquit, non puniendus est: sed & qui dum sanæ mentis esset, facinus perpetravit, postea furore correptus est, mitius sanè puniendus est, vt sic furor superueniens pœnam minuat, per id quod voluit Bal. & post eum Alex. & alij recentiores, in. l. furiosum. in fin. C. qui testa. face. possunt. quod furor post delictum adueniens excusat à pœna corporali, non tamen à bonorum annotatione. & idem Bal. quod aduersus illum procedi non potest:

potest. in l. humanitatis. colum. 8. versic. tertio quæritur, si furiosus. & ibi Franc. Are. colum. antep. versicu. circa aliud. C. de impub. & alijs substit. & ipse Bal. in cap. 1. in fin. tit. an ille, qui inter. fra. do. sui vbi etiam Aluarot. post eum & Imo. in cap. Raynutius. in materia exemplaris substitutionis. de testa. & in l. ex facto. & ibi etiam Franc. Are. colum. 15. versic. si verò. ff. de vulg. & pupil. subst. & Floria. qui hoc reputat mirabile, in l. sed & si. §. iniuriam. col. 2. versicu. prædictis adde. ff. ad leg. Aquil. & Angel. Are. in tractatu maleficiorum. in verbo, scienter & dolose. colum. 3. versic. quid infurioso. vbi hoc dicit sing. & ibi Augu. Ari. in addit. qui id dicit se in facto vidisse, & Cepola caut. 8. incip. est & alia cautela. Alij autem ponunt sub. 2. caut. & Iason. in l. patre furioso. colum. antep. versicu. consequenter not. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & nouissimè Ferdi. Loaz in repeti. §. diui. l. filiusfami. char. pen. versicu. ex quibus sing. inferri potest. ff. de legat. 1.

2 Cuius rei est vtique bona ratio, vt plerique autumant: tum quoniam furiosus habetur loco absentis, & ignorantis: vt est tex. in l. sed si ynus. §. filio fa. ff. de iniur. & l. Iulianus. ff. de diuor. & l. 1. §. adipiscimur. ff. de acqui. possel. & l. 2. §. furiosus. ff. de procur. Et l. vbi non voce. §. furiosus. ff. de reg. iur. & tex. omnium optimus in l. 2. §. furiosus. ff. de iur. codic. vbi furiosus per omnia, & in omnibus absentis & quiescentis loco habetur. quem. tex. facit sing. Angel. in. d. l. in negotijs. ff. de regul. iur. eumque dicit esse meliorem de iure. idem Angel. in dict. l. vbi non voce. At pœna corporalis ferri non potest in absentem. l. absentem. ff. de pœn. Nec cum pœna corporalis venit imponenda, admittitur curator, aut procurator. l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iudic. Et hanc rationem sentit Bald. in dict. l. furiosum. & in dict. cap. 1. an ille, qui interf. fra.

3 Tum quoque, quia furiosus mortuo æquiparatur. l. qui ad certum. ff. loca. & l. bonorum. ff. rem rat. haber. & not. glos. l. si quis alium. ff. de acqui. hered. At mortuus de iure cõmuni non patitur pœnam corporalem, l. defuncti. ff. de publ. iudi. & ibi cõcord. (vide Cy. in l. 1. aut. 2. C. qui testa. fa. poss.) Et hanc quoque ratione sentit Bal. in d. l. humanitatis (quem vide in. 4. fal.) Imo & Fran. Are. in d. l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. Quamobrè dicit Bal. rem mirandam satis in d. l. humanitatis. si post latam capitalem sententiam in flagitiosum, eum furor occupet, tutius esse vt non mandetur executioni. De quo etiam Imo. in d. c. Raynutius.

5 Tamen Ludo. Rom. in d. l. furiosum. & etiam in l. si seruum. ff. si ex nox. causa ag. huic opinioni reclamatur, dicens furorem post delictum aduenientem nullo modo excusare, quin delinquens ipse corporaliter puniatur: prout delicti qualitas exposulauerit: quoniam in publicis delictis attenditur tempus commissi delicti, non personæ mutatio, ex sententia. Bar. & aliorum

aliorum in d. l. si seruum, per tex. in l. i. ff. de pœ. & l. i. §. 1. ff. ad Turpil. & l. si quis Decurio. C. de fal. Et hãc opi. sequitur Lancel. Polit. in tracta. substit. char. 40. versic. circa hoc autem quæritur. vbi etiam respondet ei, quod dictum est furiosum haberi pro absente, & mortuo.

5 Et eam quidem opin. dicit veriorè de iure Iason in d. l. furiosum. & in d. l. si seruum. & in d. l. ex facto. co. 10. versic. & reperio. ff. de vul. & pupil. Id quibus medijs (vt ita loquar cum nostris) vltra rationem Roma. Primo, per tex. in d. l. diuus. versic. si verò, in illis verbis nec morbo eius dandam veniã, & in illis verbis supplicio afficiendus. Secundo, per id quod fortius tenet Bar. in l. nunquam. §. si vi aut clam, per illum tex. ff. de accu. quod si aliquis cõmisit peccatum mortale, cum esset sanæ mentis, deinde in eo mortali peccato efficiatur furiosus, & in furore moriatur, certè apud Deũ damnabitur. & ita dicit tenere theologos. Si ergo apud Deũ furor superueniens non liberat à pœna æterna, quæ longè immensior est, multò minus à pena temporali, cum mitius agatur cum Deo, quàm cū homine. l. si quis reum. §. voto. ff. de pollic. quod dictum pro not. reassumpsit idem Ias. in d. l. patre furioso. Tertio, per id quod no. ipse Bar. in d. l. ex facto. col. 5. ver. septimò. in pupillari requiritur. ibi, quæro quæ est ratio, quod pater potest exhæredare filium furiosum ex causa ingratitude ante furiosum commissæ. quem & ibi sequuntur Imo. Fran. Aret. & alijs recentiores, in eam rē citantes tex. in l. vlt. §. sed cùm antiquitas. C. de curat. furio. iuncto tex. in l. si quis in suo. §. legis. C. de inoffi. testa. Addit & Iason vbi supra. l. de creationibus. de episc. audi. Et tandè quoque ipse Iason in d. l. ex facto loco supra allegato, respondet ei, quod diximus, furiosum esse loco absentis, & mortui.

6 Dicit tamen Iason non esse discedendum à prima opinione, nec iudicando, nec consulendo, nec legendo: cū in pœnis sequenda sit mitior pars, vbi sunt diuersæ opiniones, per tex. in l. interpretatione. & l. sanctio. ff. de pœn. Et quia durum videretur, si verè furiosus decapitaretur. postea verò veluti sui oblitus dicit in d. l. ex facto. col. 11. versic. & reperio. ff. de vulg. & pupil. posse responderi textui. d. l. diuus. quia ibi dicitur. quod super ea re est consultus princeps. & subiungitur, quod propter inhumanitatem sceleris (ibi enim ponitur casus de eo qui matrem interemerat) morbo eius nõ est danda venia. Ideoque datur clarè intelligi, quod nisi esset tanta criminis inhumanitas, non esset huiusmodi furiosus supplicio afficiendus.

7 Id quod ipse Ias. deprompsit è penu Fran. Aret. in dict. l. humanitatis & in d. l. ex facto. vbi hanc rem latè examinat, & primam opinionem sequitur, nominatim carpens Rom. qui contrariũ tenuit, & respondet ad rationem illius. Et in hanc etiam sententiam inclinatur Hippo. Marfil. in l. 1. col. 7. versicu. sed prædicta possent. ff. de ficar. Sed ad id quod de immanitate sceleris dictum est, adde quod latè scribam infra in. 49. causa. nu. 10. incip.

B 2 illud

8 illud tamen. & seq. † Alex. in. d. l. ex facto. col. 8. versi. adde quod ex hoc infer. in ea est sententia, vt si processus non sit inchoatus ante furorem, non sit condemnandus: sed si iam expeditus esset processus, possit puniri. Respōdetque etiam ei, quod diximus furiosum haberi pro mortuo, & d. l. diuus. vt ibi per eum videre poteris. Aliter autem has diuersas opiniones conciliat Catellianus Cota memor. incip. homicidium. col. 2. versic. sed quid in furioso. an. s. pœna sit à lege certo modo statuta, & sit locus opinioni Bald. an mi nimè, & procedat opinio Roma. ex his, quæ scribit Barb. in tra. de præstan. Cardin. in. 1. quæst. 1. par. Sed id non mihi placet, nullam enim video rationem diuersitatis vtriusque casus.

Causa quarta.

S V M M A E.

- 1 Amor furor est: cum ferè amantes furibundos, furentes & furiosos reddat.
- 2 Amorem continere intra debitos limites, non muliebri, sed perfectæ philosophiæ est.
- 3 Delinquens præ nimio ardentiori; amore, leuius puniendus: cum non ex animi sententia, sed furore concitatus id admittat.
- 4 Paulina constuprata à Mundo, equestris militiæ duce: idq; fraude sacerdotum Isiacorum.
- 5 Pisistrati Atheniensi tyranni elegans responsum ad uxorem hortantem vt supplicium su meret de eo, qui filia suæ osculum præbuerat.



Virgilius lib. 4.

Ardet amans Dido traxitq; per ossa furorem.

Et alibi eodem libro:

Quid vota furentem,

Quid delubra tuant?

Et paulò post.

Vritur infelix Dido, totaq; vagatur

Urbe furens.

Ouidius

VARTO, Cùm amor sit quædam furoris species, teste ipso sapientiæ antistite Platone, qui in Phædro scribit quatuor esse illius species, inter quas amorem reponit, qui est à Venere: idcirco poëtæ passim amorem furorem vocant: & amantes furibundos, furentes, furiosos. Catullus in nuptijs Pelei, & Thetidis:

Heu miserè exagitās in miti corde furor.

Causa quarta.

Ouidius in epistola Helenæ ad Paridem:

Qua licet & possum, luctor celare furorem.

Et decimo Metamorphoseos, de mirrha loquens.

Exilijs gremio furibunda.

Est quoque tex. apud nos hunc affectum furorem vocans, in. c. cùm in iuuentute. de præsumpt.

- 2 Sicque nihil hoc furore vehementius: quem retinere est perfectæ philosophiæ, vt est etiam text. qui & hanc affectionem furorem vocat, in athen. quib. mod. natu. effic. legiti. §. illud. cui omnino assentiens Socrates libr. 3. Platonis de Republica, Voluptate (inquit) venerea, nulla vehementior nullaue furiosior. Et apud ipsum Platonem in Symposio, Agatho nullam ait voluptatem esse amore potentior. Et latinæ eloquentiæ parens Cicero libro. 4. Tusculanarum Quæstionum. Maximè (ait) admonendus est quantus sit furor amoris: omnibus enim ex animi perturbationibus est profectò nulla vehementior. Et Bald. omnium doctrinarum peritus, in. l. precibus. colum. 6. versicu. quid ergo si petijt non idoneos. C. de impub. & alijs substit. scribit philosophicum esse non muliebri, huiusmodi affectum intra debitos limites carcerare. quem refert, & sequitur Fran. Curt. senior consilio. 67. super controuersia, columna. 3. versiculo. transeo ad secundum.
- 3 Propterea non temerè (vt reor) contenderim, eum leuius esse puniendum ne dicam impunitum relinquendum, qui præ nimio ardentiori que amore quicquam deliquerit, veluti non ex animi sententia, sed furore concitatus id ipsum admiserit. In qua sententia, ne id nouiter dixisset videar, fuit egregius doctor Oldrald. consistorialis aduocatus, consi. 210. regularis habet traditio, columna. 2. versicu. tertia consideratio. vbi aliquem quodammodo excusat, tanquam furiosum, qui vt quædam muliere potiretur, quam deperditè adamabat, magicas imagines ad eam rem (vt ipse putabat) accommodatas confecerat, dæmonesque inuocarat. quod grauissimum est delictum vt not. in capit. 2. de sortil. citatque testimonium Aristotelis, qui septimo Ethicorum libro capit. secundo scribit hos veneorum appetitus, nonnullos in furorem atque insaniam adigere.
- 4 Secundum quam sententiam Iosephus lib. Antiquitatum. 18. capit. 6. & AEgesippus libr. 2. rerum iudiacarum, capit. 4. historiam referunt huic loco non parum conuenientem: Paulina Romana spectatissimi generis fœmina, in templo Isis à iuvene quodam, nomine Mundo, duce equestris militiæ, qui illam miserè deperibat, miro commento constuprata est, fraude sacerdotum Isiacorum, qui ab Ida, Mundi liberta, corrupti pecunia, sub specie Anubidis, amatorem Paulinæ complexibus copulaue-

B 3 runt.

runt. Quo facinore comperto, Tiberius Imperator sacerdotes cum Ida, quæ omnium malorum caput extiterat, in cruces adegit, templum Iſidis euertit, statuam ipsius Deæ in Tyberim iactari iussit: Mundum autem exilio tantum damnauit: dignum cum maiori poena non iudicans, quod amoris vehementia, formæque superatus gratia, deliquisset.

5 Et huc quoque non nihil pertinet, quod à Valerio Maximo libro 5. rerum memorabilem, capit. 1. scriptum est de Pisistrato Atheniensium tyranno. nam cum adolescens quispiam amore virginis eius filia accensus, in publico obuiam sibi factam osculatus esset, hortante vxore vt ab eo capitale supplicium sumeret, respondit, Si eos qui nos amant, interficiamus, quid his faciemus, quibus odio sumus? subditque Valerius minimè dignam vocè esse, cui adſciatur, eam ex tyranni ore de humanitate manasse.

Causa quinta.

S V M M A E.

- 1 Dormiens si quid facit, quod etiam habeat delicti speciem, non puniendus.
- 2 Dormiens & mortuo, & somnus morti equiparatur.
- 3 Dormiens nullius est omnino pretij, non magis quam si non viueret.
- 4 Somnus, mortis frater Homero.
- 5 Somnus, parua est mors: mors, magnus somnus.
- 6 Somnus, Sopor, Quies, pro Dormire, Morte & Mori, vsurpata. & nu. 7.
- 8 Somnum & mortem, parum differre.
- 9 Dormientibus siquid contingat, an vitio aut culpæ adscribendum. Et quomodo id accipiendum. numero. 10.
- 11 Dormientes multos surgere, arma capere, vagari, canere, multa que alia conficere, non secus quam si vigilarent. & nu. 12.



1 V I N T O, quia dormiens quoque & furiosus æquiparantur. l. 1. §. adipiscuntur. ff. de acquir. poss. & ibi not. Et de furioso abudè diximus, restat vt de dormiente quoque differamus. Et sanè si dormiens quicquam faciat, quod habeat speciem delicti, quia fortè hominem occidit, non punitur, vt est tex. in de. vnica, de homic. Cuius rei rationem esse dicunt ibi Laudu. & post eum Cardi. Flor. in. 6. quæst. id quod diximus, videlicet dormientem cõparari furioso, atque etiã amati, vt est tex. in. c. maiores. §. sed adhuc. & §. ite quæritur. de baptis. Ideo quæ sicut quod à furioso factum est, perinde est censendum, atque, si casu euenisset, vt diximus: ita & quod à dormiente est commissum. & ita, videlicet quod dormiens excusetur ab homicidio,

dio, voluerunt Albert. Roma. Alexand. Franc. Areti. & Iason. in dict. cap. adipiscimur. & Floria. l. sed & si quemcunque. §. iniuriã. ff. ad leg. Aquil.

2 Addo & illud quoque, quod dormiens mortuo, & somnus morti verissimè comparatur: rectè enim Virgilius libro sexto Aeneidos:

Dulcis & alta quies placidæque simillima morti.

Et alibi:

Mors homini facilis, dulciq; simillima somno.

Quod epithetò ab Homero sumpſisse videtur: qui & mortem *νήδυμω ὕπνω* id est dulcem somnum, vocat Iliados. lib. 16.

πέμπειν θάνατόν τε φέρει καὶ νήδυμω ὕπνω

Et Tullius in Catone, iam verò videtis nihil morti esse tã simile, quàm somnum. Et Silius Italicus libr. 15.

Nox similes morti dederat placidissima somnos.

Quin Ouidius somnum imaginem esse mortis scribit, libro. 2. Amorum, Elegia. 9.

Stulte quid est somnus gelidæ nisi mortis imago?

Longa quiescendi tempora fata dabunt.

Quos versus è nostris afferunt, commendantque Cardinal. Floren. Barba. in clementina. 1. in fine princip. de summa trinitate & fide catholica. vbi est & ad hoc bonus textus similes vtique faciens somnum, & mortem.

3 Propterea Plato libro sexto, de legibus: Nemo (ait) dum dormit, alius cuius pretij est, non magis quam si non viueret. Vnde fluxisse videri potest illud Aristotelicum, libro quinto De generatione animalium, capit. primo. somnum talem rem sua natura videri, vt viuendi, & non viuendi interluminium sit: & neque omnino sit qui dormit, neque nõ sit: Viuitur enim potissimum vigilia, propter sensum. Et illud quoque Plinianum ex Varrone, in præfatione naturalis historię, Dum ista mus fitamus, pluribus horis viuimus: profectò enim vita vigilia est. Propterea verum est illud Aristonis ex Plutarcho, in Commentario De contentione ignis, & aquæ: Breue admodum viuendi tempus homini esse tributum. nam somnus veluti publicanus dimidium aufert. Vnde & natum illud Aristote. prouerbium libr. 1. Moralium: Felices nil admodum cæteris distare dimidio vitæ. Quibus admodum cõueniunt verba Plinij libr. 7. ca. 50. Incertum, ac fragile nimirum est hoc munus naturæ, quicquid datur nobis. Malignum verò, & breue, etiam in his quibus largissimè contingit, vniuersum vtique æui tẽpus intuentibus. Quid, quod æstimatione nocturnæ quietis, dimidio quisque spatio vitæ suæ viuut? Pars æqua morti similis exigitur, aut poenæ, nisi contingit quies. Libanius Antiochenus Celsinum arguens, quod somno immodicè indulgeret: Muta (inquit)

B 4 sentè

sententiam. Cùm enim brevis mortalibus sit vita, id demum tempus viuere videmur, quo vigilamus: quis enim dormienti visus? quis auditus? quis gustus? quis tactus? quis denique odoratus? mortis certè imago dormientis est corpus.

- 4 Qua ratione moti Homerus & Hesiodus vatum antesignani, somnū mortis fratrem appellauerunt. Homeri locus est in.14. Iliados:

Δῆμον δὲ εἰσαφίκανε πόλιν θείοιο θάνατῳ
ἐν ὕπνῳ ξύμβλητο κασίγνητῳ θανάτοιο.

Hesiodi autem in Theogonia:

ὑπνοῦ κασίγνητον θανάτοιο.

Nam & ipse Homerus libro, Iliados. 16. mortem & somnum gemellos vocat:

Γέμπε δὲ μιν πομπόισιν, ἅμα κρηπνοῖσι φέρεσθε
ὑπνοῦ, καὶ θανάτῳ διδυμάοισιν.

Quos secutus Virgilius libr.6. Aeneidos:

Et consanguineus lethi sopor.

Et Seneca somnum interpellans, Frater inquit duræ languidæ mortis.

Et Valerius Flaccus libr.8. Argonauticon:

Nunc age, maior ades fratriq; simillime letho.

In quam sententiam Leontinus Gorgias senio iam fessus, ac perimbecillus, cùm in somnum paulatim prolaberetur, ac familiarium quispiam accedens, ex eo vt se haberet, sciscitaretur, iam, inquit, me apud fratrem deponere adortus est sopor: ἡδὴ μὲρ ὕπνῳ ἀρχέται παρακατατίθεσθαι τῷ ἀλλοφῶ: vt tradit Aelian. De varia Historia libro. 2. capit. 35. Diogenem quoque cùm medicus somno pressum excitasset, rogassetq; num quid sentiret mali: Nihil, inquit, nam frater fratrem occupat, significans scilicet somnum eum esse mortis initium, testis Plutarchus in oratione consolatoria ad Apollonium. Est & senarius apud Græcos, qui somnum parua mortis mysteria appellat:

ὑπνος τὰ μικρὰ τοῦ θανάτου μυστήρια.

Ob idque dicitur nox vtriusque nutrix fuisse & somni, & mortis, vt scribit Pausanias libro. 5.

- 5 Hinc interrogatus Physicorum consultissimus, quidnam somnus esset, respondit, Parua mors. Deinde quid mors esset, respondit, Magnus somnus. cui subscribens Diuus Hieremias Propheta insignis, capit. 51. mortem somnum sempiternum appellat: & Horatius non dissimiliter perpetuum soporem, cùm inquit, de morte Quintilij loquens:

Ergo Quintilium perpetuus sopor vrget.

Cui suffragatur illud Catuli ad Lesbiam, epig. 5.

Soles occidere & redire possunt:

Nobis

Nobis cùm semel occidit breuis lux,

Nox est perpetua vna dormienda.

Virgilius autem libr.10. Aeneidos æternam noctem dicit:

Olli dura quies oculis & ferreus vrget

Somnus: in æternam clauduntur lumina noctem.

Quod epitheton accepit ab Homer. libr.13. Iliados, de morte quoque loquente:

τῶν δὲ ὀφθαλμῶν ἐρεβεννὴ νύξ ἐκάλυψεν

- 6 Hinc item fluxit, vt docti viri plerunque soporè & somnum & quietem, pro morte, dormire, mori, vsurparint. Plautus in Amphitrione, actu primo, scena. 1.

Iam pridem videtur factum, heri quod homines quatuor

In soporem collocastis nudos.

Et paulò pòst:

Quatuor viros sopori se dedisse hic autumat.

Rursumq; post pauca:

Quid, si ego illum tractim tangam, vt dormiat?

Et Propertius libr. 2. eleg.

Quod si fortè tibi properarint fata quietem.

Et virgilius quo loco citauimus, numero præcedenti.

- 7 Quo etiam genere locutionis vtuntur sacræ literæ, vt patet libr. 2. Reg. capite. 7. Cumq; completi erunt dies tui, & dormieris cum patribus tuis. & secundo Regum. c. 11. Dormiuit igitur Dauid cum patribus suis. & alijs pluribus locis librorum Regū. Et Iob. 14. Homo cū dormierit, non resurget. Et Danielis. 12. c. & multi de his qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt. Et Ioan. 2. Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt è somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius: Domine si dormit, saluus erit. Dixerat autè Iesus de morte eius: & paulò pòst Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos vt credatis, &c. Et D. Paul. primæ ad Corinthios. 15. Deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manet vsque adhuc, quidam autem dormierunt. & alibi sæpe.

- 8 Philosophi quoque, qui rerum causas, & naturas solerti ingenio inuestigarunt, docent parum interesse inter somnum & mortem: Alterum enim, Alemeonis testimonio apud Plutarchum, De placitis philosophorum, libro. 5. cap. 24. fieri sanguinis receptu in venarum confluuium: Alterum, absoluto sanguinis in venas ipsas collectu. Empedocles autè putat somnum sanguinarij caloris refrigeratione esse: quæ quidem si modicè temperata sit, sequi somnum: si immodica, mortem. Diogenes, Si penitus sanguis diffusus venas corporis impleat, intestinumq; earum aërem ad pectus, subditumq; illi ventrem propulerit, tum denique somnum fieri, ex quo



quo præcordia cōcalefcere. Quòd si omnis funditus aër ex venis eruperit, mortem exiftere. Plato, & Stoici fomnum fieri autumant sensilis quidem spiritus remiffione, & tanquam laxatione: quemadmodum, & super terrā confidente flatu: eodem verò se recipiente ad superciliorum interstitiū, id est animæ principatum. At verò cūm omnifaria fit spiritus sensilis remiffio, tum demum sequi mortem.

- 9 Cūm ergo dormientes parum à mortuis distent, mortui autem vt palā est, delinquere, & (vt dicunt Theologi) mereri, aut demereri nō possint, vt latè differunt in 4. sententiarum, dif. vlt. planè colligitur culpæ nō adscribē dum esse, quod illis dormientibus contingit. Quod & testatur Diuus Bernardus in libro, quem diuinitus De libero arbitrio cōscripsit, dicens, Vesanis, & infantibus et dormientibus nihil quod agant imputatur. & latè cōcludunt Theologi recentiores, in .2. sententiarū dift. 25. ca. potissimū ratio ne moti, quòd omne peccatum ex iudicio rationis dependet, quo sublato tollitur omnis ratio peccati. Iudicium autem in dormiente esse non pōt, cūm dependeat ab operationibus potentiarum animalium, quæ tunc veluti ligantur, & quiescunt, vel ex sententia Aristotelis, qui cōmunem somnum corporis, & animæ opinatur, vt ex eo refert Plutarchus, in libr. suprā citato, capit. 25. Propterea omnium Theologorum sententia est, pollutionem nocturnā, quæ dormienti euenit, ex infirmitate, aut superfluitate, aut etiam ex somno, aut alia quacuncq; re aduentitia, vel innata, sine culpa præcedente ipsius dormientis, non esse peccatum: vt à quibusdam tractatur in dicta. dift. 25. & latè à Diuo Thoma. 2. 2. q. 154. art. quinto, & scribitur in 10 decretis canonicis 6. dift. c. 1. Sed suprā dicta intellige, nisi in culpa fuerit dormiens, quoniam sciebat se eo vitio laborare, vt dormiendo surgeret, arma caperet, vim inferret, verberaret, occideret, & cætera huiusmodi, nec diligentiam adhibuit, vt huic rei obuiam iretur, arma remouēdo, se ligari vinciriq; si opus esset, præcipiendo, & alia quibus futuro periculo cōsulatur, faciēdo: teneretur enim de culpa, per id quod simile habetur in l. lege Cornelia. ff. de fidei. & l. si putator. ff. ad legē Aquil. Et ita voluerunt Gul. Cun. & Rayn. in l. diuus. ff. de offic. præsid. & Pet. Iaco. titu. de actio. ex paup. col. 3. versi. item prædicta faciunt. & Barto. in l. pen. ff. ad leg. Iul. de parric. & Petr. Anc. & Cārdi. in d. cle. 1. de homi. & Flori. in l. si seruus seruum. §. si fornicarius. ff. ad leg. Aquil. & Angel. Aret. in tracta. malef. in verbo, comparant dicti inquisiti in termino defensionis, col. 6. versi. quid si dicat, in paruis. Alex. Fran. Aret. & Iason in vtraque lec. in d. l. 1. §. adipiscimur. ff. de acquiren. posses. Maria. in repe. c. ad audientiam. in. 12. quæstione quintæ quæstionis principalis: vbi dicit, quòd talis nō incurrit irregularitatem. Barb. in l. 1. in princ. col. 8. ff. de verb. oblig. Quam sententiam confirmat, quòd pollutio nocturna, alioquin irreprehensibilis, vt diximus, si tamen eam culpa præcesse-

præcesserit, quoniā ex ciborum ingluuie, aut turpi cogitatione processerit, non est sine peccato: vt asserunt Theologi, & scribitur. 6. di. c. 1. & vlt. Quoniam autem suprā locuti sumus de ijs, qui dormiētes surgunt, & c. ne superuacaneum quibusdam videatur, non est silentio prætereundum, esse plurimos, qui re ipsa dormientes è lecto surgunt, ambulant vel lōgiusculè, arma capiunt, multaq; aut ac si vigilarent, cōficiunt, cuiusmodi refert Laud. in d. cle. 1. de homic. fuisse sibi apud Parisios socium Anglicum, qui noctu dormiens ab usque templo Diui Benedicti iuit ad flumen Sequana, ibique puerum interemit, & non expergefactus sese in lectum coniecit. Barto. autem in l. vt vim. ad medium. ff. de iustit. & iur. tradit fuisse quēdam Pisanum, qui se noctu dormiens armabat, vagabaturq; per urbem cā tando. Marianus quoque vbi suprā, in d. c. ad audientiam. in. 10. quæst. 5. q. principalis, testis est habuisse se vicinā puellam, quæ dormiens è lecto surgebat, panemq; faciebat, cuius rei si quis causam nosse desideret, legat Petrum Aponensem, virum rerum naturalium peritissimum, in Aristotelem libr. Problematon. 30. c. vlt. & Cælium Rhodiginum, libro antiquarum lectionum. 30. c. 9. posterioris editionis, & Albertum Magnum, lib. 2. de somno, & vigilia, & ex antiquioribus Aristotelem, lib. 1. De generatione animalium, ca. 1. vt non omittam, quod scribit Antonius Musa, aut, vt alij malunt Apuleius in libello De betonica, hanc herbā eam vim habere, vt animos hominum, & corpora custodiat, & nocturnas ambulationes à maleficijs, periculis, & visionibus metuendas tueatur, & defendat.

Causa sexta.

S V M M A E.

- 1 Ebrius si crimen commiserit, benignius plectendus est.
- 2 Ebrietas, voluntaria insania est Seneca.
- 3 Ebrius ex ebrietate potius, quam ex industria & studio peccat.
- 4 Ebrietas in qualitate crimen eleuat Quintiliano.
- 5 Ebrius edicto Imperatoris liberatus est, si quid de se malè vel petulanter loqueretur.
- 6 Dionysius tyrannus temulentum, de se multa acerbè contentiosèque effutientem dimittit.
- 7 Pisistratus Atheniensium tyrannus amico Thrasippo conuictijs pugnati lubens parcat.
- 8 Ebrius si contrahat, irritus est contractus. Ebrius enim comparatur furioso & infanti.
- 9 Ebrios duplici pœna esse afficiendos.
- 10 Dolo malo se se inebrians, si quod in ipsa ebrietate patrauerit facinus, & inde vel impunitatem, vel pœna imminutionem postulet, pœna dignus est.
- 11 Pœna imminuaturne propter ipsam ebrietatem. Et quomodo id accipiendum. nume-

ro. 12.

Sexto.





E X T O, quoniam non longè distat ebrius ab infano, deméte, furioso, vbi enim ebrietas, ibi & furor est, c. venter. 35. dist. censeturq; veluti absens, qui ebrius est, ex sententia illius Mimi, vel Publij, vel alterius:

Absentem lædit, qui cum ebrio litigat.

De eo quoq; hîc ordine dicendum est. Ebrius ergo si delictum cômiserit, clementius est plectendus. tex. est in l. omne delictum. §. per vinum. ff. de re mili. & c. sanè. & c. inebriauerunt. 15. q. 4. 1. & facit l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de poen. quem tex. Bald. in cap. crapula. de vit. & honest. cler. facit sing. ad hoc, quòd delinquentes per ebrietatem, non dicuntur studiosè delinquere, sed impetuose, & idèò minùs puniri debent, trahitque ad statuta punientia dolosè delinquentes.

Facit præterea, quod not. Abb. Anti. Panor. & Ioã. Ana. in c. 2. de maled. qui hoc dicunt procedere, etiam si per poenalem cõstitutionem diceretur expressè, quòd delinquens nullam cõsequeretur misericordiã. quod est multum not. & glo. & docto. in d. l. quid ergo. §. poena grauior. ff. de his qui no. infra. vbi Bal. in repe. col. pen. in primo, dicit autoritate Senecæ, epistola ad Lucilium. 83. nihil aliud esse ebrietatè, quàm voluntariam insaniam & Bart. in l. aut facta. §. causa. in fi. ff. de poen. dum dicit, quòd qui ex ebrietate alterum percutit, non dicitur pacem rumpere. & Bald. in l. i. col. pe. verfic. extrà quaeritur. C. vnde vi. & in l. data opera. col. 2. vers. ebrietas. C. qui accusa. non poss. de cuius illic dicto postea dicemus. & Cardi. in cle. 1. in. 8. quaestio. de homic. Panor. in ca. sicut. col. 2. de testi. Floria. in l. sed et si quæcunq;. §. iniuriam. col. 2. ff. ad leg. Aquil. in l. 1. col. 7. ff. de verb. obliga. Ioan. Ana. in ca. vlt. col. 1. & 2. de his qui filios occid.

In quam sententiam Alex. Ales in. 2. parte suæ summæ, q. 172. mēbr. 2. 3. et 4. copiosè disserit ebrios ex infirmitate potiùs, quàm ex studio, v' industria peccare. Suntq; plerique omnes in ea opinione, vt iudicent ebrios nō tam grauiiter peccare, quàm si citra ebrietatè deliquissent: vt voluit Diuus Tho. Durandus, & alij lib. senten. 2. dist. 22. idem Thomas in 1. 2. q. 72. Richardus in 4. dist. 15. art. 3. q. 6. & Ang. Claua. in verbo, ebrietas. vers. 3. & affatim Martinus cognomento Magister, Parisiensis doctor in suo libro, De temperantia, quo loco de ebrietate disserit, in 3. eademq; vlti. quaestione, vbi in eam rem ponit sex conclusiones.

Quintilianus summus Oratorum, libro Oratoriarum Institutionum. 7. c. 1. scribit ebrietatem in qualitate crimen eleuare: & libr. 5. co. c. quo de arguementis disserit, Accedunt (inquit) aliquando fortuna, ebrietas, ignorantia, quæ ad veniam valent. nec id ignorabat Apuleius Madaurensis, qui libro

Metamor-

Metamorphoseos 3. sese ab homicidio, cuius accusabatur, ex eo purgare cõtendit, quoniam potulentus ipse fecerat.

Quid? quòd Imperator edicto sanxit, ne omnino puniretur, qui de se temulentus malè loqueretur. l. 1. C. si quis Imper. maledi. vbi Angel. not. ebrietatè illo casu hoc operari, ne delictum vllò modo puniatur. Quã sanctionè lōgo ante tempore obseruarat Pyrrhus Epirotarū rex, qui vt testis est Plutarchus in vita illius, & in Græcorum apophthegmatis, cū audisset à quibusdam se adolescentibus inter bidentū conuitijs, maledictisq; oneratum, iussit eos omnes interdium coram agi. Quod vbi factū est, eorū primum rogauit, an ea de se dixisset, cui iuuenis respondit: Hoc nēpe rex diximus, dixissemusq; longe plura, si plus vini habuissem?, siue vt scribit Quintilian? lib. 6. ca. 4. quo de risu disserit, Imò verò (inquit) nisi lagena defecisset, occidissemus te. qua vrbanitate tota est criminis inuidia dissoluta, aut vt verbis vtar Valerij lib. 5. rerum memorabiliū. ca. 1. Quæ tã vrba crapulae excusatio, tamq; simplex veritatis cõfessio, iram regis in risum cõuertit.

Dionysius quoq; senior, vir alioquin truculentus, cū accepisset duos adolescentes multa de se, ipsiusq; tyrannide petulanter, maledicèq; locutos interpotandū, vtrunq; ad cœnam inuitauit, quorū cū m alterū ebriosè multa cõtumeliosèq; delirantè: alterū rarò, moderatè, & cautè bibētè intueretur, illū quidè dimisit, vt potè q natura esset cõtumeliosus, & ob ebrietatè maledixisset: hūc autè è medio sustulit. testis ipse Plutar. in Apoph. imperatorū.

In qua re quoque laudatur Pisistratus Atheniensium tyrānus: qui à Trasippo amico inter cœnam sine fine conuitio laceratus, ita & animū & vocem ab ira cohibuit, vt putares satellitè à tyranno male audire: abeuntem quoque, veritus ne propter metū maturiùs se cõuiuio subtraheret, inuitatione familiari cœpit retinere: Trasippus cõcitatae temulentia impetu enectus, os eius sputo respersit: nec tamen in vindictā sui valuit accendere: ille verò filios suos violatae patris maiestati subuenire cupientes retraxit. Postero quoq; die Trasippo suppliciū à se voluntaria morte volenti exigere, venit ad eū, dataq; fide in eodè gradu amicitia mansurū ab incepto reuocauit. hæc Valer. quo loco nuper citauimus. Seneca autè lib. 3. de Ira, illud addit, Pisistratum præsentibus qui eum in vltionem irritabant, respondisse non magis se illi succensere, quàm si quis obligatis oculis in se incurrisset. Plato autem lib. 1. de leg. ebrium comparat puero: *ὁ μόνος ἀρῆ, ὡς εἶοικε, ὁ γέροντος πατρὸς γίγνοντ' ἀρ, ἀλλὰ καὶ ὁ μεθύσει:* Non solum vt videtur senex fuerit bis puer sed etiam ebrius. De puero autem dicemus postea in causa sequen.

Hanc partem fulsit, quod voluerunt plerique è nostris, non valere cõtractum factū ab ebrio. hoc enim voluit glo. in ca. vnusquisq;. in verb. quod ebrius. 22. q. 4. per tex. in d. c. sanè. 15. q. 1. quã sequitur Roma. in l. 1. in princ. & ibi etiã Barba. col. 7. vers. quid in ebrio. ff. de verb. oblig. vbi etiã ratios

C nes

nes eius rei adducit, & Alex. post Bal. in l. dolum. C. de dol. ma. etiã per tex. in. d. c. sanè. vbi dicitur, quòd ebrij nesciunt, quid loquantur. ex quo fit (inquit) quòd equiparantur furiosis, & infantibus, qui contrahere nequeunt. per. l. 1. §. si furiosus. ff. de actio. & obli. Et vide quid de ea re cõsuluit Fulgo. confi. 80. quidam ser. ventura, col. vlt. Similiter non valet testamentũ ebrij: vt dicit Bal. in. d. l. à crapula. in prin. de vit. & honest. cleri. nec testimonium vt voluit idem Bal. in. c. 1. & ibi recentiores, de testib. Quid autem de matrimonio, vide latè Philip. Dec. confi. 11. incip. in presenti consultatione.

9 Non defuerunt tamen, qui ebrios delinquentes duplici pœna afficiendos esse putarint: ea ratione ducti, quòd principium in ipsis est, cùm in ipso rum sit potestate ebrietatem vitare, quæ quidem delicti causa est: author Aristoteles lib. Ethicorum. 3. c. 5. Qui tamen hi fuerint, qui hoc constituerint, eo loco non aperit. sed idem lib. 2. Politicorum. c. 10. eodemque vltimo memoriae prodidit. Pittacum illum Mitilenensem ex septem Græcię sapiētibus legē tulisse, ebrios, siquidē pulsauerint, maiori pœna damnari, quàm si sobrij fecissent, quòd in sua potestate fuisset ebrios non esse. Cuius etiam rei in vita ipsius Pittaci meminit Laërtius, hoc propemodum sensu: Ebrios cùm peccarent, duplici incommodo afficiendos per legem statuit: vt cauerent temulentiam: abundat quippe in sula vino.

10 De qua re etiam meminit Bal. in repe. d. l. 1. col. pe. versi. extra quæritur. C. vnde vi. vbi ad ipsam Pittaci rationem eleganter respondit: fatetur enim eum qui per ebrietatē deliquit, esse in duplici culpa videlicet ebrietatis, & criminis, sed verum dolum esse multò deteriorem, quàm multas culpas. Ex quo dicto vnũ valde no. colligo, quòd si quispiam de industria, & dolo malo sese inebriauerit, vt in ipsa ebrietate aliquod facinus perpetraverit, ex eo que vel impunitatem, vel pœnæ diminutionem postularet, non esse illi quoquo modo parcendum, cùm non in culpa solum sit, sed in dolo. Ad quod etiam facit quod in simili dicemus infra, in. 13. causa, nu. vlt. de eo, qui ignorantiam affectauit, vt ea se à crimine excusaret.

11 Secundò, quod dictum est ebrietatem pœnam minuere, intelligit ipse Bal. (vt multi allegant) in. d. l. data col. 2. versic. nunc de tertio. C. qui accu. pos. quando ebrietas magna est: si autem sit leuis, nec delictum, nec pœnam attenuat. Quod dictũ sequitur Berta. Firmi. in vberē copiosoque tractatu de episcopo, in. 2. par. lib. 4. versi. 126. & Angel. in tractatu maleficiorũ, in verbo, scienter & dolose. col. 6. versi. sed quid si quis propter ebrietatē. & certè Bal. vbi suprã, hoc primũ dicit, postea tamen ita loquitur, vt videatur etiam velle leuem ebrietatem quadantenus excusare: non tantũ tamen quantum magnam, veluti sit minor dolus in commisso per leuem ebrietatem, quàm citra ebrietatem: & ego quidem hoc verum existimo, per iura suprã allegata.

Quan-

12 Quamquam ipse Bal. in. d. l. 1. C. vnde vi. quo loco nuper citauimus, dicit sine aliquo discrimine, quòd propter ebrietatem nõ est lenienda pœna: nisi sit tanta ebrietas, quòd quasi induxerit mentis exilium. Bart. autem in. l. respiciendũ. §. delinquent. versi. sed quæro an maleficium. ff. de pœn. dicit simpliciter delictum in ebrietate factum esse puniendum, per. d. l. omne de lictum. §. qui se. ff. de re mili. secundum quem tex. intelligi debet eius delictum. An autem qui ebrius hominem interemit, incidat in irregularitatem (quam vocant) vide Cardi. Flor. & Imo. in cle. 1. de homi. Panor. in. c. quia diuersitatem. de concess. præb. & latè Maria. Soc. in repet. cap. ad audientiam. in. 13. quæst. 5. quæst. prin. de homici.

Causa septima.

S V M M A E.

- 1 Delictum mitius punitur ob tenellam & florescentem ætatem. Et ad hoc tenetur index, etiã si non fuerit petitum. & nu. 2.
- 3 Cæsar Ptolemæo pepercit ob teneros annos.
- 4 Ætas iuuenilis ad delinquendum maxime procliuis est suapte natura.
- 5 Adolescentes, quot & quibus ex causis sint mitius puniendi.
- 6 Adolescentem si quid deliquerit, non omnino impunitum esse relinquendum.
- 7 Adolescentes sedulo & diligentèr castigandi.
- 8 Delinquens si propter ætatem teneram aut mitius, aut nullo modo punitus est: factus maior, an possit amplius de ipso delicto puniri.
- 9 Puer apud Athenienses sacrilegij pœna damnatus est, quòd laminam auream, quæ ex Dianæ corona deciderat, sustulisset.



13 **S**EPTIMO, ob ætatem tenellam, & florescentem mitius quis punitur. l. auxilium. §. in delictis. & ibi doctores. ff. de mino. & l. si ex causa §. nunc in minoribus videndum. & ibi glo. & Bar. eo. tit. l. si adulterum. §. 1. versi. fratres. & versi. incestu. ff. ad leg. Iul. de adul. & l. 1. §. impubes. ff. de S. C. Sillan. & l. ferè in omnibus. & ibi optima gl. ff. de reg. iur. & l. si fratres tui. C. ex quib. cau. infra. irrog. & c. 1. & 2. & vtrobiq; Panor. & Io. Ana. de delic. puer. & c. 2. & ibi gl. Panor. & alij, de apost. d. c. 1. & ibi Panor. & Feli. & iterũ. c. vlt. de sent. excom. & c. pœnitètes. & ibi gl. 50. d. & c. hoc fit. 26. q. 7. & c. interfectores. & c. in adolescentia. 33. q. 2. & c. si duo. & 35. q. 6. & c. eos. in fi. de cõse. d. 4. & gl. & doct. in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. infra. & in. l. & si feuerior. C. eo. vbi inter ceteros

C 2 Barto.

Barto. de Alex. latè differit hoc procedere, etiam si non fuerit petitū, & ibi etiam Alex. (quem vide) dicit in hoc casu teneri iudicem minuere pœnam, cum ista sit causa intrinseca legis minuendis delictum.

Et idem quoque præter supra dictos tenuit Archi. in ca. qui bona. col. 8. versi. item hæc vera sunt. & latè Alberi. Gaud. in tract. maleficiorum, tit. de pœn. col. 15. in paruis. versi. cum aliquis minor. & Bal. in. l. si arrogati. de tutel. & in. l. administrates. §. qui corporis. ff. de excu. tuto. & in. l. sed & si quæcunque. §. iniuriam. ff. ad leg. Aquil. & Bart. & Bal. in. l. 1. C. si aduers. delict. Bal. in. l. quicunque. col. 4. versi. quarto casu. C. de ser. fugi. & consi. 59. licet eleganter. circa medium. lib. 1. & Pe. Ancha. consi. 283. iure scripto, & cōsuetudine. in fin. & Raph. Cu. consi. 95. Christophorus. ante fin. et Raph. Fulgo. consi. 124. præsupposito statuto. col. vlt. et con. 157. supposito statuto. col. 2. et Angel. Are. in tractatu maleficior. in verbo, scienter et dolose. col. 2. versi. quid in infante. cum multis seq. vbi etiam distinguit. et Ludo. Bolo. consi. 37. cor mūdum, et. c. licet aliàs in præsentī, col. 6. ver. præterea, si supra dicta cessarēt. et Hippo. Marfil. in. l. 1. col. 11. versi. 17. ff. ad leg. Cornel. de sicar.

Quibus alludit illud Psalmographi poëtæ, Ode. 24. Delicta iuuentutis meæ, et ignorantias meas ne memineris. Illud quoque patientissimi Iob. c. 13. Et consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Et quod Cæsar apud Lucanum, lib. 9. Pharsaliæ, de Ptolemæo, teneræ puerilisque ætatis loquês, qui Pompeium iusserat interimī, ait in hæc verba:

Sed parcimus annis,

Donamusq; nefas.

In quam etiam iententiam Demetrius Philippi Macedonum regis filius, apud Liuium quartæ decad. lib. 10. Te (inquit) maiorem fratrem pro minore deprecari oportebat, te adolescentiæ, te errori veniam impetrare. Et Plutarchus, vir in omni genere doctrinæ consummatissimus, cum Agidæ regis Spartani mortem detestaretur, hæc ferè scribit: Spartæ quidem primūm Agidā, ex his qui regnarunt, ab Ephoris interfectum fuisse constat, opus sane pulcherrimum, et Sparta dignum, in ciuitate moliri ausum, cum in ea esset adhuc ætate constitutus, in qua homines, si quid errauerint, facile veniam consequi solent. Apud Tranquillum in Augusto, cap. 5. C. Lectorius adolescens patritij generis, in deprecanda grauiore adulterij pœna, inter cætera ætatem Senatui allegauit. Seneca lib. 3. de Ira, inter ea, quæ iram lenire debent, et nos à vindicta retrahere, pueritiam ponit, et sexum fœmineum. Puerum (inquit) ætas excuset, fœminam sexus.

His suffragatur, quod ætas iuuenilis ex ijs est, quæ maximè ad delinquendum irritant: vt dicit Lactantius lib. De Ira Dei, cap. 22. Et ideo (vt ille dicit paulò post) quod multi in prima ætate turpes, et omni iudicio damnati, postmodum tamè laudabiles extiterunt. quod vtique non fieret (vt ille subdit) si

dit) si omne peccatum pœna sequeretur. Quam sententiam aliter expressit Tullius in oratione pro Celio, quem propter ætatē quoq; nitebatur defendere, his verbis: Equidem multos & vidi in hac ciuitate, & audiui, qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emerfisse aliquando, & se ad frugem bonam (vt dicitur) recepisse, grauesq; homines, atque illustres fuisse. Datur enim consensu omnium huic aliquis ludus ætati, & ipsa natura profundit adolescentiæ cupiditates: quæ si ita erumpunt, vt nullus vitam labefactent, nullius domum euertant, faciles & tolerabiles haberi solent. Et rursus: Multa nobis blandimenta natura ipsa genuit, quæ quibus sopita virtus conuieret, & interdū multas vias adolescentiæ lubricas ostendit, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix posset, & multarum rerum iucundissimarū varietatem dedit, qua nō modò hæc ætas, sed etiam iam corroborata caperetur. Et paulò post: Datur aliquid ætati, sit adolescentia liberior, non omnia voluptatibus dengerentur: non semper superet vera illa, & directa ratio: vincat aliquando cupiditas, voluptasq; rationem. Et paucis interiectis: Postremò cum paruerit voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum ætatis, atque inanes hæc adolescentiæ cupiditates, reuocet se aliquando ad curam rei domesticæ, rei forensis, rei publicæ: vt ea quæ ratione antea non perspexerat, fatietate abiectis, experiendo contempnisset videatur. Ac multi & nostra, & patrum, maiorumq; memoria iudices, summi homines, & clarissimi ciues fuerunt: quorum cum in adolescentiæ cupiditates deferuissent, eximia virtutes firmata iam ætate extiterunt. Ex quibus neminè mihi necesse est nominare vosmet vobiscum recordamini. Nolo enim cuiusquam fortis: atque illustris viri ne minimū quidem erratum cum maxima laude coniungere. Quod si facere vellem, multi à me summi, atque ornatissimi viri prædicarentur: quorū partim nimia libertas in adolescentia, partim profusa luxuries, magnitudo æris alieni, sumptus, libidines nominarentur: quæ multis poitea virtutibus obteeta, adolescentiæ, qui vellet, excusatione defenderet, &c. Quibus accedens Diuus Augustinus, Nonnullos (inquit) legimus & vidimus, qui aut adolescentiæ vanitate, seu ignorantie cæcitate decepti, vario peccatorum genere tenebantur obnoxij, deinde ocyus ab errore conuersi, maiora adhuc opera fecisse iustitiæ, quam antea peccata admiserant. Hanc autem Ciceronis, Lactantij, & Augustini sententiam, multis atque varijs exemplis virorum illustrium comprobat Valerius, libr. rerum memorabiliū. 6. ca. 9. quæ illic in promptu sunt omnibus. Et huc quoque spectat, quod ex Platone afferemus in seq. causa. nu. 2.

Ex quibus facile colligimus, tres esse potissimū rationes, quibus adolescentēs mitius ex delicto sunt puniendi. Primūm, quoniam adolescentia sit veluti suapte natura proprium, & peculiare vitiorum irritamentum,

C 3 ideo

ideo si quid peccauerit adolescens, magis est ascribendum ætatis vitio, quã pertinaci malitiæ, & improbitati. Deinde, quia nondum sit huic ætati plenum rationis iudicium, atque consiliũ, vt testatur Aristot. libr. Politicon. 1. cap. vlt. & Cicero libr. 1. Officiorum, scribens adolescentiæ inesse maximã imbecillitatẽ consilij. Et Iureconsultus in. l. 1. ff. de minor. vbi asserit fragile esse & infirmũ huiusmodi ætatis consilium: ex hocq; fieri, vt minorib; 25. annis auxiliũ sit prætor illo edicto pollicitus. Hinc quoque manare, vt adolescentes tutorũ, & curatorum auxilio egeant, nec rei suæ administratio eis cõmitti debeat. Nouissimè, quoniã spes est eos emendatiores futuros, vitiaque vnã cum adolescentia deposituros. Cũ ergo pœna ob id inter cætera delinquentibus imponatur, vt emendatiores fiant, vt alibi latius dicem; restat, vt cessante ea causa, quia videlicet citra pœnam futurum sit, vt emendantur, debeat cessare pœna, aut certè minui.

6 Neque enim omnino impunitum relinquendum est, quod adolescens cõmiserit, modò sit in ea ætate, in qua crimen, quod intenditur, cadere potest. l. impunitas. C. de pœn. & facit. l. si quis te reum. C. de sicar. & capit. si quis cuiuslibet. in fin. & ibi glo. 21. quæst. 5. Nam in criminibus ætatis suffragio minores non iuuantur. Etenim malorum mores, infirmitas animi non excusat. l. 1. & 2. C. si aduers. delic. Impubes autem, vel puer nõ doli capax omnino non punitur. l. illud relatum. in princip. ff. de iureiur. quæ repetitur in cap. illud. 15. quæst. 1. & ibi glof. & è Theologis, Anto. Floren. in 2. parte. 3. partis principalis suæ Summæ, titu. 30. cap. 1. Quanquam lex alicubi pœnã capitalẽ imponat impuberibus. tex. est mirandus in. l. excipiuntur. ff. de SC. Syllan. & l. si arrogati. ff. de tutel.

7 Sed contra hanc sententiã, quæ dicit mitiũs agendum cum iunioribus, est alia Ciceronis sententia (si tamen is fuit) in libro. 4. Rhetoricorum ad Herennium, in hæc verba: Qui adolescentium peccatis ignosci putant oportere, falluntur: propterea quòd ætas illa non est impedimento bonis studijs. At sapienter faciunt, qui adolescentes maximè castigant, vt quibus virtutibus omnem vitam tueri possint, eas in ætate maturissima velint cõparare. Sed id proculdubio intelligendum est, secundum ea, quæ diximus in præcedenti causa.

8 Antequã in verò hinc digrediamur, illud superpondij loco adiciemus, quod apud vnicũ doctore scriptum reperimus: Quòd si delinquens quispiam propter ætatẽ teneram aut mitiũs, aut nullo modo punitus est, fortè ex forma statuti, non poterit effectus maior amplius de ipso delicto puniri. Ita voluit Hippol. Marsil. in. l. infans. col. 2. ff. de sicar. & in. l. de minore. in princ. col. vlt. vers. & an minor. ff. de quæst. vtrubiq; per glo. in. l. sciant. C. de legit. hæred. quã dicit doct. ibi fuisse secutos, quãquã nihil apud eos cõperi; nec id quoque ea glo. voluit, quòd tamen verissimum exillimo.


Et illud

9 Et illud quoque quod ab AEliano lib. omnigenæ historia. 5. cap. 16. scriptũ est, puerũ quempiam apud Athenienses, cùm auream laminam, quæ ex Dianæ corona deciderat, sustulisset, in iudicium adductum fuisse. Iudices autem cùm crepundia, talos, & laminam auream proposuissent puero, is iterum ad aurum inclinauit, ideoque plexus est tanquam sacrilegus: neque ætati veniam dederunt, sed flagitium & scelus vindicarunt.

Causa octaua.

S V M M A E.

- 1 Pœna minuitur ob ingrauescentem ætatem.
- 2 Plato quas pœnas infligendas censeat insanis, morbofis, senibus, & iuuenibus.
- 3 Senectus est velut altera adolescentia atque pueritia.
- 4 Senes repuerascere dicuntur.
- 5 Meropas duo flumina circumfluunt.
- 6 Senes sensum puerilem habent. & vnde dicantur senes.
- 7 Senes si quid peccent, clementius sunt plectendi.



1 C T A V O, propter ætatem ingrauescentem pœna quoque mitigatur. l. si quis in graui. §. ignoscitur. ff. de SC. Syllan. & l. 2. ff. de termi. mot. & l. ferè in omnibus. & ibi glossa. ff. de regul. iur. & capit. tanta nequitia. 86. distinct. vbi pulcherrimus text. & cap. tanta. 1. quæst. 7. & capit. tempora. 26. quæst. 7. & glof. & doct. in. l. quid ergo. §. pœna grauior. & in. l. & si seuerior. & glof. in capit. pœnitentes. 50. distinct. & Albert. Gaud. in tracta. maleficiorum, titu. de pœn. col. 15. vers. item in sene. & Bald. in cap. 1. de maior. & obed. & Roma. in repe. l. si verò. §. de viro. in. 53. fal. ff. sol. matri. & Ioan. Plat. in. l. vltim. C. qui ætat. se excus. lib. 10. & doct. alibi sæpe. propterea dicit glossa in cle. 1. §. pœn. in verbo, necessitate. & ibi not. Panor. de priuile. quòd senectus est causa probabilis dispensandi cum aliquo super pœna delicti.

2 Id quod Plato legum consultissimus suis legibus sanxit: Si quis (inquit) simile eorum, quæ aut sacrilegi, proditores, legum corruptores committunt, ob insaniam, vel morbo, vel senio pressus, vel in ætate puerili constitutus, ita vt ab istis nihilo differat, admiserit, iudicibus, declaratus, et ipso, aut defensore referente, quòd sic affectus id commiserit, damnnum quod intulit, simplex omnino restituat: cætera sibi remittantur. Et alibi lib. quæst. Peccata (ait) & puerorum, & seniorum ex imbecillitate profecta quidam esse

C 4



esse putabit, & illis tanquam peccantibus legumlator leges præscribet, sed mitissimas omnium, plurimaque venia, & indulgentia dignas. Nec longè hinc desidet alia lex diui Benedicti in regula Monachorum, cap. 37. dicens ipsam naturam quodammodo trahi ad misericordiam senum, & infantum: ideoque statuit, vt nullatenus illis districtio regulæ teneatur: quæ quidem & ad caput quoque præcedens clarè pertinet. Et huc quoque nõ nihil spectat illud Virgilij lib. 12. Aeneid.

Darmi miserere senectæ.

- 3 His autem concinunt quæ in illo ipso præcedenti capite diximus, esse cum adolescentibus agendum mitiùs. Nam senectus est veluti altera adolescentia, atque pueritia: Senes enim omnibus modis in pueritiam reuolui, rursusque ad initium reuerti videntur, vt scitissimè scribunt Plato in lib. de Regno, & Aristoteles lib. orbicularium quæstionum. 17. cap. 3. quod & quotidiana propè experientia videre licet. Primùm enim (vt scribit Erasmus) redit albor, simul & raritas capillitij, quorum vtrunque pueris familiare, deinde balbuties, veluti altera infantia: præterea gingiua exarmata dentibus, aut certè perpaucis, & eis vacillantibus instructa, quod & ipsum infantibus commune. Quin etiam senibus omne corpus ad puerilem modum decrefcit, confimilis virium imbecillitas, iam verò cibi quoque confimiles vtrique ætati congruunt. Postremò morum ineptia, leuitas animi, & hoc ipsum nihil sapere in senibus, infantiam quandam referre videtur. author est enim in Politicis Aristoteles post annos duodequingenta ingenij vigorem euanescere. & alibi in iisdem Politicis, mentis atque animi senectutem esse, vt corporis. Quapropter Euripides in Bacchis ait:

Vestram senectam video mentis indigam.

Et Plautus in Mercatore:

Senex quom extemplo est, iam nec sentit, nec sapit,

Aunt solere eum repuerascere.

- 4 Vnde fit, vt senes pueris mirè delectentur, quasi similes, iam ad summum amorem propensi. Hinc quoque illud Antiphonis, Senem nutrire, perinde est quasi nutrias puerum.

Propterea senes, quod iam diximus ex Plauto, estque Luciani sententia in Saturnalibus, repuerascere dicuntur, quasi iterum in pueritiam reuersi, & de illis effertur vulgò notissimum prouerbium: Bis pueri senes. cuius è Græcis meminerunt Plato lib. 1. de Repub. & iterum lib. 1. de Legibus. Aristophanes in nubibus. Sophocles in Peleo, Theopompus & Lucianus, & è latinis scriptoribus Seneca, & Ausonius ad Hesperium, & longè ante eos ille vndecunque doctissimus Varro, cui hæc vna est ex illis prouerbialibus Satyrarum inscriptionibus, quam citat Gellius lib. Noctium Atticarum sexto, capite quinto. Ex quo item Lucianus ipse Callipædas fieri

fieri senes scribit, quòd ipsi puerum sapiant. Et vt monet Cato ille Censorius, si is est.

Cum sapias animo, noli irridere senectam.

Nam quicumque senex, sensus puerilis in illo est.

Quos versus ita græcè vertit Planudes:

Ἀρτίφρων τελέθων νόα, μὴ χλεύαζε γεραῶν.

πάντεςι γὰρ παλαιοῖς παιδῶν φρένες εἰσὶ νεογνῶν.

- 5 Refert Aelianus in varia historia libro tertio. c. 18. quo differit de Sileni, et Midæ confabulationibus, extra orbem nostrum homines quosdam esse, quos Meropas vocant, quos duo flumina circumfluunt, vnum voluptatis, alterum tristitiæ, ac mœroris: vtrique adnasci arbores, qui eius potestatis fructus producunt, vt qui ex his degustarit, indefinenter lacrymas fundat, sicque demum moriatur: at illarum pomo vescentes, desideria omnino alia desinunt, contractas quoque ætates prorsus repetentes. Siquidem senectam exuere primùm, ac vigorem induere, perque quosdam velut gradus effectos iuuenes transire mox ad pueriles annos, ac demum infantiliter commori.
- 6 Ex nostris verò Accursius in l. senectus. C. de dona. scribit senes habere sensum puerilem. Archi. quoque in dict. capit. tanta. 86. distinct. tradit senes ita dictos esse quòd se nesciunt: delirant enim per nimiam ætatem. Quidam tamen (vt ille subdit) ita dictos putant, à sensus diminutione: quoniam præ vetustate desipiant. Physici enim dicunt puerorum, & senum ætates conuenire: in istis siquidem nondum, si est sanguis, est calidus, in illis iam frigidus est. hæc ille. Bald. item hanc minuendæ pœnæ in senibus rationem perspiciens in repet. dict. 5. pœna grauior. colum. 5. versic. quæro iuxta prædicta. dicit post Odoff. quòd nimis senes interdum reuertuntur ad sensum puerilem. hoc tamen non placet Angel. qui in authen. de mona. post prin. dicit illum text. loquentem de quodam annorum centum viginti pollente virtutibus, facere contra vulgares, qui dicunt senem reuerti ad sensum puerilem, sed certè rarer accidit, quod ille text. tradit.
- 7 Ideo vt concludamus, cum iuniores sint mitiùs puniendi, ob id potissimùm, quòd nondum habeant perfectum consilium, atque iudicium (vt iam diximus) consequenter seniores, qui quantum ad eam rem pertinet, sunt in pari causa, vt qui bonam partem consilij, mentisque amiserunt, clementiùs quoque plectentur. Quod & astruit illud Aluarici apud Claudianum, de victoria Stilitionis.

Si non mentis inops, fraudataq; sensibus ætas,

Præberet veniam, nunquam hæc opprobria lingue.

Turpia Danubius me sospite ferret inultus.

Causa



S V M M A E.

- 1 *Mulieres si quid peccent, mitius cum illis est agendum, propter sexum, & consilij imbecillitatem.*
- 2 *Aurelianus Imperator Zenobiam, vita donat: cum alioqui à militibus ad supplicium fuisset requisita.*
Et de Leone grauius seuiente in viros, quàm in fœminas.
- 3 *Mulieres cæteris per omnia paribus lenius peccant, quàm viri,*
- 4 *Vir adulterando aut fornicando grauius peccat, quàm mulier.*
- 5 *Mulieres minus rationis habent, quàm viri.*
- 6 *Mulieres si quid admiserint, impunitas non conuenit relinqui.*



1 **N**O, propter sexum mitius agendum est in pœnis cum mulieribus. I. sacrilegij pœnam. in princ. ff. ad leg. Iul. pecu. & I. si adulterũ. §. stuprum. & §. fratres. & §. incestum. ff. de adulter. & c. sicut dignum. in prin. de homici. & c. indignatur. 32. q. 6. vbi est tex. elegans, tantò grauius viros puniri oportere, quãto magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere fœminas. Et facit text. in I. quisquis. §. ad filias.

C. ad leg. Iul. maie. in illis verbis, Mitior enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus, & c. & quod voluit Bal. in I. quicumque. col. 3. versi. & in summa. C. de seruis fugiti.

2 Apud Saxonem Historiæ Danicæ lib. 5. Ericus vir multæ prudentiæ contendit muliebribus erratis sæpius ignoscendum esse nec pœnam infligendam esse nisi correctio culpam nequiisset corrigere. Aurelianus Imperator Zenobiam ad pœnam à militibus requisitam, quòd sibi imperiũ usurpauerat, vita donauit: indignũ existimãs mulierẽ interimere. author in vita ipsius Aureliani Vopiscus. Sententia est Virgiliana lib. 2. AENEIDOS.

Nullum memorabile nomen

Fœminea in pœna est.

Plinius lib. 8. Naturalis Historiæ, rem satis miram dicit, leonem vbi sæuit, in viros plus, quàm in fœminas fremere: veluti eum natura docuerit fœminas clementius, quàm mares tractandas. Et huc quoque pertinet quod ex Seneca adduximus suprã, in. 7. causa nu. 3. in fin.

3 Theologi asserunt virum cæteris per omnia paribus grauius peccare, quàm fœminam. Hinc diuus Thomas. 2. 2. quæst. 163. artic. vlti. autumat Adam plus peccauisse, quàm Euam, considerata conditione peccantium:

tium: quoniam ille erat ista perfectior, licet alijs circumstantijs minùs peccauerit. Quod & voluit diuus Bonauentura, in. 2. lib. sententiarum, distin. 22. art. 1. quæst. 3. & ibi etiam Scotus, & alij, & è nostris Archi. in cap. illud. 40. distinct.

4 Hinc quoque vir fornicando, aut adulterando grauius peccat, quàm fœmina, habito ad id respectu, quòd plus rationis vir habeat, quàm fœmina; licet alijs considerationibus plus peccet mulier. de quò per doctores Theologos in. 4. sententiarum, distin. 35. vbi diuus Thomas in. 4. quæst. & diuus Bonauentura in expositione textus, & Richar. artic. 7. quæst. 4. & Rober. Hol. in sapientiam Salomonis, lectio. 46. & Anton. Flor. in. 1. parte. 3. partis principalis, tit. 1. §. quantum ad primum certum est, versi. secundò debet esse in operibus. & Ioan. Nider. in expositione Decalogi, in primo præcepto, post principium. & è nostris Archi. in cap. 1. col. 1. de pœnit. d. 1. per tex. in. d. cap. indignantur. Et nos quoque plenius diximus in nostris Legibus Connubialibus. l. 1. nu. postremæ editionis. 85. incip. sed & eodem, & seq.

5 Et quòd huius rei ea ratio sit, quàm suprã scripsimus, satis constat ex his, quæ dicta sunt, quoniam videlicet minùs habeant rationis fœminæ, quàm mares: vt latius quoque differuimus in nostris Legibus Connubialibus. l. 1. nu. 69. incip. secundum quoque, & multis seq. Vnde consentaneum, vt minùs etiam sint puniendæ, si quid admiserint. Quod vel hinc satis constat, quòd vir ab altero laesit, si in defensione modum excesserit, puniendus est, licet mitius, vt multis probauimus suprã in. 1. causa. At si brutum animal, quod omnino rationis est expers, alterum prouocans interemerit, nulla domino competit actio. l. 1. §. cum arietes. ff. ad leg. Aquil. quoniam, vt ait Feli. in dict. cap. dilecti. col. 6. versic. prouocatus delinquens. de except. Deus dedit rationem hominibus, qua affectus omneis ac perturbationes vincant. In brutis verò nulla est ratio, quæ possit iram compescere ad limites moderatæ defensionis: ideoque sua illis facta non imputantur: vt est tex. in. §. ex eo autem. 15. quæst. 1. Ob idque Feli. ipse post alios reprehendit Specul. alicubi dicentem, vt in. d. cap. diximus, iniurijs laesitum, si prouocanti iniuriam dixerit, esse excusandum, per dict. §. cum arietes. cum secus sit iudicandum de hominibus, ac de brutis animantibus.

6 Igitur vt ad propositum veniamus, cū viri plus habeant rationis, quàm fœminæ, qua possint virilius vitiorum incitamentis, & (vt vocant Theologi) tentationibus resistere, æquum est, mulieres clementius puniri. non tamen impunitas omnino relinqui conuenit, vt bruta, quæ profus ratione carent, cum fœminæ aliquid rationis habeant. Vide tamen quæ dicam infra in. xj. causa, num. item. xj. ex Bald. in. l. 1. C. de interd. mat. in. 2. lect. & rursum nu. 23. eius causæ ex. gl. in. c. vlt. quæst. 4. Ex quibus intellige hæc, quæ dicta, duobus modis declarari.

Causa

Decima causa.

S V M M A E.

- 1 Tyroni, & in nouo quo piam negotio non satis perito parcendum.
- 2 Cui nouello ignoranter quid facienti contra statuta ciuitatis, ignoscendum.
- 3 Experienti primum, & delinquenti parcendum. Et quid si iterum eo relabatur. *nn. 4.*
- 5 Facinus iteratum non oportet esse impunitum.
- 6 Homicidium aut aliud crimen à se aliàs perpetratū si quis iterum admittat, præsumitur in dubio dolose & malo animo fecisse.
- 7 Deus an iterum peccantibus ignoscat.
- 8 Vulnus iteratum, tardius sanatur.



DE C I M O, ignoscendum ijs est, qui rudes nouo quo piam in negotio, vel arte incipiunt versari, si quid per imperitiam deliquerint, vt est *tex. in. l. desertorem. §. si plures. ff. de re mili. vbi tyroni parcendum est: & l. qui cum vno §. vlti. eo. tit. vbi ita scribitur, Sed & ignoranti adhuc disciplinam tyroni ignoscitur. & iterū in. l. qui comeatus. in. fi. eod. quoque titu. vbi tyroni in hoc facilius ignoscitur. Quos *tex. dicit alibi non reperiri Barb. in. repet. rubr. C. qui admit. col. 10.**

- 2 Et illorum autoritate respondit Roma. *confi. 228. pro plena discussione, col. 2. versic. secundò quia cum ipse. parcendum esse cui nouello, qui ignoranter quidquam fecit contra statuta ciuitatis. quod & idem voluit ipse Roma. confi. 251. clarissimè dicitur, ante medium, & rursus confi. 491. in casu propositæ consultationis, & in repe. l. si verò. §. de viro. fal. 51. versic. 21. ff. sol. matri. & sing. 73. nunquid cui nouello. Et idem propemodū ante eum dixerat Bal. in. l. cunctos popul. col. antep. versic. circa maleficiū. & ibi Ias. aperitius in. 2. lect. 15. versic. item in quantum. C. de sum. trini. & fid. cat. & idem Bal. in. l. data opera. col. 5. versic. quæ de iure cōmuni. C. qui accus. non poss. Et hoc quoque voluit Barba. in. d. rub. qui admit. ad bono. poss. & in rub. ff. de verb. oblig. col. 8. versic. sed profectò venia dignus sum. Et Fran. Cur. senior. confi. 27. magnificus vir, col. 10. versic. secundò præmitto, & Feli. in cap. à nobis. post. prin. de excep. & Fran. Curtius Iunior confi. 19. viso, ac diligenter considerato processu, col. 3. versic. & tantò maximè. & Io. Crotus in repe. c. vt animarum, in. 3. not. de constit. lib. 6. vbi dicit se per hoc defendisse scholasticum, qui contra statuta Bononiensium, ex alieno territorio pannū faciendis vestibus attulerat Bononiam.*
- 3 Et vt ex cæteris authoribus aliquid adferam, Quintilianus ille declamator, auus,

- tor, auus, vt nonnulli putant Fabij Quintiliani rhetoris, declam. 376. nouitijs etiam seruulis ignoscitur. Et his germanum est illud Græcorum prouerbium, à Diogeniano in collectaneis relatum *συγγνώμη πρώτωπειρα*, idest venia primū experienti. Quod & D. Chryostomus probat in quadā homilia, *καὶ τῶ μὲν ἐν ἀρχῇ πειρόντι συγγνώμη σκοπεῖται ἀπ᾽ αὐτῆς τῆς ἀπειρίας*: Et ei qui lapsus est initio, veniam damus omnes, ob imperitiam. Et aliud quoque non absimile prouerbiū, *συγγνώμη τῶ πρώτου ἀμαρτανόντι*, venia primū delinquēti, de quibus Erasmus Chil. 1. centur. 9. c. 61.
- 4 Verūm, si tales iteratò deliquerint, non iam illis parcitur: sed pœna competēti afficiuntur, vt est *tex. in. d. §. si plures, & facit tex. in. l. 3. ante fi. C. de epi. aud. in illis verbis, Remissionem veniæ crimina nisi semel commissa nō habeant. ex quo tex. no. Bal. ibi. quòd qui geminauit delictum, non debet sperare veniam. per illud quoq; dicit sing. Gul. Cu. quem sequuntur Bal. ipse, & Paul. Ca. quòd si quis à principe gratiā habuit de vno homicidio, fecitq; postea alterū homicidiū, & de illo obtinuit gratiam, nulla primi homicidij mentione facta, huiusmodi gratia est subreptitia. Hoc quoq; sequitur Roma. in. l. de pupillo. §. si in pluribus. vbi hoc reputat sing. & ibi quoq; Iason col. pe. in. fi. ff. de oper. no. nuntia. sequitur item Io. Ana. in. c. ad abolendam, col. 2. de heret. & Barb. in. d. c. vlt. col. 2. & ibi quoque Rochus Curtius, col. etiam. 2. de consuet. & idem Barb. in. c. super literis. col. 23. versic. & per istā glossam. de rescrip. vbi dicit vidisse se aliquem decapitari Bononiæ, qui in sua gratia non fecerat mentionem de primo homicidio. Ioan. Cro. in. d. c. vt animarum. col. vlt. vbi hoc dicit esse sing. & Matthæus Afflict. in consti. Sicilia, incip. cū vniuersis. col. 3. in. 10. no. facit præterea *tex. in. c. si vir. in. fi. de adulte. & quod ibi no. glo. & Panor. & c. ad abolendā. de heret. cum si.**
 - 5 In quem sententiam princeps Lyricorum Pindarus:

τὰς δύο ἀμπλακίας φερεπίνευς,

 Tanquam scilicet iteratum facinus non oportere esse impunitum. Et in eos quoque qui iterum eadem in re peccant, est senarius prouerbialis à Zenodoto in Collectaneis adagiorum relatus:

Δὲς πρὸς τὸν αὐτὸν ἀιχρὸν εἰσκρούειν λίθου:

 Iterum ad eundem turpe lapidem impingere.
 Cuius meminit Cicero epist. famil. 10. epist. 19. & Ausonius in epist. 3. ad Paulum. Ad quod etiam alludit Ouidius lib. 2. Tristium. post princip.

At nunc tanta meo comes est insania morbo,
Saxa memor refero rursus ad ista pedem.

 Quo quidem prouerbio planè significatur, iteranti culpam, non esse dandam veniam. A quo non longè disidet Mimus ille Publij Syri apud Gellium lib. 17. c. 14. & Macrobius lib. Satur. 2. c. 7.

Improbè Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit.

D

Facit



6 Facit & ad hoc quod scribit Albert. Gand. in titul. de homicid. col. vlt. versic. istud autem not. Quòd si quis homicidium, aut aliud crimen à se aliàs perpetratum iterum perpetret, præsumitur in dubio dolosè, & malo animo fecisse. Quod dictum pro singul. citat Hippo. Marsil. in. l. 1. §. diuus. col. vlti. ff. de ficar. Sed tu aduerte, quòd hoc Albert. non dicit: quin illud simpliciter tradit, illum qui alterum vulnerauit, vel occidit, præsumi dolosè, & malo animo fecisse, nec loquitur de crimine aliàs commissio. & ad hoc etiam allegat tex. hoc simpliciter volentes, scilicet in. l. 1. de ficar. & l. si nõ conuitij. C. de iniur. In quibus probatur dolum præsumi in his, quæ sunt ex se mala. de quo latius scribam infra capite. 14. Propterea nullum omnino dubium est videri illum dolosè committere, qui delictum iterat, cum & id quoque præsumatur, si semel tantum commiserit.

7 Nec desunt, qui vel Deum Optimum Maximum non parcere iterum peccantibus, etiam pœnitentibus asseuerant, alioquin enim (vt ipsi dicunt) remissio, esset ad peccatū inuitatio, vel iuxta eiusdem Publij alium mimum.

Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam.

Quis enim (inquiunt) non semper peccaret, si redire semper speraret? Propterea Deum semper mali incitatore futurum dicebant, si semper pœnitentibus subueniat, eique placere peccata, quibus præstò semper esset gratia. Cæterum (inquiunt) quem Deus bis illuminauit: quem leprosum bis mundauit: quem mortuum bis suscitauit: non Lazarū, quem dilexit: non filium viduæ, quæ misertus, matri suæ reddidit: non filiū dissipatorem legitur bis suscepisse: non filiam Abrahæ bis à dæmonio liberasse: in nulla persona bis iterauit factum, dicens (vt illi inquiunt) à Domino non sæpe fieri remediū. Dixit multis, Vade, & noli amplius peccare, ne quid tibi deterius cõtingat, promittens pœnã, non veniã. quibus posset videri accedere diuus Paulus ad Hebræos. 6. c. Impossibile est, ait, eos qui prolapsi sunt, rursus renouari & c.

8 Sed istorum opinionem abundè redundanterque reprobat, atque illorum importunis argumentis respondet diuus Augustinus in lib. De pœnitentia, cuius verba repetuntur in. 4. lib. sentent. distin. 14. vbi longè lateque doctores Theologi, & in decretis Canonicis cap. adhuc. de pœnit. dist. 3. atque etiã Alex. Ales in. 4. parte Summæ. q. 64. membro. 2. & 3. in quibus locis ostendunt, probantque propè superfluent, Deum etiam iterum, atque iterum lapsis parcere. Nam dominus Petro interrogati, Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei: vsque septies: respondit: Non dico tibi, vsque septies, sed vsque septuagies septies, vt scribitur Matthæi. 18. cap. Verum non dubium est grauius peccare, difficiliusque veniam obtinere: vulnus enim iteratum, vt dicit Augustinus in libro Soliloquiorum, & in Decretis, vbi suprã citauimus, sanatur tardiùs: frequenter peccans, & lugens vix veniam meretur.

Causa

Causa vndecima.

S V M M A E.

- 1 *Delinquens ignoranter, rusticitate, aut simplicitate, mitius puniendus, cum minus peccet & nume. 2.*
- 3 *Iuris ignorantia excusat à dolo.*
- 4 *Factum ignorantia probabili quòd puniatur, nullus à Principe inferior, facere potest.*
- 5 *Iuris error an omnino excuset à dolo.*
- 6 *Iuris implicati & intricati error probabilis est non secus ac error facti.*
- 7 *Ignorantiam, rusticitatem, & simplicitatem excusare, quomodo sit accipiendum. & nu. 8. 9. 10. 11. 12. 15. & 25.*
- 13 *Tropus interdum ad coniecturas pertinet.*
- 14 *Clam fieri quando quid dicatur.*
- 16 *Iudicis est considerare, cuiusmodi sit rusticus, & quæ qualisve contrarietas in eo inueniatur, ad hoc vt ille excusetur.*
- 17 *Rusticus sagax non excusatur si quid peccarit.*
- 18 *Rusticitati non parcitur in his, quæ sunt introducta ad rigorem iuris conseruandum.*
- 19 *Rusticus non excusatur in his, quæ faciunt ad formam & solennitatem actus.*
- 20 *Rustico parcitur erranti in iure ciuili: cum peritiores consulere non potuerit.*
- 21 *Scire omnes natura desiderant.*
- 22 *Rustici peritiores consulere debent.*
- 23 *Rusticis succurritur in expressis à iure ciuili tantum.*
- 24 *Iuris ignorantia, simplicitas, vel rusticitas in quibus excuset. 26.*



1 **V** N D E C I M O, non solum in casu præcedenti, sed & semper aliàs, cum quis ignoranter rusticitate, aut simplicitate ductus deliquit, quanuis regulariter non omnino excusetur, quin peccet, & puniatur. l. 1. ff. de legi. & ibi cõcord. in glo. & cap. qui secundum carnem. 23. q. 4. & cap. si quis dederit. 24. q. 1. & ibi quoque concord. in glo. & c. quemadmodum. & ibi glo. 32. q. 7. & in eam rem multa adducit diuus Hieronymus in dialogo contra Pelagiū, & noster Gratianus. 15. q. 1. in summa, & Alex. Ales in. 2. parte Summæ. q. 172. membro. 1. & in. 4. parte. q. 65. membro. 2. art. 1. & diuus Bonauentura in. 2. sententiarū. d. 22. & ibi quoque alij.

2 Licet (inquam) non omnino excusetur: is tamen minus peccat, vt omnes Theologi asserunt. d. dist. 22. & diuus Thomas. 1. 2. q. 76. artic. 3. & sequen. ideo mitius cum eo agitur. quin & plerunq; ei parcitur. l. 2. ff. si quis in ius voca. non ier. l. si quis id quod. §. 1. ff. de iurisd. omni. iud. vbi recitiores multa ad hoc iura adducunt. Et præterea. l. si quis in grati. §. si quis ignorans. ff. de S. C. Sillan. & ibi cõcord. in gl. & l. senatus cõsulto. C. de his qui sibi ad

D 2 scrib.

- scrib. in testa. et. c. super literis. de rescri. & ibi gl. quæ adducit cōcor. et doc. & c. cū vniuerforū. & ibi etiā gl. de rer. permut. & c. inter. in fi. de trāfl. epi. & c. 2. & ibi gl. Panor. & Io. An. de sortil. & c. pe. 8. d. & §. criminis. ver. pec cata. 25. d. & c. tanta nequitia. 86. d. & c. tāta. 1. q. 7. & c. si quis dederit. & ibi glo. in verbo, dederit. 24. q. 1. & c. sciendū. de pœni. d. 2. & c. 2. de conse. d. 2.
- 3 Pro quibus facit etiam, quod ignorantia iuris (de ea enim loquimur) excu sat à dolo, vt voluit glo. not. in. l. plagij. C. ad leg. Flau. de plagi. quā ad hoc dicit sing. Io. Ana. in. c. per tuas. huius iuitij. 3. & ibi post eū Feli. in. 3. no. de si mo. Et ibi quoq; Panor. no. per illū tex. minūs peccare, qui iuris ignorantia peccat, quā qui sciēter facit. sed est gl. illi similis in. l. 1. in gl. vlt. ff. de abig. & alia quoq; in. l. vēditioni. ff. de vsuca. pro empt. et pro illis est tex. in. l. sed et si lege. §. scire. & ibi Bar. ff. de petit. hāred. & etiā tex. in. l. si quis ignorās in graui. §. si quis ignorās. ver. et si sciens. de S. C. Syllan. & in. l. si quis id quod ver. doli, & ibi Ange. & Alex. qui hoc limitat. ff. de iurisd. omni. iud. Et hoc etiā voluit Pe. Anc. & Cardi. Flor. in cle. 1. in princ. de sepul. vbi ad hoc ipse Cardi. allegat tex. in. l. 1. §. si publicanus. ff. vi bon. rapt. & idē voluit Paul. Ca stren. confi. 277. incausa incarceratorū. col. 2. ver. secundò premittendū, lib. 2. & iterum confi. 292. ad primū videtur respōdendū, in fi. 3. dubij: rursumq; confi. 430. circa primū quæ situm. post princ. eo. lib. 2. Io. Pla. in. l. 1. in fi. C. vt digni ord. lib. 12. vbi tamē intelligit, nisi sit color quæ situs, & Philip. Dec. cō filio. 37. in causa rigorosæ accusationis. col. 4. ver. similiter requiritur quod hoc factum sit. Et per glo. in. d. l. plagij. dicit not. Bal. confi. 9. ad euentiam dicendorū, lib. 3. quod ignorantia siue iusta, siue iniusta excusat à pœna cor porali. Et faciunt quæ latè dicemus infra in. 43. cau. 24.
- 4 Facit præterea quod no. voluit Roma. in. l. de pupillo. §. nuntiationem. ff. de ope. noui nunt. quod nullus inferior à principe potest facere, quod igno rantia probabili factum puniatur, dicitque hoc fuisse sing. dictum Compo stel. in. c. capitulū. de rescrip. ideoq; legatus hoc non potest, secundū Archi. in. c. si apostolicæ. de præben. lib. 6. Papa, de quo vide glo. in. c. si quis iusto, de elect. lib. 6. et tex. no. et ibi doc. in. c. 1. post prin. de cōcess. præben. eo. lib.
- 5 Et licet id qd̄ supra diximus, errorē iuris excusare à dolo, nō omnino vi deatur sine dubio trāsisse in rē iudicatā, propter tex. in. §. quia tamē. Instit. vi bon. rap. quē in iuris ignorātia, nō facti intelligit Inno. ille cano. corypheus in. c. cū in officijs. col. vlt. de testa. super quo vide Io. Ana. in. d. c. per tuas.
- 6 At illud certē caret omni scrupulo, errorem iuris implicati (vt loqui mur) atque intricati esse, dicique probabilem, non secus ac errorem fa cti, vt est text. quem in id ponderat Anton. in capite, cū dilectus, & ibi quoque Imo. colum. 4. versi. potes dicere, Cardina. Florent. Petrus. Anch. & Panor. qui dicit multū nota. & ipse Cardi. in cle. 1. in. 4. quæst. de regu la. & in cle. 1. §. sanē, in. 3. oppo. de vsur. & in. cle. 1. in. 25. quæst. de reb. eccl. nō alie. Spe-

- alie. Specul. tit. de expensis. §. nunc videndum. col. 1. & Io. And. in. c. vt debi tus, per gl. ibi in verbo, rationabili, de appella. & in. c. 1. de postul. præla. lib. 6. Bal. in prin. ff. col. vlt. ver. sexti, dicunt, Angel. in. l. destitisse. ff. de iudi. & in. l. properandū. §. sin autem alterutra. C. eo. Anto. in. c. de quarta, & ibi Pa nor. col. 2. de præscrip. Imo. in. c. si diligenti, & ibi Panor. col. 7. ver. in eadē glo. ibi habeat, eo. tit. & iterum in repe. c. vlt. col. vlt. eo. tit. Panor. in. c. vlt. in 2. no. de constit. & in. c. dudum. col. 5. ver. item nota quod, de deci. & Rom. confi. 123. circa primum dubium. col. 3. versi. secundò quia credidit. & Alex. confi. 92. perspetis his. col. vlt. lib. 1. Corne. cōsi. 290. quod fuerit iustē condē natus. col. 4. versi. & probabile, lib. 1. & iterum confi. 323. clarissimum est, in fi. eo. lib. 1. & cōsi. 147. quia causa. col. 2. versi. adeò quod probabile, lib. 2. & confi. seq. in præfenti consultatione, col. 3. versi. & quando ius, eod. lib. 2. Id quod etiā dixerat confi. 127. primo aspectu. col. antepe. versi. adeo quod qui dicit, eo. lib. 2. vbi dicit no. ad hoc tex. in. d. c. cū dilectus, & iterū confi. 181. cuius visa copia. col. pe. versi. ex quibus rectè, lib. 3. & confi. 189. quāquam, ante fin. lib. 4. & Soci. confi. 33. viso instrumento doming. col. vlt. lib. 4. vbi ad hoc dicit sing. glo. in. d. c. cū dilectus, cum alijs. concor. latè adductis per Feli. in cap. de quarta. col. 9. versic. limita vtiliter, de præscrip. quibus addes quod no. scribit Io. Fab. in. §. hæc autem. col. 2. versi. crederem tamē, Inst. de pœn. teme. litig. quod error iuris dubij, inducit iustam causam litigandi.
- 7 Restat, vt quæ diximus multis modis intelligēda, declaremus. Ergo, quod dictum est ignorantia, siue rusticitatem, aut simplicitatem excusare, intelli ge primò non procedere in his, quæ fierent cōtra ius naturale, aut ipsius iu ris naturalis rationē: vt est tex. in. l. 2. & ibi glo. & doct. C. de in ius voc. & voluit etiā gl. in. l. respiciendū. §. delinquent, & ibi Bar. ff. de pœn. gl. in sum ma. 38. d. & in. §. notandū. 1. q. 4. vbi est bonus tex. Dy. in. c. ignorantia. col. pe. de regu. iur. lib. 6. Cy. & Bal. in. l. 1. C. de interd. mat. Gul. de mon. Lau. in cle. 1. & ibi etiā Cardi. in. 5. q. de cōsan. & affini. Bal. in. l. in actionibus. §. pla nē. col. pe. ff. de in lit. iur. & in. c. vlt. col. 3. ver. itē non parcitur, de confes. Pa nor. in. c. super literis. col. 6. super glo. in verbo, simplicitate, de rescrip. & è Theologis Alex. Ales in. 2. parte summa. q. 41. mēbro. 4. art. 2. & bene facit tex. in. l. si adulteriū. §. stuprū, & ibi glo. in verbo, iure gentium. ff. de adul.
- 8 Intellige secundò, vt procedat quod diximus in præcedenti art. non so lūm, si quid fiat contra ius naturale, sed etiam si contra ius gentium, per id quod not. scribit Bal. in. l. si quis in tantam. col. 3. vers. septimò quæritur. C. vnde vi, quod nō excusatur qui possessionem ab alio occupatam propria autoritate inuadit, arbitratus simplicitate quadam, & errore hoc sibi lice re: quia simplicitas huiusmodi mala est, & contra ius gentium, quæ non excusat, nisi perueniret ex alia causa rationabili, vt in casu quem subiungit ante Bald. verò glof. ibi, in quaestione, dixerat militem, & rusticum ea lege

teneri, cum inuadere, sit contra ius naturale, per tex. in d. l. 2. C. de in ius vocan. & illâ glof. sequitur Bal. ibi col. 1. versi. nunquid miles, & rusticus. vbi etiam dicit, quod violentia est delictum, quod committitur contra ius gentium, in quo nulliparcendum est, per tex. in d. §. stuprum. vbi tamen glo. exponit iure gentium, id est, iure naturali. Ex quibus patet Accursiū illud quod dictum est, iuri naturali assignare, quod Bald. iuri gentium. Sed vtrūcunq; fit, quāuis & vtrunq; esse possit, hoc dictum est valde notandum.

9 Intelligit tertio, non procedere in eo, qui erraret in iure civili notorio, & indubitato, per id quod dicit not. Ange. in l. ex consensu. §. vlti. ff. de appel. quod sicut causa, quæ à iure naturali est reprobata, non excusat à vero dolo, ita nec causa reprobata à iure civili notorio, & indubitato. & cum hoc dicto transit Imol. ibi, circa princip. vlti. char. & Alex. consil. 103. hoc initio, videtur prima consideratione dicendum. col. pen. versi. & dato quod comes Nicolaus, lib. 1. & vide quæ dicam infra in causa. 42. in fin.

10 Intelligit quartò, nō procedere in his, quæ sunt contra speciē honestatis, vt pulchrè voluit Bald. in l. quicunq;. col. penult. versi. et not. quod in his. C. de ser. fugi. referens ad id text. in dict. l. 1. C. de interd. matr. vbi et hoc dictum sequitur Alex. in addit. ad Bal. ibi et Firmianus in tractatu de episcopo. in 4. parte lib. 4. in. 60. quæst. versi. item sciendū, et Iason. in dict. l. si quis id quod col. 8. versi. Tertio fallit. ff. de iurisdic. omn. iudi.

11 Intelligit quintò, nō procedere in his, quæ clam facta sunt, in quibus, et si prætendatur ignorantia, vel simplicitas, præsumitur tamē dolus, neq; excusatur aliàs excusandus: tex. est no. in l. vlti. ff. de ritu nupti. et ita per illum tex. voluit glo. not. in l. qui contra, in verbo, errore. C. de incest. nupt. & gl. in dict. l. 1. C. de interd. matr. & ibi doctores: inter quos Bald. in prima lectione, dicit ex hoc habere notabilem limitationē legum, quæ dicunt sexum, & rusticitatē excusari. Et in 2. lect. dicit menti esse tenendā eam glossam contra rusticos. & idem Bald. in l. error facti. col. 3. in. 1. quæst. C. de iur. & fac. ignor. & Bart. in l. si adulterium. in princ. col. pen. ff. de adult. & Rom. singul. 714. regula est quod quæcunq;. & consil. 506. in re presenti breuiter, & c. col. 1. vbi ad hoc dicit sing. text. in d. l. 1. secundum lect. gl. & Ioan. Ana. in cap. cum ex iniuncto. in. 3. not. & ibi etiam Felin. in princ. de hæret. vbi est bonus tex. ad hoc, & Panor. in ca. de homine, de celebr. miss. & Alex. in addit. in Bar. in l. penul. C. de iur. & fac. igno. Firmianus vbi nuper citauimus d. quæst. 60. versi. item neminem excusat. Felin. in cap. consuluit. col. penult. versicu. gloss. in verbo, lucem. de offic. & potest. iud. deleg. & in cap. porrò de senten. excommu. & in cap. quoniã. col. 3. versi. quinta conclusio. de simo. vbi & de hoc dicit esse tex. in cap. vlt. §. si quis verò. de clandest. despon. vbi certè est tex. elegans, in hæc ferè verba, Cum illi clam contrahendo nō expertes scientiæ, vel saltem affectatores ignorantia videantur.

Et huc

12 Et huc pertinet illud Ioannis. c. 3. Qui malè agit, odit lucem. quod usurpauit Pontifex in d. c. consuluit. quo loco glo. & docto. multa iura cōgregant, quæ actus clandestinos simulationis, doli, & fraudis insimulāt. Quod & facit Roma. consil. 54. visis circa id. col. 3. versi. 3. similiter. & Cæpo. in tractatu, de simulatione contractuum. in. 20. præsumptione, Barb. consil. 53. præclare scripsit Pfalmista, col. 12. versi. & præmitto pro euidencia, lib. 2. & latissime Hippo. Marfil. in rub. ff. de sicar. col. 2.

13 Concinit quoque supradictis, quod scribit Fabius libro Oratoriarum Institutionum. §. c. 10. quo, de argumentis differit, Tropon interdum ad cōiecturas pertinere: vt si dicam bona mente factum, ideo palam: mala, ideoq; ex insidijs, noctu, in solitudine. Et quod Demonax philosophus celeberrimus Imperatoris Hadriani temporibus, nūquam adduci potuit, vt ad sacra mysteriaq; Eleusina accederet: quo nomine accusatus veluti patriæ religionis contemptor, id in concione excusauit, testatus ea sacrificia iure sibi esse suspectissima, quod clanculum & in occulto fierent: quoniam si bona essent, ea omnino in aperto fieri oporteret: quo alios ad amplectendam eam religionem inducerent: si mala, ad cauendam. Testis Lucianus in vita illius.

14 Si autem scire velis, quando aliquid dicatur clam fieri, vide per gloss. & Bart. in l. 2. C. de his, qui ex pub. rati. lib. 10. glo. in ca. vlti. de clandest. despon. Bar. in l. pupillus. §. vlt. ff. de autho. tuto. et in l. 1. C. de præd. decu. lib. 10. Barto. in l. non intelligitur tacita. ff. de iure fisc. Ang. in l. in tacitis. ff. de legat. 1. Bald. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. in. 7. col. ff. de offic. procons. latè Alex. & Iason. in l. clam possidere. ff. de acquir. possess.

15 Intelligit sextò, nisi in eo, qui taliter dicitur deliquisse, insit contrarietas: putà, quia contraria in testimonio deposuit, qua casu nullo modo excusatur: vt not. dicit Bald. in l. scripturæ. ante fi. C. de fid. instru. allegans ad hoc dictū Io. And. quod dicit esse not. in ca. cum Ioānes de fid. instru. dicentis, quod non pōt esse simplicitas, vbi est cōtrarietas. & hoc Bald. dictū sequitur Alexā. in addit. ad Bart. in d. l. pen. C. de iur. & fac. igno. & Barb. in repe. c. Raynald. col. 50. versi. secūdo limita nisi. de testa. & consil. 3. clementissimi Dei patris, col. 14. versi. & sic vera sit conclusio, lib. 2. vbi hoc dictū Ioā. Andre. allegat pro sing. & consil. 5. supremi optimi principis. col. 4. versi. itē ponderet, col. lib. 2. & consil. 11. illud in mediū afferam, quod gloriosus Paul. col. 2. vers. & dicit bellissimè, lib. 4. & Feli. in dic. c. quoniã. & Philip. Dec. in ca. ex parte. huius initij. 2. col. 5. vers. nonò fallit. de offic. deleg. & in c. sollicitudine. col. 2. in. 8. no. de appellat. et in ca. pastoralis. col. 6. in fin. primæ conclusionis de except. et in l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur.

16 Contrariū tamen in hac ipsa specie tenuit Angel. in §. licet. col. 2. versi. ibi eos dereliqui, nota quod quādo testis, & c. in auth. de testi. vbi dicit, quod si rusticus testis sit sibi contrarius, non tamen punitur de falso, nisi constet

D 4 quod



quòd ex malitia falsum deposuerit. dicitque, quòd ad hoc debent iudices multum aduertere. Et hanc partem sequi videtur Iason in dict. l. si quis id quod. col. 8. vers. item si rusticus, iuncto vers. septimò limita. hoc quidem relinquo arbitrio iudicis, qui prudenter considerabit, cuiusmodi sit is rusticus: quæ, qualisue contrarietas inuenitur, &c.

17 Intellige septimò, procedere, nisi is, qui dicitur rusticus, & per rusticitatem deliquisse, sit rusticus sagax: quia is non excusatur: vt voluit glo. not. in lathletæ. §. de rusticis. ff. de excus. tut. quem sequitur Bal. in d. l. i. in vtraque lect. in fin. C. de interd. matri. vbi in. l. lect. dicit esse menti tenendum: & per eam dicit idem Bald. in l. 2. in. 4. quæst. in fi. C. de rescin. vedit. quòd ei demum rustico subuenitur, qui verè est rusticus opere, & conseruatione. eam quoque glo. sequitur idem Bald. in l. si quis id quod. col. 2. in. 1. lectu. & ibi quoque Raph. Fulgo. & idem Bald. in cap. vlt. col. 5. vers. item fallit in rustico. de confess. & in sua Margarita, in verbo, rustici. Paul. Cast. Alex. & Iason in l. 2. C. si quis in ius voc. nō ier. & Barba. in repet. dict. cap. Raynaldus. col. 50. vers. limita secundò nisi. & consil. 76. illud in medium afferam quod pulchrè scripsit. col. vlt. lib. 3. in quibus locis ipse Barba. illam facit singu. & Iason in dict. l. si quis id quod. dict. col. 8. vers. limita prædictam regulam. & Corne. consil. 165. circa primum. col. 8. vers. confert. quia sagax erat. lib. 2.

18 Intellige octauò, non procedere in his, quæ sunt introducta ad rigorè iuris conseruandum: in illis enim rusticitati non parcitur: vt voluit glo. in summa. 38. dist. & in §. notandum. in gl. 1. in fi. 1. quæst. 4. afferetes pro exemplo. l. si quis in tãtam. C. vnde vi. Et idem voluit glo. iuris ciuili, in l. cum quis. Et ibi Bart. Bal. & Paul. de Cast. omnes ad fi. C. de iur. & fact. ignor. & glo. in l. iuris. huius initij. 2. eod. tit. quæ ponit exẽplum in eo, qui triennio cessauit soluere canonem. Gul. Cu. in l. si quis ex argentarijs. §. vlt. cum lege seq. ff. de eden. Bal. Raph. Fulg. Paul. Cast. Roma. Alex. Frã. Are. & recentiores in l. iuris ignorantia. C. qui admit. Ex quibus & aliqui ad hoc allegant tex. in §. vlt. in authen. de heredi. & falci. idẽ Bal. in l. vlti. in prin. in. 3. quæst. C. de iur. delib. vbi per hoc dicit non excusari rusticum, qui nō fecit inuentarium, sed stãdum esse rigori iuris. & Bart. & Salic. in l. 1. C. de iur. & fac. igno. & idem Bart. in l. 1. §. nũtiatio. col. vlt. ff. de oper. noui nũtia. & consil. 154. maritus fecit hæredẽ. Sali. in l. pen. C. qui admit. Ange. in l. vbi. in prin. ff. de eden. Pe. An. in repe. c. 1. in. 1. quæst. prin. vers. sed hic quero, statuto cauetur. de cõstit. Et Roma. consil. 125. mater & soror prædictæ. col. 2. vers. tertio confirmatur. Alex. in addit. ad Bal. in l. 1. C. de interd. matri. & cõsil. 40. hoc capite viso themate, & omnibus. lib. 6. & cõsi. 165. dubitatur. col. 2. eod. lib. 6. Feli. in dict. cap. quoniam. col. 3. in. 4. fal. de fimo. & Iason. in. vlti. col. 39. vers. 16. quæro. C. de iur. emphyteu.

Intellige

19 Intellige nonò, non procedere etiam in his, quæ sunt introducta ad solẽnitatem, vel formam actus, quia videlicet omiserit rusticus solẽnitatem; vel formam rei: verbi gratia, in testamẽto non adhibuit septem testes, certè non patrocinator ei error iuris: vt dicit Bal. loquens in rustico, minore, milite, muliere, in dict. cap. vlt. col. 3. vers. item non patrocinator. de confess. quia vt subdit, vbi agitur de productione alicuius actus in esse, vt ipse loquitur, omisio modi & formæ, omnibus nocet, & etiam error tabellionis, aut aduocati: vt optimè not. l. ambiguam. C. de testam. & idem dicit ipse Bald. Salic. & alij recentiores in l. iuris ignorantia. C. qui admit. per. l. vlt. C. de testam. iuncta glo. in l. ambiguitatem. in verbo, ex mente. eod. titu. & idem Bal. in l. vlt. in prin. col. 3. C. de iure delib. & Alex. dict. cõsil. 166. lib. 6. & consil. 7. attentis & ponderatis. col. vlt. lib. 7. cum alijs multis concord. traditis per ipsum Alex. in dict. l. iuris ignorantia.

20 Intellige decimò, vt rustico parcatur erranti in iure ciuili, cum peritiores consulere non potuerit: at si potuerit, nec fecerit, non illi parcitur: per text. in l. bonorum. ff. de bon. possessio. & in l. 2. §. vltim. ff. quis ordin. bono. possess. serue. & not. Baldus, & Salice. Roma. & alij recentiores in dict. l. iuris. C. qui admit. Anto. in cap. 2. de constit. Roma. in l. si duo. ff. de acquiren. hæred.

21 Cuius rei ratio est, vt scribit Bald. in dict. cap. vlti. quo loco nuper citauimus, de confess. quia homines natura scire desiderant, ideoque contra naturam est, non consulere peritiores; quorum doctrina, imperitorum, & rusticorum mens illuminatur, per text. not. & elegantem in l. si auiam. C. de inge. manu. in fin. cum dicitur, si cum peritioribus tractatum habuisses, facillè cognosceres. Ergo non est rustico parcendum, qui in hoc contra naturam peccauit, ex his quæ deduximus in prima limitatione.

22 Et hoc quoque intellige, vt si etiam non essent periti in loco habitacionis rustici, tamen non excusatur, si sint in ciuitate quadam vicina: vt voluerunt Bald. Salice. Roma. & recentiores in dict. l. iuris ignorantia. per tex. in l. diuus. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. & in l. 1. §. si quando. ff. de magistr. conue. ideo (inquiunt) quemadmodum mulieres eunt ad ciuitatem pro indulgentijs, & rustici ad nemus pro lignis, ita debent ire ad ciuitates pro consilijs.

23 Intellige vndecimò, vt rusticis succurratur in casibus à iure expressis tantum: vt voluit gl. in cap. vlt. 1. quæst. 4. Anto. in cap. 2. col. 4. de constit. Alex. qui alios citat, in l. si quis id quod. col. 3. vers. item not. quòd rusticitas. ff. de iurisd. omn. iudi. Philip. Deci. consil. 274. incip. viso puncto, col. 2. vers. sed suprãdictis. qui ad hoc dicit facere tex. in dict. l. vlt. C. de iur. & facti ignor. Et illa quidem glo. idem expressè statuit in mulieribus.

Possẽm



24 Possent & alia pleraque huc adducere à nostris doctoribus longè lateque tractata, videlicet, an, & quando, & in quibus alijs casibus iuris ignorantia, siue simplicitas, vel rusticitas, aut excuset, aut non excuset. Quæ quoniam iam sunt trita, & omnibus obuia, consultò prætermittenda duximus. Omnia enim perscribere ad rem pertinentia, nec volumus, nec possumus.

Causa duodecima.

S V M M A E.

- 1 Pœna minuenda his, qui quadam ingenij subtilitate aberrantes peccarunt.
- 2 Subtilitas nimia an æque improbetur, atque nimia grossities. & num. 3.



DUODECIMO, qui è diuerso quadã ingenij subtilitate aberrantes delinquent, mitiùsetiam sunt puniendi. Si enim qui simplicitate peccauerunt, leuiùs sunt plectendi, vt dictũ est in præcedenti causa, multò magis his est mitior statuenda pœna, cũ et minus peccet, quàm superiores. Hos enim cõpellit falsa subtilitas, in quam non cadunt volũtarij, sed veluti inuiti: illos decipit ignorantia voluntaria.

Ita dicit glo. not. in cap. schisma. in verbo, magis est. 24. quæst. 1. quam ad hoc commendat Feli. in cap. 1. de hæret.

- 2 Et simile quidpiam voluit Bald. in cap. dilecti. post prin. de iudi. cũ m dicit, quòd magis reprobatur nimia grossities, quàm nimia subtilitas. Què ita refert & sequitur Iason in l. cùm stipulati sumus. §. sequitur. in. 3. not. ff. de verbo. oblig. & Anto. Bauer. in repet. l. cum filio. col. 2. ff. de lega. 1.
- 3 Sed caue, quia Bald. vbi suprã, si solerter eius verba introspiciantur, videnter sentire contrarium. Primũ enim not. ex eo tex. quòd nimia subtilitas reprobatur: subdit autem confestim, nisi sit mēdum in codicibus, quibus circumferuntur huiusmodi verba, Adeò quòd magis reprobatur nimia grossities. l. vlt. C. de hæred. insti. in quibus verbis puto deesse dictionem, quàm, vt scribi debeat, adeò quòd magis reprobatur, quàm nimia grossities: alioquin non quadrarent huic, quod primũ dixerat, neque verbis sequentibus, quæ sunt huiusmodi: Nam nimia subtilitas tendit ad perniciẽ, l. sed hæc nimium. ff. de excusa. tut. & nimia grossities est quædam ineptia, quæ à iure reprobatur. Hęc ibi.

Causa

S V M M A E.

- 1 Delictum eorum, qui casu aut imprudentia, siue etiam facti ignorantia, non de industria aut dolosè quicquã admiserunt, aut non punitur, aut certè leuiùs. & nume. 2.
- 3 Fato plerunque, non noxæ attribuuntur, quæ non consultò, sed ex improviso casu accidunt.
- 4 Numæ Pompilij decretum super morte liberi hominis. Et de iniurãdo solēnissimo Romanis.
- 5 Solon monet Areopagitas vt perpendant, an scelus, mors vulnus, vel incendium providentia commissum sit.
- 6 Moyses statuit, vt imprudenter factum, clementiùs puniretur.
- 7 Delictis nõ volũtarijs, sed fortuito et casu cõtingētibus refugium fuisse aras apud Græcos.
- 8 Athenienses seueri religionis cultores, iuuenes duos per imprudentiam templum Cereris ingressos interficiunt.
- 9 Aspidis spectrum vinitorem ad insaniam adigit.
- 10 Statutũ aut alia cõstitutio puniēs capitaliter homicidiũ aut aliud delictũ, quò sit accipiendũ.
- 12 Imprudentia non modicam vim obtinet in partibus purgationis.
- 13 De homicidio nõ dolosè cõmissõ an quis puniatur in foro cõsciẽtiæ. Variæ hincinde opin.
- 14 Accusans aliquem de crimine quod ignorantia excusari potest, exprimere debet nominatim reum id scienter commississe. Et quomodo id accipiendum. numer. 15. & 16.
- 17 Qualitatẽ allegare sufficit, ex qua infertur illud, quod ius præsumit sine illius allegatione.
- 18 Indifferentia semper in meliorem partem sunt accipienda.
- 19 In maleficijs quando scientia sit alleganda.
- 20 Præsumptio, quæ quis ex certa sciẽtiã et dolo aliquid fecerit, an releuet, si nõ alleget. et. n. 21.
- 22 Ignorantia iusta & probabilis excusat in delictis.
- 23 Scientia an comprehendat ignorantiam affectatam.
- 24 Ignorantia affectata equiparatur scientiæ fictæ, non veræ.
- 25 Lex puniens occupantem rem alterius, non comprehendit occupantem rem hereditariam, quæ fictè & non verè est alterius.
- 26 Constitutio quæ aliàs strictè est interpretanda, loquens in casu vero, tum demũ comprehendit casum fictum, quando casus verus & casus fictus equiparantur à lege antiqua.
- 27 Ignorantia affectata, minor est, quàm scientia.
- 28 Verba quæ largè & strictè accipi possunt, in materia restringibili strictè sunt accipienda.
- 29 Ignorantia crassa in delictis, punienda quidẽ, sed non æquè seuerè atq; acerbè. & nu. 30.



Decimotertiò, qui casu, aut imprudentia, siue etiã facti ignorantia, nõ de industria, aut dolosè, quicquã admiserunt, aut non puniuntur, aut leuiùs puniri debent. l. 1. §. diuus. ff. ad leg. Corn. de sicar. & l. absentẽ. §. vlt. & l. Metrodorũ. & l. respiciendum. §. delinquent, & ibi gl. not. ff. de pœn. quo in postremo loco est casus de eo, qui dũ venaretur, telo in ferã misso, hominẽ interemit. Quæ ipsa species aliqñ cõtigit in Adrasto Phryge, Gordii filio, qui vibrato in aprum iaculo, nõ illũ, sed frustrato iectu Atym, filiũ Cræsi, Lydorũ regẽ adeptus interemit, cui ipse Cræsus rex quã imprudens fecisset, pepercit, at nihilominus Adraustus sese super bustũ ipsius Atydis cõfodit,

fodit. author Herodotus libr. 1.

- 2 Sed & præcedentibus adde text. in l. 3. §. sed etenim, & l. qui ædes, & l. si fortuito. ff. de incend. rui. naufra. & l. vlti. ff. de Decret. ab ordin. fac. & ibi concord. in gloss. & l. ferè. & ibi glos. ff. de regul. iur. & cap. lator. & capi. dilectus. & cap. ex literis, & duobus cap. sequent. de homicid. & capit. 2. & ibi glos. de cogn. spi. & cap. si homicidium. 23. quest. 5.
- 3 Et ad excusationem huiusmodi ignorantie multa congersit Roman. in repet. l. si verò. §. de viro. in. 51. fall. ff. solut. matrimo. & consil. 473. circa propositam etiam consultationem, Felin. & Philipp. Deci. in cap. à nobis, in princ. de except. & idem Dec. in cap. 2. in gloss. vlti. in. 1. conclusionem. de cōstit. & consilio. 64. fermè per totum: & omnium vberimè Hippo. de Marfil. in. l. qui falsam, colū. 10. versic. & circa hanc materiam, cum duabus colū. seq. ff. de fals. quibus adde tex. elegantem in l. 1. C. de ficar. quòd quæ ex improviso casu accidunt, fato plerunque, non noxæ imputantur.
- 4 His suffragatur lex Numæ Pompilij illius antiqui Romanorū regis, his verbis, authore Festo Pompeio libro. 14. concepta, Si quis hominem liberū morti sciens duit, parricida esto. sciens enim, scienter dixit, ne vel imprudentē includere videretur. Illud quoq; solēnissimū iurandū, quo veteres Romani cōceptis etiam verbis in magnis rebus, præsertim verò in sancendis fœderibus, utebantur: Si sciens fallo, me Iuppiter, salua vrbe, arcèq; bonis eiiciat, vnde ego lapidē hunc eiicio. Apud Festum Pōpeium libr. 10. statim post princi. & nō nihil meminit Cicero, epistol. fam. lib. 7. & latius Polyb. lib. 3. vt non prætermittā quod ad Romanorū quoq; leges moresq; que pertinet, Liu. 3. decad. lib. 10. scripsisse, latū ad populū Romanū esse, ne Cn. Seruilio fraudi esset, quòd patre, qui sella curuli sedisset, viuo, cum id ignoraret, Trib. pleb. atque Aedilis fuisset, contrā quā sancitū legibus erat.
- 5 Quin & Solon Atheniēsium legislator, suis legibus monet iudices Areopagitas interstinguere perpendereque, num cædes, vulnus, incendiū prouidentia cōmissum sit, id est, consultò, vt interpretatur Galenus in cōmentarijs præfagiorum Hippocra. lib. 1. c. 6. quo loco adscribit verba eius legis: Loca erant in Attica iudicijs constituta. si quis cōsultò & præmeditatē mortē alicui intulisset, in Martio pago: sin præter voluntatē & cogitatā rationem, in Palladio: sin verò cædem factam esse cōfiteretur, iure an iniuria patratū esset, idq; in dubium vocaretur, in Delphio rationes iudicabantur. Cuius rei testis est Aelianus variæ historiæ libr. 5. cap. 15.
- Arcades quoq; eos, qui sponte Lyceum ingrediebātur lapidibus obruebant. Qui verò per ignorantia intrauerāt, ad Eleutheros mittebant, vt refert Plutarch. qui id declarat problematō cap. 152.
- 6 Hoc quoque legibus Mosaicis obseruatum est, vt imprudenter factum clementius puniretur. Nam licet qui hominē sponte, & scienter interemerat, mor-

rat, morte multaretur, qui tamen imprudenter, & nō volūtarius id ipsum cōmiserat, exilio tantūm, eoque non perpetuo puniebatur, eratq; locus cōstitutus, qui ei pro refugio erat, vt scribitur Exodi. 21. ca. & Num. 35. Deut. 19. atq; Iosue vigesimo cap. & meminit Diuus Ambros. in ca. illa. 15. q. 1.

- 7 Et apud Græcos eadem fermè lex erat, vel authore Thucydide, qui libr. 4. belli Peloponensis introducit quospiam Athenienses ita loquētes: Etenim delictis non voluntarijs refugium esse aras. In quam sententiam moribundum quidam apud Xenophontem, libr. Pēdie Cyri. 3. Tygranem al loquens, Noli Tygranes (inquit) quicquā succensere patri de morte mea, nō enim vlla maleuolētia hoc fecit, sed imprudētia. Quæcunq; verò per imprudentiā ab hominibus delinquuntur, hæc omnia arbitror esse inuita.

Claudius aut Saturninus Iuriscōsultus elegantissimus in l. aut facta. §. euentus. ff. de pœn. scribit apud ipsos Græcos fortuitos casus exilio voluntario lueri solitos: adfertq; testimoniū Homeri poëtarū (inquit) præcipui,

Εὐτέ με τυτθὸν ἐώητα μνοῖτις ἐξ ὀρέων,
ἤγαγον ὑμέτερον δ' ἀνδροκτασίης ἑσπὸς λυγρῆς,
ἡμᾶτε τῶ ὅτε παῖδα κατέκτανον ἀμφιδάμοις
νήπιος ἐκ ἐθέθωρ, ἀμφ' ἰσραγαλοῖσι χολωθεῖς.

Qui quidem elegantissimi & venustissimi versus, ad pœnarum aut remissionem aut imminutionē accōmodatissimi sunt inscripti in Pandectis Florentinis: suntq; deprompti & petiti ex libro vigesimotertio Iliad. quanquam sunt, qui in eo loco Iuriscōsulti alios versus eiusdem Homeri substituissent. Nec apud Græcos tantūm, sed & apud Memphitas, qui casu & imprudenter alium occidisset, ex lege exulabat: vt tradit Philostratus in vita Apollonij, libr. 6.

- 8 Nec interim prætermittendum est, quod à Tito Liuiο scriptum est. 4. de cad. libr. 1. Contraxerunt (inquit) cum Philippo bellum Athenienses, haud quaquā digna causa: Arcananes duo iuuenes per initiorum dies non initiati templum Cereris imprudentia religionis cum cætera turba ingressi sunt: facillè eos sermo prodidit, absurdè quædam pronuntiantes: adductique ad antistitem templi, cum palàm esset per errorem ingressos, tãquam ob infandum scelus interfecti sunt. Quod tam fœdè ac hostiliter factum gens Arcananū ad Philippū detulit. Ex quibus verbis facillè intelligas Liuium factum ipsum non probare.
- 9 Et huc quoq; spectat alia historia, aut potiùs fabula ab Aeliano relata libro De natura animalium. 11. cap. 32. Vinitor (inquit) dum scrobem fodit, pulchram & generosam vitem plantaturus, ligonis ic̄tu Aspidem sacram & minimè infestā hominibus, quæ fortè illic latebat, imprudens mediā dissecuit. Deinceps cū terram dimoueret, posteriorem eius partem, quæ candēs

E cōtinet,



cōtinet, in arena latentem, comperit: anteriorem verò, quæ à ventre ad cervicem tendit, adhuc reptantem & cruentam. Quãobrem obstupefactus & mentis inops, totus ad insaniam, eãq̄ vehementem, redactus est. Et cū interdiu nec apud se, nec rationis cōpos esset, tum noctu etiam delirans, à lecto exiliebat: & Aspidem se persequi dicitabat, & veluti morsus læsus, terribili clamore vociferabatur, & auxilium implorabat: & interēptē ab ipso Aspidis simulacrum se videte dicebat: idque frendens & minans: & aliquando morfu se impetum eiulatu quidem se dolere arguebat. Cū autem idem aliquãdo durasset morbus, cognati eius supplicem ipsum in ædem Serapidis ducunt: deumque vt spectrum illud Aspidis amoliri & cohibere dignetur, orant. Misertus autē ille, virum curauit. At nimirū certē durus ac seuerus in se fuit Charonda ille Tyriorum, aut (vt alij scribūt) Turiorum rex & legislator: qui cū cauisset ne quis cum ferro, in concionem prodiret, capitique pœnam indixisset, si quis id fecisset, interiectoq̄ deinde tēpore, ex longinquo rure, gladio accinctus, domum repetēs, subitò indicta concione stans erat, in eam prodijt, ab eoque qui proximè constiterat, soluta à se legis monitus, Et idē (inquit) illam fanciam: ac protinus ferro, quod habebat, distrieto, incubuit, vt à Valerio Max. proditum est lib. 6. cap. 5. in fi. Et meminerunt è nostris Iacob. Aluarot. in. 5. ad palatium. titu. de pace Cōstant. & Matthæ. Afflict. in constit. intentionum. col. 4. versi. in. 6. quæst. Et omnium prior Diodorus Siculus libr. 12. Biblioth. vbi tradit quosdam scriptores id tribuere Diocli Syracusanorum legislatori.

10 Quid, quòd est legalis sententia, quòd statutum, aut alia constitutio puniens capitaliter homicidium, aut aliud delictum, intelligitur si dolo fuerit commissum, non casu, etiam si culpa interuenerit: textus est in. l. cum autem §. excipitur. ff. de ædil. edict. vbi dicitur, Capitalē fraudem admisisse accipiemus dolo malo, & per nequitiam: cæterū si quis errore, si quis casu fecerit, cessabit edictum. Et ita voluit Ioā. An. in cap. pro possessore. col. 2. de regul. iur. lib. 6. in merc. & Guido Suza, in quæstionibus statutorū, colum. 2. Cyn. Bald. Ang. Paul. Cast. ad fin. & Iason col. pe. ff. de legib. inter quos Iason dicit illum tex. in dic. §. excipitur. esse ad hoc meliorem de iure. & hoc etiam dicit ipse Iason in. l. non dubium. col. 8. versi. item adde, quòd licet statutum. C. de legib. Eandem quoq̄ sententiā tenuit ipse Cyn. in. l. si quis non dicam rapere. col. 3. versi. quinto & vltimo casu. C. de episc. & cleri. & Bart. in. l. 1. §. 1. ff. si quis testa. lib. esse iuss. fuer. Et in. l. 1. in princ. col. 3. versic. quædam verò sunt. ff. ad Turpil. & in. l. quid ergo. §. pœna grauior. col. 3. versi. iuxta hoc quæro. ff. de his, qui not. infra. & in. l. quod Nerua. ff. depo. & Bald. in. l. omnes populi. col. 9. versi. in contrarium videtur. & ibi Ioan. Cacia. in repet. col. 107. ff. de iustit. & iur. & idem Bald. in. l. in actionibus. col. 2. & ibi Iason latē col. 5. & 6. ff. de in litem iuran. & ipse Bald. in. l. 1. §. quod prætor.

prætor. & ibi Iason col. i. versi. item adde. ff. ne quis eum qui in ius voca. & idem Bald. in. l. 3. §. quicumque. col. vlt. versic. quòd ad tertium. ff. de iureiur. & in repe. l. cunctos populos. in vlt. char. C. de sum. Trini. & fide catho. & in. l. quicumque. col. 5. versi. quarto casu. & iterum versic. item pro hoc. & ibi Paul. Cast. C. de ser. fugi. & in. l. & si seuerior. vbi & Sali. Pau. Ca. Alex. & recentiores post glo. ibi. C. ex quib. cau. infra. irrog. & idem Bald. in. l. ex morte. C. ad leg. Aquil. & in. l. data opera. col. 2. ver. nunc de secundo. & iterum versi. item si statutum. C. qui accu non poss. & in. l. 2. per illum tex. vbi etiam Sali. C. de noxa. & ipse Bal. consi. 3. qui mortem aliter vitare. lib. 4. vbi plus dicit, quòd nunquam reperitur, quòd ob simplicem culpam, quis famam perdere debeat, ne dum membrum, aut vitam: vt dicit no. in. §. suspectus. Insti. de suspec. tut. & alijs locis per eū allegatis, & Angel. in. l. si. vsuf. fructus. versic. & hoc etiam tantum. ff. de vsuf. fruct. & in. l. is qui cum telo. C. de ficar. & in. l. plagij. C. ad leg. Fla. de plag. & in. l. Gracchus. C. de adul. & consi. 27. pro decisione. in fi. & iterum consi. 288. viso themate, col. vlti. Ant. in. c. 2. de constit. per tex. in. l. lege Cornelia. ff. de ficar. Sali. in. l. senatus. C. de his, qui sibi adscrib. in testa. & in. l. si quis necandi. C. de ficar. Pe. An. consil. 283. iure scripto. ad fi. & iterum consil. 391. videtur prima facie. ante fi. Cardi. Flor. in d. c. lator. de homi. vbi dicit, & post eū Io. Ana. & Feli. quòd stante statuto, quòd qui occidit, occidatur, si ex culpa leui, vel etiam lata, casu quis occiderit, non occidetur. & ita dicit se cum pluribus cōsuluisse pro quodam qui volens incidere ramos impediētes piscationem cum proacha (ita enim appellat) ferrata sine dolo socium occidit. Et ita verè consuluit ipse Cardi. con. 44. pro domino Christophoro circa fi. & idem Cardi. con. 94. hæc est quædam inquisitio. Paul. Cast. in. l. 3. in. 2. no. C. de episc. audi. vbi hoc reputat sing. & in. l. 1. C. vbi senat. vel clarifs. vbi hoc dicit not. & vtrouque coarguit assessores ignorantes, qui simpliciter verbis statim contrarium faciunt, et con. 277. in causa carceratorum, in prin. lib. 2. Raph. Co. con. 134. visis denuntia. & c. in fi. Panor. & alij recentiores in. c. 2. de constit. Ioan. Ana. in. c. sicut. col. pe. de Iudæ. & in. c. vlt. col. 19. ver. adde etiam, de maled. & in. d. 6. literis. huius initij. 2. in fi. & iterum in. c. presbyter. col. 1. de homi. Ioan. Plat. in. l. 1. in. 2. no. C. de his qui se dese. lib. 10. Flori. in. l. ossa. §. si locū, post glo. ibi, in verbo dolo. ff. de relig. & sumpt. funer. & in. l. 3. §. iniuriarū. col. 2. ff. ad leg. Aquil. Alex. consi. 109. visis & vt oportet consideratis, col. 4. versi. tertio principaliter confidero. lib. 1. & consi. 140. videtur in casu proposito. col. 2. versi. cū ergo non habuit. lib. 2. & consi. 19. circa primū & tertium. col. pe. versi. & posito, lib. 7. & Angel. Areti. in tracta. malefi. in verbo, seienter & dolosē, in prin. & ibi latē. Lau. in addi. & Fran. Are. con. 165. sicut Ioannes dicit in Apocalypsi, paulò ante fi. Barba. consi. 40. illud adduco in prospectum, colum. 9. versic. & adduco quod voluit, lib. 2. Cæpola caute.



12. statutum dicit, et seq. caute. et in con. crimi. consi. 29. viso processu, col. an tep. et iterum consi. 30. Ragacij scholarium, col. 1. ver. et quod hoc sit verum rursusque consi. 31. super homicidio, col. 4. ver. quæ quidem decem, itemque consi. 33. multa possent. col. 2. atque con. 34. si vnquam, col. 9. versi. modò ad propositum, et consi. 37. visa inquisitione, et Soci. inter con. Fran. Curtij. consi. 20. sæpenuero, col. 19. in 3. capite, quæst. 4. et Iason latissimè in l. 3. §. quod prætor, quem legit cū. 1. col. eiusdè. §. 1. ff. ne quis eum. et Ludo. Bol. consi. 36. secundò de iure. col. 4. in fi. et con. 63. versi. in quibus locis ponitur. col. vlt. et nouissimè Philip. Dec. in c. cognoscentes. col. 5. versi. Ex quibus inferitur, de consti. in 1. lec. et con. 9. de homicidio cõmisso, in prin. et con. 83. in causa accusationis Perretæ, col. 3. versi. tertio respondetur, Fran. Cur. senior con. 7. diligenter ac maturè consideratis, col. 4. versi. eandem doctrinam, et copiosissimè omnium Hippo. Marfil. in l. de minore, col. 6. ver. et quando homicidium, et seq. ff. de quæsti. et in l. 1. §. præterea, col. 3. ver. vlt. teriùs dico, ff. de sica. et in rub. ff. de fals. col. 1. ver. sed hodie cõmuniter
11. Quanquam tamen, ne hoc prætermittam, contrarium tenuerit Bald. (vt ipse sibi hic vt alias sæpe malè constat) in l. quæ fortuitis, col. pe. ver. et scias quòd nulla pœna, C. de pign. act. sed ad modum difficile est, vt contra se ipsum pugnās et simul cõtra infinitum propè numerū et veteranorū et no uitorum militum tot armis munitorum, victoriam reportet: vt in simili latè dicemus infra in 51. causa. nu. 43. audacis est profecto, et duobus seq.
12. Apud Oratores in partibus purgationis non modicam vim obtinet imprudentia. Propterea Aristoteles in libro præceptorum Rhetorices, de causis ciuilibus, in exordijs generis iudicialis, ita scribit: Si vero quorum nos accusator criminatus, ea fecisse fateamur, ex iusti, ac legitimi partibus defendere pergamus, magis legitimas res nostras, iustioresque demonstrare elaborabimus. Quòd si minùs commodè fieri potuerit, ad imprudentiam, casumque defugiemus, et ignoscendum nobis esse argumentabimur: demõstrantes quòd omnium quidem hominum per imprudentiam delinquere commune sit: sed afficere iniuria, improborum esse proprium: dicas etiã et æquum, et bonum esse, et iustum, ac conducibile his ignoscere, qui per imprudentiam deliquerunt, neminem enim hominum scire, si quid aliquãdo sibi huiusmodi euenturum sit. Et M. Tullius oratorum princeps lib. 2. Rhetoricæ veteris, posteaquam duas partes concessionis esse dixit, videlicet purgationem, et deprecationem, ita subiungit: Purgatio est, per quam eius qui accusatur, non factum ipsum, sed voluntas defenditur: et habet partes tres, imprudentiam, casum, necessitatem. moxque exempla earum proponit, quæ cuique videre licet. Idemque fermè ait ipse Tullius (si is fuit qui libros Rhetoricorum ad Herennium conscripsit) lib. 2. idem quoque lib. 2. de Oratore, inducit Antonium in hæc verba differentem: Iure autem

- autè omnia defendamus, quæ sunt eius generis vt aut oportuerit, aut licue rit, aut necesse fuerit, aut imprudentia, aut casu facta esse videantur.
13. Adde quod notabiliter voluit glo. in ca. presbyterum. de homi. quòd in foro conscientie non punitur quis de homicidio non dolo cõmisso, etiam si culpa præcesserit, quam glo. ad hæc no. & sequitur Io. Ana. ibi & Panor. & Feli. qui & ad hoc allegat dictum Inno. in c. sicut dignum. col. vlt. eo. ti. quòd si damnū datum est alicui ex culpa alterius, vt quia non bene ignem cooperuerit, qui ob id domum vicini cremauit, non tenetur in foro conscientie ad resarciendum damnum: licet pro culpa sit ei iniungenda pœnitentia. sequuntur item illud dictum Inno. ipse Panor. in c. 1. col. 2. & ibi Feli. col. 11. versi. tertius casus, & Philip. Dec. in lec. 2. col. 5. versi. quintò adde. de consti. idem Panor. in c. dilecti. col. 5. versi. sed tu distingue. de arbi. & in ca. quoniam, col. 9. versi. in glo. in verbo, negligentiam, de probat. & in c. cùm causam, col. 5. versi. circa quod notabiliter, de testib. & in ca. si egressus. in. 1. no. de iniur. & rursus in c. vlt. in. 1. no. vbi multū dubitat, & in ca. 1. de custod. reor. Ex quibus nonnulli distingunt inter latã, & leuem culpam, et an ad fuerit animus nocendi, necne, vt apud eos videre poteris. Rom. qui id dicit vnicum in mundo, sing. 105. pridie fui interrogatus. Barb. in repe. c. Raynaldus, col. 114. versi. in quantum dominus ab. de testa. vbi videtur tenere cõtrarium, Anto. Corlet. in suis sing. in verbo, forum conscientie.
14. Ex his autem procedit, quòd cùm delicta, quæ imprudenter sunt commissa, ex magna parte impunita relinqui soleant, vt dictum est: ideo cùm quis alterum de crimine accusat, quod ignorantia potest excusari, debet nominatim exprimere reum scienter id commississe, vt no. Bart. in l. omnis. ad fi. C. de agri. & censu. lib. 11. & Angel. in §. pe. in fi. in authen. de eccle. titu. & in l. 1. col. 2. C. de Nili agger. non rump. vbi dicit quendam fuisse liberatū, quia non fuerit articulatum (vt ipse loquitur) quòd sciens opem bannito tulerat. & ita latè consuluit, multasque concord. adducit Barb. con. 51. illud in medium referam. in prin. lib. 3. et con. 5. illud in medium adducã, in prin. lib. 4. et con. 62. Paulus Apostolus, col. 7. versic. cum ergo in proposito, eod. lib. 4. et Feli. in c. à nobis. col. 1. de excep. et Philip. Dec. consi. 62. in causa qua agitur inter monasterium.
15. In qua re tamen ne quid deesse videatur, ita existimo distinguendum post ipsum Dec. in c. à nobis. in. 1. no. de excep. Aut lex, vel statutū, in quo pœna pro delicto imponitur, exprimit eam pœnam esse impositam ei delicto, quod scienter factum est, et tunc proculdubio debet expressè articulare in libello tale delictum fuisse scienter factum: illa enim qualitas requisita in lege, vel statuto, debet allegari, et probari l. 1. §. ait prætor. et ibi no. Bar. ff. ne quid in flu. pub. et l. pe. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius voca. vixi. et no. Io. And. in c. 1. de homi. lib. 6. in nouella, Bal. in l. si quis non dicam

- rapere. C. de epi. & cler. & in l. si qui ad ciuilia. C. de appel. Alexan. con. vltimo, viso processu, lib. 2. & con. 41. visis, & optimè discussis omnibus, col. 2. versi. & prædicta maximè procedunt, lib. 4. & ipse Philipp. Dec. in cap. licet causam. col. 14. ver. sextò idem dicendum. de proba. & con. 13. an appellatione cognatorum, col. 3. ver. difficultas est, & vis tota. & con. 18. viso puncto, col. 3. in prin. Et faciunt no. per. Bart. in l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de ope. noui nuntiat. Et hæc quidem de primo illo membro.
- 16 Aut verò lex, vel statutum puniens, non loquitur expressè de crimine scienter factò, & tunc, aut sumus in casibus, in quibus dolus, & scientia præsumitur, putà in his quæ de sui natura mala sunt, & de genere prohibitorũ, quæ quanuis aliquo casu possint excusari, tamen contra ea præsumitur l. 1. C. de ficar. & l. si non conuitij. C. de iniur. & ca. 1. & ibi Bal. et alij de præsumpt. & cap. 2. & ibi Panor. de regul. iur. voluit. Albert. de Gan. in tract. de homi. col. vlt. ver. illud autem. & Bald. in l. dolũ. C. de dol. & contu. & con. 79. dauanti da voi, col. 1. in fi. lib. 2. & Pe. An. in c. cum dilecti. per illum tex. de accu. què ibi sequitur Io. de Ana. col. 2. ver. est hic mirabilis, & Alex. con. 36. visis his quæ egregiè, in prin. lib. 1. quod con. iterũ repetitur in lib. 3. con. 79. & idè Alex. con. 3. ponderatis verbis inquisitionis, cõf. 1. lib. 1. & cõf. 24. animaduersis his quæ tam per testes, post prin. li. 2. & Corneus con. 173. visis processu & statuto, col. 5. ver. nec obstat quod dicitur, lib. 1. Et hoc quidem casu non videtur opus esse scientiam, aut dolum allegari, secundum Angel. in l. si vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10. & Feli. cap. cognoscentes. col. 2. in fi. de constit.
- 17 Cuius rei est ratio, quia satis est allegare qualitatem, ex qua infertur illud quod ius præsumit sine illius allegatione, nam libellus quantum ad hoc præsumptiuè concludit. l. omnis. §. Lucius, & ibi glo. & alij. ff. de his quæ in frau. cred. & Bar. et alij in l. cum quid. ff. si cert. pet. et Bal. con. 295. Petrus Lombard. in fi. li. 3. et Fran. de Spoletto inter con. ipsius Bal. con. 468. visa petitione porrecta, lib. 2. et Angel. con. 250. primò videndum est, factum verò illius incip. domina Libertina, post prin. et Anto. in c. si cautio, de fid. instru. et Rom. con. 105. viso themate, post princip.
- 18 Aut denique sumus in casibus, in quibus scientia, vel dolus non præsumitur, putà in his quæ se possunt habere ad bonum, et malum, quæ indifferentia vulgò philosophi nūcupant: quæ semper in dubio in meliorè partem præsumuntur, et debent interpretari. l. merito. ff. pro soc. et c. 2. de re. iu. vbi facta, quæ dubium est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretanda sunt: quod enim scriptũ est, Ex fructibus eorum cognoscetis eos, de manifestis dictũ est, et c. absit, et ibi glo. ii. q. 3. et Bart. in l. non solũ. §. sed vt probari. et ibi latè Alexan. ff. de no. oper. nuntia. Bald. in l. 1. col. 4. versi. et no. C. de ser. fugi. et ibi latè Iason, col. 5. versic. tertio multum no. et Panor. con. fi.

- cõf. 68. videtur primò, col. 2. libr. 1. & cõf. 113. tria sunt, in primo dubio, lib. 2. Rom. cõf. 333. quo ad primum, in fin. Alex. cõf. 28. quoniam abundè, lib. 4. Franc. Aret. cõf. 70. sicut decet. col. 3. Barb. in l. 2. §. ex his, col. vlt. ff. de verbo. oblig. & copiosè Philipp. Deci. cõf. 189. lætatus sum plurimum, col. 2. Et hoc certè casu debet scientia siue dolus allegari. Et ita loquitur Barto. in dict. l. omnis, & Angel. locis suprà in princ. adductis: si tamè esset aliquid, quod esset cõmuniter notum, ideoq; præsumeretur scientia, cap. vlti. qui ma. accus. poss. cum similibus, tunc non opus allegari scientiam, vt dicit Barto. in dict. l. omnis.
- 19 In hac re tamen aliter (ne illud prætermittã) distinguit Bald. in l. i. char. 4. versi. super secundo puncto. C. qui accus. non poss. videlicet, quòd quando aliquis accusatur pro factò negatiuo, putà quòd non denunciauit maleficiũ, debet fieri mentio scientiæ: sed cum accusatur, quòd aliquid fecerit, nõ debet necessario allegari scientia, allegat glo. not. l. maleficij. §. lógè minùs. ff. de actio. & oblig. Et hanc Bal. dist. sequitur Io. Ana. in rub. de accu. circa fin. & Rom. d. cõf. 105. post princ. vbi ad hoc facit sing. glo. in dic. §. lógè minùs, & Ang. Aret. in tracta. malef. in verbo, nec nõ ad querelã, col. penul. versi. aduertat tamè, vbi dicit eam glo. auream. Sed Augu. in sua ad Angel. addi. hanc distinctionem reprobat, per multa, quæ ibi allegat, & post eum Feli. & Deci. in d. c. à nobis, col. 1. ad quos legentem remitto.
- 20 Sed illud non prætermiserim quòd huic quod diximus, non requiri dolum, aut scientiam allegari in his actibus, in quibus præsumitur, contradicit Alex. cõf. 35. in causa & lite vertente inter dominum Benedictum, col. vlti. lib. 5. vbi expressè dicit, quòd aliàs præsumeretur, quòd quis ex certa scientia, & dolo aliquid fecerit, tamè semper esset hoc allegandũ, aliàs huiusmodi præsumptio in hoc nõ releuaret, per tex. no. & ibi no. l. si adulteriũ cũ incestu. §. idè Pollioni. ff. de adult. & quod no. Bar. in d. l. cum quid. ff. si cert. peta. ad quod etiã multa faciunt, quæ dicã in tractatu nostro de præscript.
- 21 Verũm, vt ego dicam quod sentio, arbitror Alex. non fuisse in ea re sanè opinionis, nam d. §. idem Pollioni. & alia per eum allegata intelliguntur, quando id quod præsumitur, procedit ex factò, vel animo eius, qui huic præsumptioni inicitur, vt bona fides, de qua is tex. loquitur. quo casu omnino requiritur, vt alleget, sed quando proficiscitur ex factò aut animo alieno, vt in casu nostro, sufficit allegare qualitatem, ex qua infertur id quod præsumitur, per d. §. Lucius. Et ita expressè distinguit Bart. in d. l. cum quid, & ibi quoque alij post eum: & Bald. d. cõf. 295. in fin. & Anto. locis suprà citatis, & idem Alex. sibi contrarius, cõf. 1. col. pen. lib. 5.
- 22 Sed quod dictum est in princ. ignorantiam excusare, intelligendum est sanè procedere in ignorantia iusta, & probabili, nõ autè in affectata, crassa, & supina, quia ista equiparatur scientiæ, ca. eos. de tẽpo. ordi. & c. cũ inhi-

bitio. §. i. de cland. despon. cum si. & per Theologos, in 2. sententiar. dist. 22. & Alex. Ales in 2. parte summæ. q. 129. membro. 7. & in 3. par. quæst. 41. mēbro. 4. art. 2. & Di. Thom. in 1. parte. 2. partis. quæsti. 76. ad. 4. ideoq; voluit glossa not. in ca. vlti. §. vt autem, in verbo, sciēter, de offic. deleg. lib. 6. quod constitutio pœnalis in scienter delinquentes lata, ligat, & ignorantes ignorantia affectata, & non probabili. & ibid. Dominic. dicens hoc esse bene not. & est glo. similis in clem. 1. in verbo, scienter, de confang. & affin. cum quibus similiter transeunt Gul. Laud. & Card. Flor. in 3. quæsti. ibi, & Feli. in d. c. à nobis. col. 1. de excep. & Philip. Franc. in ca. vt animarum, in vlt. no. de constit. lib. 6. & Hippo. Marsil. in l. qui falsam. col. 13. vers. item prædictā conclusionem. ff. de fals. & in l. 1. §. cū m latrones, col. 3. vers. ad prædicta etiam facit. ff. de quæstio.

23 Sed Ioan. Crotus in d. c. animarū, col. 3. vers. vlti. not. allegans solū glo. in d. clem. 1. dubitat de veritate illius, quatuor potissimū in rationibus. Primò quia quod scientia comprehendat ignorantiam affectatam, non est ex proprietate sermonis sed ex quadam extēsiōe, per tex. in d. c. eos, in verbo, seu affectata ignorantia, quod verbum est ampliatiuū præcedentis sermonis. 1. si quis ita legauerit. ff. de auro & arg. lega. sed in materia pœnali non debet fieri extensio de casu ad casum, in quo non versatur omnimoda ratio, nec de casu vero ad fictū. l. pen. & vlt. C. de interdic. matri. etiā si ex larga significatione vocabuli posset ille casus cōprehendi. l. si vxor, in princ. ff. ad leg. Iul. de adult. quā pro sing. allegat Franc. Aret. in ca. per tuas. de proba.

24 Secundò quia affectata ignorantia non æquiparatur scientiæ veræ, sed scientiæ fictæ, per tex. in d. c. cū inhibitio. §. 1. ibi affectatores ignorantia, quod verbum importat fictionem. l. si antequā, iuncta. l. seq. ff. de SC. Sil. la. vbi pœna imposita heredi non vindicanti necem defuncti, non cōprehendit fideicommissarium, qui est hæres fictus. l. si filius. ff. de eo quod certo loc. & ita illum tex. not. Franc. Aret. in l. 1. ff. de vulg. & pupil.

25 Et facit quod not. Bart. in l. vlt. C. vnde vi, quod ea lex puniens occupatē rem alterius non comprehendit occupatē rem hæreditariam, quæ fictè & non verè est alterius. l. 1. §. 1. ff. de rer. diui. iuncta. l. hæres quandoq; ff. de acquir. hæred. Et quod dicit idem Bart. quē sequuntur doct. in l. si quis maior. C. de transac. quod pœna illius legis, quæ imponitur maiori venienti contra iuramentum, non ligat minorem venientem contra iuramentum, quia licet minor iurans reputetur maior, authen. sacramenta puberū. C. si aduer. vendi. hoc tamen est per fictionem, non per veritatem.

26 Et si dicatur, quod quando casus verus, & casus fictus æquiparantur à lege antiqua, tunc etiam constitutio, quæ aliàs est strictè interpretanda, loquens in casu vero, cōprehendit casum fictum, ca. ad audientiā, & c. cū dilectus, & ibi Imol. & Panor. de clerici. non residen. sed scientia, & ignorantia affe-

tia affectata æquiparantur, per dictum capit. eos igitur, &c. Respondetur quod hoc verum est, quando huiusmodi constitutio continet idem, quod ius commune, quod æquiparat illos duos casus, vt declarat Panor. vbi supra.

27 Tertiò, quia minor est ignorantia affectata, quàm scientia. d. ca. cū inhibitio, in verbo, vel saltem affectatores ignorantia, quod verbum denotat diminutionem, capit. pen. de dona. inter vir. et vxor. et ca. causam quæ, et ibi Panor. de elect. Sed dispositio pœnalis non debet extendi de maiori ad minus, vt est text. in d. l. si vxor, in princ. ff. de adult.

28 Quartò, quia ex proprietate sermonis scientia non comprehendit affectatam ignorantiam, vt dictum est, sed quando sumus in materia restringibili, verba quæ possunt capi & largo et stricto modo, debent capi stricto, et non largo modo, cap. Rodolphus, de rescrip. et ibi not. Panor. & l. quod si nepotes, in princ. ff. de testa. tutel. & voluit Matthes. in no. 149. nota quod hoc verbum, in fine.

29 Et hæc quidem: sed & longo antè interuallo, Lucas Pen. quem ipse nō allegat, in l. 1. col. 3. in princ. C. de colo. Illi. lib. 11. constanter scribit minùs puniri ignorantem, quàm scientem, etiam si crassa ignorantia fuerit, & supina, per quædam iura, quæ illic allegat. quæ an illius dictum probent, aliorum sit iudicium.

30 Ego verò vt tandem meum in hac re iudicium interponam, crediderim hanc crassam & supinam ignorantiam puniendam quidē, sed nō tam seuerè quàm scientiam. quoniā huiusmodi ignorantia sufficit ad excusationē doli. l. 1. in fi. ff. si ager. vecti. quā ad id citat Bald. d. cōsi. 98. ego præsuppono. ante fi. lib. 3. Sed affectatam ignorantia quam scilicet sibi asciscit delinquēs, ne deliquisse videatur, grauius aut saltem æquè puniendam esse, atque scientiam, arg. tex. not. in ca. ita fidei. ff. de iur. fis. Quod et cōfirmatur ex eo quod dixi supra in. 6. causa, nu. 10. incipi. de qua re. dum loquor de ebrio, qui se in ebriauit, vt se excusaret à crimine, quod in ebrietate volebat patrare.

Causa decimaquarta.

S V M M A E.

- 1 Delinquens si fuerit in lata culpa, mitius cum illo agendum est, modò dolus absit.
- 2 Punendus corporaliterne sit is, qui volens percutere, Titium, percussit socium. & nu. 4.
Et quid si volens vnum percutere, duos percussit. nume. 3.
- 3 Culpam capitaliter puniri.
- 4 Culpa lata quando æquiparetur dolo & numero. 7.

Decimo-





Decimoquarto, nom solùm si aliquid impru-
denter aut ignoranter admissũ fuerit, sed & si
culpa etiã lata, dolo tamẽ nõ interueniẽte, mi-
tius quoq; agendũ est cũ delinquẽte, vt patet
ex multis, q̄ dicta sunt in præcedenti causa, &
etiã in causa omniũ prima, & est text. in l. 1. §. 1.
& in l. lege. ff. ad leg. Cor. de sic. Et ita cõsultit
Petr. An. cõsi. 283. iure scripto, & cõsuetudine,
in fi. cũ dicit, quòd nõ est corporaliter punien-

duus, qui per latã culpã, sine dolo tamẽ deliquit. Et in hãc sniam dicit Nellus
de sancto Gemini. in tract. bannitorũ, in 2. par. secũdi tẽporis. q. 37. quòd si
stante statuto, quòd bannitus possit impunẽ occidi, aliquis alterũ occidit nõ
bannitũ, eum falsò existimans esse alterũ quẽpiam, qui fuerat bannitus, nõ
debet huiusmodi occisor decapitari, cũm fuerit in culpa tantũm, nõ in do-
lo, sed pro modo culpæ arbitrio iudicis est puniendus.

2 Quãquã cõtra hanc decisionẽ videtur esse tex. expressus in l. cũ q. §. si in-
iuria. ff. de iniur. & in l. scientiã. §. sed etsi defendẽdi. ff. ad leg. Aquil. quarũ
authoritate dicit Bar. in l. respiciendũ. §. delinquent, in fi. ff. de pœn. quòd
si quis cũ vellet percutere Titũ, percussit sociũ, debet puniri corporaliter. li-
cèt idẽ Bar. alibi reliquerit cogitandũ, scilicet in l. si cum seruo. ff. de iniur.

3 Et per tex. in d. §. si iniuria, dicit idem Bar. in l. diuus. ff. ad leg. Cor. de fica.
quòd si quis, dum vellet vnũ duntaxat percutere, duos percussit, debet pu-
niri secundũ rei euentũ, non secundũ animum: & sequitur Ioã. Ana. in ca.
2. col. 16. versi. adde etiã quia Ang. de malef. & Panor. in ca. 1. de cust. euca. tũ
per d. §. si iniuria, tum etiã ne delicta maneãt impunita, tum quoq; quia
in delictis sufficit dolus in genere. allegat Ioan. Ana. in reg. cũm quis, de re-
gu. iur. in Merc. Et hanc sententiã cõfirmat quod scribitur Exodi. 21. quòd
si litigabant duo viri, & percusserunt mulierem prægnantem. &c.

4 Sed Angel. in d. l. si cũ seruo, per illũ tex. reprehẽdit decisi. Bart. quam su-
prã citauimus, dicitq; hunc, qui vnum percutit, putans alium percutere, nõ
debere puniri lege Cornelia, neque iniuriarum, sed pro motu iudicis, pro-
pter culpam, si qua fuit, secus si nulla. & idem tenet ipse Ang. in d. §. delin-
quent, & cõsi. 289. viso factõ col. 1. Floria. in d. §. & si defendẽdi. & Cœpol.
cõsi. 33. multa possent, col. 4. & Iason dicens hanc partẽ in iudicando seruan-
dam, in l. 1. col. 3. in fin. ver. quid autem si volebam. ff. de legi. & in l. si pater
tuus. col. 3. ver. glo. in verbo, auferendũ. C. de here. insti. & ante hos omnes
Bald. cuius tamẽ nõ meminerũt, in l. ait prætor. §. quacũque versi. quòd ad
tertũ. ff. de iure iur. & Signo. Homo. cõsil. 1. statuto ciuitatis Papiæ, vbi con-
sultit de eo, qui cũ rixaretur cũ alio, vxorẽ illius prægnantẽ casu percussit,
ex quo aborta fuerat. Et in eandẽ fermẽ sententiã remigrat idem Homod.

consil. 27.

cõsil. 27. statuto ciuitatis Papiæ cauetur, col. pẽ. vbi cõsultit nõ esse decapitã-
dum eum, qui cũm vellet prohibere ne se canis mordicus prehederet, lapi-
dem in eum proiecit, quo hominẽ interemit, id q; in loco publici itineris.

5 Quid plura? Bar. in dic. l. in lege. ff. de ficar. & in l. 1. §. 1. ff. si quis testa. dicit,
quòd nulla lex est quæ culpã morte puniat, quòd & voluit Bald. cõsi. 109.
qui mortẽ aliter vitare, lib. 4. vbi plus dicit, nusquã reperiri, quòd etiã famã
propter culpã amittamus. Quòd tamen reprehẽdit Ang. in d. l. in lege, &
in d. l. 1. §. 1. si quis test. & in l. plagij. C. ad leg. Flau. de plagij. & in his qui cũ
relo. C. de ficar. & cõsi. 288. viso themate supradictõ, col. vlti. & alijs cõpluri-
bus locis, in quibus multos casus allegat, in quibus quis capitaliter ex sola
culpa punitur, videlicet l. pen. C. de custo. reor. vbi etiã not. Bal. & l. si quis
aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn. & l. omne delictũ. §. qui in acie. & §.
exploratores, vers. sed & caligatus. ff. de re mil. & l. milites, vbi etiã Ang. de
cust. re. & l. 1. vbi idem Ang. C. de priuat. car. & l. vlt. C. ad leg. Iul. de vi. &
l. 1. C. nemi. lice. sig. salua. & l. excipiuntur. ff. de SC. Sill. vbi etiam impubes
negligens punitur capitaliter, qui casus est nõ secundũ ipsum Ang. in d. l.
plagij. alibi autẽ idem Ang. in l. impuberem. ff. de fur. loquens de illo casu.
audi, inquit, seueram sententiã capitalẽ latam cõtra impuberẽ. Sed & tu, vl-
tra Ang. adde aliũ casum, in quo culpa capitaliter punitur. f. in l. 3. §. alio se-
natu cõsulto. ff. ad leg. Cornel. de fica.

6 Propterea Angel. ipse in multis ex dictis locis, quibus eũ citauimus nu-
pced. dicit doct̄inam Barto. tunc solũm procedere, quando ad pœnam
inferendã requiritur dolus, vt videlicet eo casu lata culpa dolo non æqui-
paretur, neque sit quis propter latam culpam ea pœna puniendus, per dic. l.
in lege. & l. si quis id quod. §. doli. ff. de iurisd. omn. iudic. cuius sententiã
ad stipulator est Ioan. Ana. in ca. presbyterum. in. 1. not. de homi.

7 Sed quòd ad hoc caput pertinet, illud certũ est, quòd vbi noiatim dolus
punitur, lata culpa nõ æquiparatur dolo. Ita voluit gl. in d. l. in lege. ff. ad le-
gẽ. Cor. de fica. & in l. 1. §. si quis. ff. ne vis fiat. & in l. magna. ff. de verb. sig.
& Bar. in l. quod Nerua. col. 7. ver. illos enim tres. in. 2. lec. ff. depo. & in l. 1.
in prin. ff. de legi. vbi dicit quòd in maleficijs lata culpa dolo nõ æqui-
paratur: et Bal. cõsi. 4. 277. in causa Guliel. lib. 5. & Pan. cõsi. 4. facti cõtingetia, quẽ
dam mulier, lib. 1. vbi hoc quoq; dicit procedere, cũ agitur de pœna pecu-
niaria, & cõsi. 68. in Christi nomine amẽ, videtur primò, col. 2. versi. sed his
non obstãtibz, eo lib. 1. vbi hoc dicit probari in d. l. 1. §. si quis. ff. ne vis fiat,
& in l. 2. §. hæc actio. ff. vi bon. rap. & in ca. si quis suadente. 12. q. 4. iuncto
ca. si verò. huius initij. 2. de senten. excõ. De qua re abundãter videre licet a-
pud canonistas, maximẽ recentiores in c. 2. de cõstit. & latè per Hippo. Mar-
sil. in d. l. in lege. post princ. ff. de fica. et in sing. 276. voluntas. & per Iason. in
l. si pater tuus, col. 2. versi. Berta rixans cum Scio. C. de hæredi. insti.

Causa



Causa decimaquinta.

S V M M A E.

- 1 *Pœna minuenda in minore vel leui quopiam dolo.*
 2 *Præsumptio delicti quibus modis mitiganda.*



Decimoquintò, in dolo quoq; iudex debet pœnam minuere si fuit minor, aut leuis quispiam dolo, vt apertè sentit Bal. in. l. & si feuerior. colum. 2. ver. ex prædictis videtur concludendū, & ibi etiam Sali. ex quib. cau. infra. irro. & Alexan. cōsi. 144. post redditum primum consiliū, ante si. libr. 2. & consil. 160. visis narratis. col. vlt. versi. confirmo etiam prædicta. lib. 7. vbi hoc re putat not. & Franc. Aret. cōsil. 80. sicut decet. col. 3. versi. cōfirmantur prædicta, vbi & ad hoc allegat tex. in. l. vbi, in fi. C. de fals. & nouissimè Ludo. Bolo. cōsil. 37. licet aliàs in præsentī causa consulerim, col. 4. versi. plus dico.

- Propterea subdit Franc. Aret. vbi supra, quòd vbi quis punitur ex dolo præsumpto, si tamen ipsa doli præsumptio habeat multa aduersantia, quæ eam præsumptionem, siue probationem, quæ extat de præsumptione doli, attenuent, est iusta causa mitigandi pœnam, quæ ex ipso dolo præsumpto infligitur: verbi gratia, quispiam homicidium perpetravit, fuitq; præsumptiuè probatus occidendi animus, sunt tamen quæ faciunt, vt huiusmodi præsumptio non sit vsquequaque euidentis, quin aliquantulum dubia reddatur, & non tam certa, quàm si non adessent, putà consanguinitas, amicitia, bona conuersatio præcedens, modus, & causa offendendi, hoc certè est iusta causa minuendi pœnam arbitrio iudicis. ita dicit probare tex. no. in l. omnis. in princ. ff. de re milit. & optimè facere. l. 3. §. is qui ad hostem, eod. titu. versi. sed improviso. ff. eod. tit. Et hanc quoq; cōclusionem firmare dicit Nico. Mathe. cumque sequi Bald. in l. si fugitiui. C. de seru. fug. & hoc se credere esse verum, sicut euangeliū, & id certè credo verissimum: licet Nicol. Math. & Bald. vbi supra, id non adeò specialiter dicant.

Causa Decimasexta.

S V M M A E.

- 1 *Pœnam possitne minuere iudex ratione amicitie, quæ illi intercessit cū eo, qui deliquit & nume. 2. disting. nume. 4.*

Papæ

- 3 *Papæ & Principi tantūne liceat pœnam vel minuere vel remittere ob amicitiam sibi iunctam cum delinquente.*
 5 *Intellectus ad cap. penult. de Iudæis.*



DECIMOSEXTO, potest iudex ratione amicitie, quæ illi est cum eo qui deliquit, pœnā minuere, vt videtur probare tex. in cap. nisi, in princ. de offic. deleg. vbi Papa cuiuspiam pœnā peccati remisit ratione specialis dilectionis, vt illic dicitur. Et quòd iudex id quoque possit, not. ibi per eum tex. glo. Inno. & Bald. qui eā glo. dicit ad hoc not. dignā, & limitat procedere in his solū, in quibus iudex habet arbitriū,

& Anto. Butri. ibi.

- Et hoc sequi videtur Ioan. Fab. dum eam glo. simpliciter allegat, in l. et si feuerior. C. ex quibus caus. infra. irro. & Ias. in l. in princ. col. vltim. in fi. ff. si quis ius dicen. non obtemp. vbi illam glo. allegat pro not. sed eam facit singular. Roma. in repet. l. si verò. §. de viro. in 25. fal. ff. solu. matri. vbi tamen reprobatur, & Barb. in repet. c. Raynaldus. col. 17. versi. & idem dicas in principe, de testa. vbi intelligit sicuti postea dicemus, & in repet. l. cum acutissimi, col. 12. versi. et si verbis. C. de fideicō. vbi eam simpliciter allegat. & Petrus Ra. in suo alpha. in verbo, amicus.
- Sed & illum tex. not. Lucas de Pen. in l. 1. col. 10. versi. itē quia ratione amicitie. C. de deser. libro. 12. vbi tamen clanculum hoc reprobatur, vt etiam Barb. nuncupatim eam glo. carpens in di. cap. Raynaldus. quo loco nuper citauimus, intelligit illum tex. procedere in Papa tantū, de quo & ille textus loquitur: Latam enim esse differentiam inter principem, & simplicem iudicem, quia ille dominus, iste seruus, & minister legum. §. oportet, in authen. de iud. Nec mirandum si Papa, aut Princeps possit ob amicitiam pœnam remittere, cum & aliàs omnes pœnæ sint in eius arbitrio constitutæ, l. 1. C. de sum. trin. & not. per Barto. in l. rescripta. C. de precib. imper. offer. Hæc fermè Barba.
- Cæterum Ioan. Ana. in ca. pen. col. 1. versi. no. decisam. de Iudæis, de hac ipsa re loquens, dicit solere distingui, vtrum pœna sit arbitraria, an non: vtrum concernat vindictam, an non: vtrum huiusmodi remissio tendat in graue præiudicium aduersarij, an nō: vtrum denique fiat à principe, an ab inferiore. Et ego certè satius ducerem nullum esse in his locum amicitie, si intersit Reipub. aut priuati cuiuspiam, vel testimonio Cæsaris in ea elegantissima oratione, quam habuit apud Salustium, in Catilina. Cuius id exordium est: Omnes homines, qui de rebus dubijs cōsultant, ab odio, amicitia, ira,

F tia, ira,

tia, ira, atq; misericordia vacuos esse decet. De quo & nos amplissimè dicemus infra in. 51. causa, nume. 62. incip. At hoc ipsum, & seq.

- 5 Quid, quod nōnulli intelligunt dict. ca. nisi, procedere in amicitia, quæ orta est ex virtutibus delinquentis? & inter cæteros Panor. cuius autoritas apud omnes magna est, in eo ipso ca. in. 1. not. Neque enim (inquit) alia amicitia consideranda est, cū scriptum sit, Non erit apud te acceptio personarum, Deutero. 1. cap. quod et repetitur in cap. nouit. de iudic. propter merita autem (vt subdit) præcedentia potest minui pœna delicti, iuxta illud psalm. 36. Si ceciderit iustus, non collidetur: quia Dominus supponet manum suam. De quo (inquit) dic, vt latius habetur per Ioan. And. in ca. accusatus. de hæreti. libr. 6. post Diuum Thomam. 2. 2. q. 86. Et ita quoq; cū tex. intelligit Barb. in l. Titius col. 19. ff. de verbo. oblig. Sed hoc pertinet ad causam. 51. de qua inferiùs tractabimus.

Causa decimasextima.

S V M M A E.

- 1 Iudex an possit minuere pœnam nomine eius, qui pro delincente intercedit. Et de Ptolemæo, qui amore Galatæ, condemnatis ad supplicium pepercit.
2 Venia quando detur intercessoris causa & nomine.



DECIMASEPTIMO, si verum est quod in princ. præcedentis capituli dictum est, certè et illud possumus dicere, non solum ratione amicitia, quam iudex habet cum eo qui delinquit, sed et cum alio, qui pro delincente intercedit, clementiùs cum eo agi posse, per tex. à paucis ad hoc annotatum in cap. clericos. 50. distinct. in illis verbis, pro amore Dei et tuo. et textus in cap. veniam. 33. quæstio. 9. ibi, tam bonis quam charis. quem et ipsum ponderat Barba. in di. ca. Raynaldus. Et hoc quoq; probari potest exèplo externo. Aelianus enim omnifariæ historiæ libro. 1. ca. 30. scribit Ptolemæum regem amore Galatæ supplicantis pro quibusdam ad supplicium condemnatis, id ipsum remisisse.

- 2 Sed profectò illi tex. iuris canonici loquuntur etiã in summo Pontifice. Proinde videant studiosi, an id quoque in cæteris obtineat. Sed tu tamè interim vide tex. in summo Pontifice non loquentem, in ca. miror. 17. q. 4. cū ibi dicitur, Tuus si de tuo amico præsumeret fugitiuus, posset proculdubio intercessoris causa veniam promereri.

Causa

Causa decimoctava,

S V M M A E.

- 1 Pater si filium iudici obtulerit puniendum, mitius est cum eo agendum. Et super his Cæpola iudicium. nume. 2.
2 Patris summa in filium crudelitas & immanitas, qui filium suum reuinctis manibus, iudicibus plectendum obrudis. Et vterque eorum ad Artaxerxem adducitur.



DECIMOCTAVO, si pater filium qui crimen etiam capitale commisit, iudici obtulerit, remissiùs est puniendus filius, ne videatur pater ad supplicium filium obtulisse, text. elegans in l. milites agrum. §. desertorè. & ibi glo. ff. de re milit. & per illum tex. Ray. Forliui. homicidam quendam, qui à patre captus fuerat, & ad iudicem ductus, liberauit à morte, sicut etiam retulit Sali. in l. propter insidias. C. qui ac-

cus. non poss. vbi etiam Paul. Cast. dicit se in eam sententiã aliquando consuluisse, de filio quem reum maiestatis pater imperatori obtulerat, cuius viso cõsilio lectoq; eo text. quem Paul. in id citauerat, imperator non vltimo supplicio delinquentem puniuit, sed tantum decennio relegauit, sicuti refert Cæpola cautela. 1. qui hoc dicit singulariter menti tenendum, & Felin. in ca. accusasti, paulò post medium, de accusat. vbi & illum tex. pro singu. allegat. & Hippo. de Marsil. in l. inauditum. col. 2. versi. modò vlteriùs. ff. de ficar. & in l. 1. §. ad quæstionem. col. 6. versi. vlteriùs nota. ff. de quæst. in quibus locis illum quoque tex. ad hoc dicit sing.

- 2 Miror tamen Cæpol. Feli. & Hippo. retulisse Paul. Cast. hoc scripsisse super eam l. propter insidias. cū in eam, at ne in totum quidè lib. 9. C. quidpiam scripserit Paul. Quocunque tamen res se modo habeat, hoc idem voluit per illum tex. Feli. ipse in ca. quærenti. col. 3. versi. tertius est quãdo, de offic. deleg. ipse quoq; Hippo. in l. vnus. §. nec si. ad fi. ff. de quæst. vbi etiam illum tex. in d. §. desertorem. dicit sing. & in l. diuus. col. 2. versi. quod ego intelligo. ff. de parric. & Iaso. in l. 1. col. 2. versi. limita istud nō procedere. C. de his quib. vt indig. & facit etiam tex. in l. qui cū vno. §. qui filiū. ff. eod. tit. de re mili. quem etiam ad hoc citat glo. in d. §. desertorem, & Cæpo. d. caut. 1.
3 Hic etiam in memoriam reducit historiam ab Aeliano, libr. omnifariæ historiæ. 1. cap. 34. eodemque vltim. Homo quidam genere Mardus, nomine Rhacones, filium habebat nomine Cartonera, qui Magos & sapiètes multis damnis affligebat. Primum igitur pater cum instituere, erudire & ver-

F 2 bis re-

bis reducere in viam tentabat. verum cum ille non admitteret disciplinam, & quodam tempore vicini iudices eò venirent, ubi sedes suas habebat adolescentis pater, ille comprehensum filium, & manibus in tergum reuinctis, ad iudices adduxit: ibi, quæcunque vnquam per audaciam deliquisset, cum accusatione commemorauit: & à iudicibus postulauit, vt adolescentem ad mortem raperent. At illi animis consternati, suis sententijs eum condènare noluerunt: sed vtrunque ad regem Persarum Artaxerxem adduxerunt. Mardo verò semper instante, & eodem contendente, excipies rex, ait: Potisne es etiam ferre, vt filius in tuo conspectu vita priuetur? Qui respondit. Maximè: quoniam cum in horto nascentium lactucarum furculos amaros defringo, & amputo: tantum abest vt dolorem ex eo mater ipsorum lactuca patiat, vt etiam magis efflorescat, item magnitudine & dulcedine plus augeatur. Ad eundem modum, ego, o rex, cum videro eum qui meam familiam lædit, & vitæ fratrum officit, obstatque, vitam amittere, & à suis in ipsos iniurijs prohiberi, etiam ipse amplificabor: & reliquos mei generis similiter mecum prosperam fortunam agere conspiciam. Quibus auditis Artaxerxes Rhaconem collaudauit, & in collegium regionum iudicum cooptauit, his verbis præsentibus allocutus: Qui tam seuerè & iuste de proprijs liberis sententiam audet pronuntiare, omnino etiam in alienis criminibus incorruptum & syncerum iudicem se præstabit. adolescentem verò præsentem culpa liberauit, grauissimam mortem interminatus, si prætor antecedentia peccata in posterum simili in crimine deprensus fuisset.

Causa decimanona.

S V M M A E.

- 1 *Filius si patrem puniendum offerat, mitius cum patre agendum.*



DECIMONONO, Non solum si pater filium offerat, sed & è diuerso, si filius patrem item quoque quod diximus in præcedenti capite, agendum est, per id quod notabiliter dicit Angel. in l. si adulterium cum incestu. §. liberto. in fin. ff. de adult. quod si filius patrem bannitum capiat, & ad magistratum ducat, debet patri vita concedi, propter filium qui illum præsentauit, per text. in d. §. desertorem. quod dictum sequitur dicitque notandum Hippo. in d. l. inauditum. & d. §. ad questionem, quibus locis citauimus in proximo cap. 8.

Causa

Causa vigesima.

S V M M A E.

- 1 *Filius si patrem accuset, & plectendum obtrudat, cum illo est mitius agendum.*
- 2 *Bannitum, & quidem consanguineum receptans, contra statutum, mitius punitur. Limit. nume. 5.*
- 3 *Militi, qui militiam deseruit ad tempus, ob affectionem parentum & affinium, parcitur.*
- 4 *Falsum committens, vt patris honorem tueretur, mitius est puniendus.*
- 6 *Statutum licet permittat bannitum impunè occidere: filius tamen patrem bannitum occidere non potest. Contrariam opinionem vide nume. 7.*
- 8 *Intellectus ad authent. hæc inter liberos. C. de testament.*
- 9 *Banniti qui se ad hostes recipiunt, non perdunt ea que sunt communia iuris gentium. Et quid in violatore pacis. nume. 10.*
- 11 *Filius non tenetur alere patrem, qui pugnavit contra patriam.*
- 12 *Filios naturales, & legitimos non differre, quomodo sit accipiendam.*



VIGESIMO, Cum quis vt consulat consanguineo, vel affini, pietate motus quidpiam legibus prohibitum admiserit, clementius est puniendus, tex. est aureis literis scribendus in l. 2. ff. de recep. vbi scribitur, non seuerè admodum puniendos, qui cognatos, vel affines apud se receptauerunt: non enim par esse eorum delictum, & eorum qui nihil ad se pertinentes latrones recipiunt, & illum tex. not. glo. Cyn. & Ioan. Fab. in l. 1. C. de his qui latro. vel alijs crimi. re. occul. & glo. in ca. Felicis. post princ. in verbo, receptauerit. de pœn. lib. 6. & glo. in §. cõuenticulas versi. receptatoribus. in verbo, feriendis. titu. de pact. iur. firmi. & glo. Zenze. in extrauag. Ioan. incip. ad nostri apostolatus. in verbo, receptauit, titu. de priuil. & Albert. de Gan. in tract. maleficiorum, tit. de furibus, & latro. col. 7. ibi, præterea, si scientes. & iterum col. 8. versi. verum cum sit frater, & Lucas de Pen. in l. si apparitor. col. 9. versi. item persona alterius. C. de cohar. libro. 12. & Angel. Aret. in tractat. malefic. in verbo, dicto maleficio semper astitit. col. 4. versi. quod si recepit.

2 Et per illum dicit Bar. super eum ipsum, & ibi post eum Alexã. in ipsius addit. quod mitius punitur, qui cõtra statutum receptauit bannitum consanguineum. Quod & idem dicit Bald. in d. l. 1. C. de his, qui latr. & Albe. in vltima parte statutorum, quæst. 7. incip. sed nũquid filius, versi. sed quod non & And. Iser. Iac. Bel. & Matth. Afflict. in d. §. receptatoribus, idem Andr. & Matth. in cõst. Siciliæ, incip. Paeterenorum, & Ioan. Ana. in ca. 2. col. 5. ver. pone quod statuto cauetur, de delic. puc. & Nellus de Sanct. Gemi. in tracta.

F 3 banni-

bannitorū. in 3. part. quæst. 21. & Domi. in d. c. felicis, & Ioā. Plat. in l. vlt. C. de fabri. lib. 11. & in l. 1. C. de deser. lib. 12. et Rom. in l. 1. col. 4. versi. item inducit scilicet. ff. in ius voc. vt eant. & in repe. l. si verò. §. de viro. in 17. fal. ff. sol. matr. vbi allegat illū tex. pro not. & Alex. cōsil. 144. post redditū. in fin. lib. 2. & Feli. in c. literas. col. pen. de præsump. & in c. cū quidā. col. pe. de iureiu.

- 3 Et huc quoq̄ pertinet tex. in l. qui cum vno. §. vlt. ff. de re milit. vbi datur venia militi, qui ob affectionem parentum, & affinium ad tempus militiā deseruit, licet aliās grauisimè esset puniendus. Et tex. in cap. 2. de aposta. vbi mitiūs quoque punitur, qui vt fratri salutem cōpararet, baptismū iterauit. & quod voluit gloss. in cap. peruenit. 1. quæst. 3. non tantum peccare, qui dat cōsanguineis, quod dare non debet, quā qui extraneis. Et quod in pulchro casu consuluit Bald. cōsil. 34. casus est talis. Guid. in fi. lib. 1. cum quidē esse leuiūs puniendum, qui pietate in fratre motus, ipsius fratris tractatum de prodicione non reuelauit: ad quod tamen nihil allegat.
- 4 Et quod item respondit Paul. Cast. cōsi. 371. præmittendum est ad euidētiam. col. vlt. lib. 1. notarium, qui vt honorē patris tutaretur, falsum cōmisit, mitiūs esse puniendum, vt qui magis affectione sanguinis, ac pietate paterna, quā dolo ductus est, per multa quæ ibi allegat. Nec hinc lōgè abest, quod Tullius Philippica. 5. contendit, duobus Cn. Pompeij summi & singularis viri filijs pietatem fraudi esse non debere, quoniam videlicet cōtra Cæsarem paterna pietate ducti, arma sumpserunt.
- 5 Sed illud, quod diximus receptantem bannitum cōsanguineum mitiūs puniendum, existimant plerique ita limitandum, vt non procedat in receptante bannitum hostem publicum, & condemnatum de rebellione contra principem. Cuius sententiæ fuerunt Bar. in d. l. 2. de recep. Andr. Iser. in d. §. receptatoribus. & Matthæ. Afflic. in d. constit. Paeterenorum. ea ratione ducti, quoniam hostis publicus, et rebellis perdit cognationem, et agnationem, sicuti & ciuitatem. l. postliminium. §. filiusfam. ff. de capt.
- 6 Propterea, licet statuto permittente bannitum impunè occidere, nō possit tamen filius patrem bannitum occidere, vt voluerūt Dy. Bar. & Angel. in l. si adulterium cum incestu. §. liberto, per illum text. ff. de adulte. Ac ne frater quidem fratrem bannitū, vt voluit Nellus in d. tracta. bannitorū in 2. parte. 2. temporis, quæst. 53. incip. quæritur, duos ciues. vbi refert ita tenuisse Aegidium in quadā disputatione, quod pro valde not. sequitur Cæpo. cōsil. 5. casus talis est. col. 4. versi. sextò pro hoc, possunt tamen & filius, & frater impunè interimere parentem, fratremque bannitum, hostem ciuitatis: vt dicit ipse Bar. in d. §. liberto. per tex. in d. §. filius. & l. minimè. ff. de relig. & sump. fun. vbi & hoc quoque voluit Barto.
- 7 Sunt tamen & qui indiscriminatim senserunt posse filium patrem bannitum occidere ex forma statuti, & contra quos videre poteris (ne hic latius

tiūs vagemur) apud Iaso. in l. omnes populi. in 2. lec. col. 11. ver. tertio aduerte. ff. de iusti. & iur. Quibus adde Paul. Cast. ab eo non memoratū, cōf. 426. quòd isti officiales, in princ. lib. 1. et Panor. cōsi. 108. placet mihi sententia, circa medium, lib. 1.

Verum pedibus non statim eundum in illam Bart. Andr. Iser. et Matthæ. sententiam censuerim, cū dicit. l. 2. de recept. videatur considerasse naturalē consanguinitatis affectionem, quæ nos monet, ac veluti vrget, atq̄ impellit, inuitosque propemodum eò trahit, vt consanguineorum salutē, id est nostro sanguini consulamus: quam quidem affectionem propterea non amittimus, quòd leges ipsæ ciuiles consanguinitatis effectus tollunt ob delictum. Nec enim desinit esse naturaliter cognatus, et cōsanguineus, hostis ipse publicus, cū ea sanguinis qualitas nullo pacto aboleri, nulloq̄ iure dirimi possit, vt omnibus perspicuum est, et leges proclamant. in l. ius autē ff. de pact. et iura sanguinis. ff. de reg. iur.

- 8 Qua ratione motus Rom. cōsi. 179. amplissime doctor. col. 5. versi. nō refragatur secunda ratio, notabiliter cōsuluit, authen. hoc inter liberos. C. de testa. habere locū inter liberos etiam nō successibiles: licet enim sublatū sit ius successionis ciuilis, non tamen est sublatū ius cōiunctionis naturalis illic cōsideratum, quod nulla dispositione tolli potest, per dicta iura.
- 9 Quin ipse Bar. in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi. dicit quòd hi banniti, qui se ad hostes conferunt, ideoque et ipsi pro hostibus habentur, iuxta l. hostes. ff. de capti. et postli. reuer. et l. 3. in fin. ff. de ficar. perdunt ea quæ sunt iuris ciuilis, non tamen ea quæ sunt iuris gentium cōmunia, videlicet omnibus gentibus, per l. quidam sunt. in fi. ff. de pœn. et idem quoque voluit ipse Bar. in sua disputatione incip. Lucanę ciuitatis. col. 7. versi. restat videre quæ perdat. et ex recentioribus Iason in l. de pupillo. §. si in pluribus. col. vlt. ff. de oper. no. nunt. vbi et ad hoc ponderat tex. in l. si mandaucro tibi. §. is cuius. ff. manda. Et bene facit quod pulchrè voluit Bald. cōsi. 54. incip. statuto terræ Nursiæ, libr. 5. quòd banniti affectionem naturalem retinent, nam natura communis est omnibus, l. hos accusare. §. vltimo. ff. de accusat. ideoque in pulchro casu illic cōsuluit, statutum considerans naturalem consanguineorum affectionem, habere locum in bannitis.
- 10 Ideoque cogita: Neq̄ enim etiam ausim pertinaciter refragari sententiæ Bald. legum clarissimi omnium interpretis, vt interim cæteros eiusdē sententiæ prætermittam, præsertim cū in leuiori casu Bald. alter iuris prudentiæ oculus, in d. §. receptatoribus, quem legit sub. §. conuenticulas. col. 1. videatur restringere d. l. 2. de recept. vt videlicet non procedat in violatore pacis. quem sequitur Alex. in additionibus ad Bart. in dict. l. 2. et Matth. Afflic. vbi suprā.
- 11 Et pro opin. Bar. et aliorum optimè facit, quòd licet filius teneatur alere patrē

patrem bannitum, vt dicit ipse Bar. in l. si quis à liberis. §. sed vtrum. ff. de liber. agnosc. per tex. iuncta glo. in §. si verò cõtigerit, in auth. de incest. nup. & in l. mutus. §. manente. ff. de iur. dot. Hoc tamen fallit in eo, qui esset bannitus, ob id quòd fuisset contra patriam, vt dicit Alex. in addit. Bart. in d. §. sed vtrum, per d. l. minimè, iuncta l. necessariò. ff. de religio. Sed & multi tenent indistinètè filium nò teneri, nec debere alere patrem bannitum, videlicet Bald. in cap. i. in princ. tit. de pact. const. per tex. in verbo, ponderauit, & in l. si quis. C. de incest. nup. & Aluar. in cap. i. §. si verò pacis, per illum tex. tit. de pac. tenen. vbi & per hoc no. quòd quis priuatur debito iure natura, propter bannū. Sed vtcunque, licèt potior sit causa patriæ, quàm parentum: vt satis declarat d. l. minimè, non possum tamen mihi aliter persuadere, quã vt non sit eius tam graue delictum, nec adeò grauiter puniendū, qui patrem quacunque ex causa bannitum neci subtraxit, modò ne id faciens patriam ipsam subuerteret.

- 12 Ceterum quæ supra diximus, intellige habere locū & procedere nò solum in parentibus, liberis, & alijs cõsanguineis legitimis & naturalibus simul, sed & in naturalibus tantum, erga quos parem affectionē & amicitiam habemus, ac in legitimos & naturales. Neq; enim natura differētiā facit inter vtrosque. §. si verò non habens. in authen. quibus modis naturales efficiantur legitimi. & §. si quis ergo filius. in authen. quibus modis naturales efficiantur sui. Nam & affectio & voluntas cõsideratur ex iure naturali, nò ciuili. l. hos accusare. §. in omnibus. ff. de accusation. & huc quoque spectat lex, adoptiuus. §. seruiles. versic. vnde nec vulgo. ff. de ritu nuptiarum. Cuius autoritate Petrus Anchara. consilio. 225. Videtur prima facie. columna penultima, dicit, quòd proles naturalis habetur pro legitima, quo ad fœdus naturale. Et quod scribit Baldus in capit. quæ in ecclesiarū. columna vltima. de constitutionibus. quòd filius illegitimus communis est amore & natura: per dictum. §. in omnibus. Et quod idem Bald. in lege prima, columna quinta, versiculo. Expedita est. C. vnde vi. tradit, quod vt quis potest se defendere, ita & filium, siue legitimum, siue illegitimum: quia natura communis est, per dictum. §. in omnibus. Nec (vt subdit) constitutio naturam immutare potest, aut coarctare stimulos naturales. l. amicissimos. §. Lucius. ff. de excusatione tutorum. Et facit (inquit) l. 2. & tertia. ff. de liberali causa. Sed & idem econtrariò, vt filius possit defendere patrem naturalem, vt seipsum: quemadmodum idem Baldus in l. cum acutissimi. columna secunda. versiculo, quæro quid si statutum. C. de fideicommiss. per dictum. §. in omnibus. Ob idque dicit puniri, vt parricidam, qui occidit patrem, aut filium naturalem. Quod & ipsum dixerat idem Bald. Barto. & ceteri post eos, in l. parentes. ff. de in ius vocando. vbi ipse Bald. dicit singularem textum, in dict. §. in omnibus. Et præterea idem

idem Bald. in l. ius ciuile. colum. 2. versicu. & illa faciunt. de iustitia & iure. & in l. cum acutissimi. colum. 2. versicu. quæro, quid si statutum. C. ff. de fideicommiss. & in l. quisquis. column. 2. versu. præterea de spurio. C. ad legem Iuliam maiestatis. & in capitu. naturalis. columna vltima. titulo, si de feud. fuerit controuersia. Et consilio. 457. ad euentiam. colum. 2. versicu. præterea sicut patri. libro quinto. Imola in l. Lucius. §. vltimo. ff. de legatis. 2. & in l. ex facto. §. si quis rogatus. & ibi quoque recentiores ff. ad Senatusconsultum Trebellianum.

- 12 Et huc quoque pertinet l. vxorem. §. codicillis. in fine. ff. de legatis tertio vbi pietas, quæ propriè parentum & filiorum est, vt dicemus infra, eadem quoque dicitur de naturalibus. Et dicit. l. parentes. ff. de in ius vocando. vt filius naturalis non potest vocare in ius patrem sine venia, quia vt ibi dicitur, vna omnibus seruanda est reuerentia. Ex quo Gulielmus Cuneus, Bal. & Angel. & omnes propè dicunt, nihil interesse inter filiū merè naturalem & legitimum in his, quæ meram naturam tangunt: cuiusmodi est reuerentia & affectus naturalis. Id quod denique voluit Bald. in l. 1. colum. 14. versicu. pone, filius. C. de confess. quòd sicut pater legitimus & naturalis potest reuocare confessionem criminis de filio factam, & probare contrarium, per multa iura, quæ illic allegat: ita & pater merè naturalis, cum natura sit cõmunis, per dictū. §. in omnibus.
- 13 Et huc quoque facit quod scribit idem Bald. consilio. 266. ad euentiam præmitt. colum. 3. versicu. præterea, sicut patri. libro tertio. Vt tamen non prætermittam sæpe accidisse, vt parentes vehementius amarent suos filios naturales, & illegitimos, quàm legitimos. Quod & Pelopem & Hebiū fecisse tradit Plutarchus Parallelorum capite sexagesimosecundo, & sequent. autoritate Dosithei in Pelopidarum libr. in libro tertio rerum Italicarum.

Causa vigesimaprima.

S V M M A E.

- 1 *Pœne aut omnino remittendæ aut certè minuendæ his qui compatres receptauerunt & defenderunt.*
Quid de commatre.
Quid de filio spirituali.
Quid idem de alijs spirituali vinculo iunctis.
Et quid, si contra leges, statuta, & consuetudines id fiat.
- 2 *Pater spiritualis amandus non secus, quàm carnalis.*
Patrem spiritualem occidens vs puniatur.
- 3 *Filius vt non potest vocare in ius patrem aut matrem naturalem, sine venia, ita nec patrem nec matrem spiritualem.*

Patrem

- 4 *Patrem naturalem non potest quis furti actione cōuenire: cum reuerentia actionē excludat.*
 5 *Iudex vel hoc ipso recusari potest quòd sit compater, siue pater, aut filius spiritualis partis aduerse.*
Limit.
In quo mos patriæ considerandus.
 6 *Pater spiritualis ansit idoneus testis. In vtrinq; partem copiosissime. l. c. nu. 7.*
 8 *Pater spiritualis non omnino repellendus à testimonio ferendo, sed eius fides non est vsquequaque integra.*
Compatres non sunt testes omni exceptione maiores.
 9 *Patres spirituales tenentur alere filios, quos ex sacro fonte susceperunt.*
Actio honoraria prodita contra compatres.
 10 *Patres spirituales non possunt conueniri, nisi in quantum facere possunt.*
 11 *Mulier potest accusare occisorem sui compatris, vt alias suorum iniuriam prosequi.*
 12 *Compatrem, patresque ac filios naturales receptans, mitius puniendus, cum ad id affectione ducatur.*



VIGESIMOPRIMO, non temerè contenderim id quod diximus non solum in consanguineis naturalibus, & (vt vulgò loquimur) carnalibus obtinere, sed & in patribus, matribus, & filiis spiritualibus, quos vulgò paternos, maternas, & filios vocamus, atque in eis quos compatres, & commatres etiam vulgò appellamus, alijsque huiusmodi spirituali vinculo iunctis. Qua in sententia fuit Paulus Castr. consilio ducentesimo vigesimonono, viso supra scripto puncto & contentis in eo, columna quarta, versic. & confirmantur prædicta, libro primo. dum dicit quòd sicut ei parcitur, qui recepit bannitum cognatum, per legem. 2. ff. de recep. & dictum est in præcedenti causa: ita & ei qui compatrem recepit, eademque vt dicit ratione vt etiam (inquit) qui promisit quempiam defendere aduersus omnes, non intelligitur promittere aduersus compatrem, sicut nec aduersus se, & suos, per no. in capit. petitio, de iureiur. cum si. In qua re multa hic repetenda ducimus, quæ & nos quoque diximus in nostris commentarijs. in. l. si vnquam, in versic. susceperit liberos, vt potè & hic admodum necessaria.

Primum, quod, vt scribitur in cap. 1. 30. quæ est. tertia, ita debet diligere homo eum, qui ipsum de sacro fonte suscepit, sicut patrem. Quin & glosa in capit. sequenti, incipiente, Pyetacium. in verbo, multo magis, dicit argumento illius textus, patrem spirituale esse magis diligendum quàm carnalem: nec huic rei obesse quod capit. superiori dicitur. æquè esse diligendum. Non enim propterea tollit, quin plus diligi debeat. Subditq; paulò post

- lò post, plus deferendū esse patri spirituali, in exhibitione reuerentiæ, quàm ipsi carnali. Et illam glossam dicit singularem Barbatias, in lege secūda, columna. 7. ff. de verborū obligatio. & in repetitione leg. cum acutissimi. colū. 116. versicu. & ad hoc allego. C. de fideicommiss. Quanquam & huic similis est alia singularis glossa, in ca. qui dormierit, vigesima septima quæstione secunda, inquiens affinitatem spirituale maiorem & superiore esse quàm carnalem. Ideoq; & alibi glos. in cap. aut facta. in verbo, Parentem. de pœnitentia, distinctione prima, dicit per textum in dict. capitu. Pyetacium. non minùs esse puniendum, qui occidit patrem spirituale, quàm qui carnalem. Quam quidem glossam singularem sequitur Alexander in additionibus ad Bartolum in leg. diuus. & eodem etiam accedit Hippolytus Marsil. in fine. ff. de parricid.
- 3 Hinc ex sententiâ multorum, maximi in legibus nominis, quæ admodum filius non potest in ius vocare patrem aut matrem naturalem sine venia, ita nec patrem aut matrem spirituale. Huius opinionis fuerunt celeberrimi Iureconfulti, Gulielmus Cuneus, Baldus & Angel. Paulus Castrensis, Romanus, Alexander & Iason in leg. generaliter. ff. de in ius vocando. Angel. & Fulgosius in l. adoptium. per illum singularem textum. ff. eodem titulo. Alexander in lege prima, in principio. C. eodem titulo. Angelus Aretin. in. §. pœnales. columna quarta, versiculo, ex quo infertur. & capit. ibi Iason col. 10. vers. nunquid ergo. & Zafius col. 2. & Ludo. Gomes col. 11. vers. & omnia prædicta, Instit. de actio. & Bened. in repet. capit. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. in. 1. glo. nume. 765. Paris à Puteo in tracta. Syndicatus, in verbo, suspicio. col. vlt.
- 4 Quauis Ioan. Fab. in dict. §. pœnales. vers. & in eum, in princip. dicit non esse necessariam veniæ petitionem, cum non reperitur iure cautum, curialibus tamen (vt ipse loquitur) esse, vt petatur: sed & quod nõ requiratur veniæ petitio, tenuit Roma. sibi contrarius in l. sed si hac. §. prætor ait. ff. de in ius voc. Sed prima opin. cōmunior est, & verior: quam & confirmat, quod scribit Bald. in cap. 1. §. vlt. colum. 4. vers. dubitatur tandem, titu. de prohi. feud. alie. per Feder. quòd cum reuerentia actionem furti excludat, ideo non possit propterea quis patrem spirituale actione furti conuenire, argu. l. non debet. ff. de dolo.
- 5 Quadrat & superioribus, quod plerique non contemnendæ autoritatis viri scripserunt, posse recusari iudicem compatrem, siue patrem, aut filium spirituale partis aduersæ. Nam id voluit Specul. titu. de appel. §. nūc dicamus. vers. circa hoc autem. in. 2. parte, & sentit in tit. de relat. §. qualiter: in tertia forma, incip. sanctissimo, & c. nouerit sanctitas vestra, & c. & Ioan. Andr. qui id tamen dubium esse dicit in ca. Romana. §. quod si obijciatur, et ibi Domi. columna pen. vers. in fine. gloss. et ex primo. de appel. lib. 6. et in cap.

in cap. cùm speciali, super 4. glo. & ibi etiam Imo. col. 5. versi. & not. quòd vt etiam, Panor. col. 2. versi. & pone exemplum, Philip. Dec. col. 2. eod. titu. Imo. in cap. prudentiam. col. 6. versi. in glo. duobus. de offi. deleg. Philip. in cap. postremo. col. vlt. de appel. Firmia. in tracta. de episc. in. 4. parte, lib. 4. col. 8. versi. secunda si est compater, & in suo fertili indice, seu mauiis reperi- torio, in verbo compater. versi. 13. & Iason in l. cùm apertissimi. col. 3. versic. sexta causa. C. de iudi. Bened. in repet. d. cap. Raynutius. in verbo, in eodem testamento relinquens. huius in itij. 2. nu. 20. de testa. vbi tamen id dicit tum demũ procedere, si ex more patriæ tanta ex hac necessitudine oriatur amicitia, quanta inter consanguineos.

6 Quin & non parum multi maximæ autoritatis fuerunt in ea sententia, vt existimarint istos non esse testes idoneos, in hac enim fuit Bald. in d. l. generaliter. ff. de in ius vocan. & ibi Alex. col. 2. versi. ex ista æquiparatione, Sali. in l. testis idoneus. ff. de testi. per tex. in l. si quis alumnam; & ibi no. C. de nupt. & Raph. in l. 4. §. prætor ait. ff. de in ius vocando. Alex. subdubius tamen, consi. 143. quoniã abundè & rectè conclusum. col. 2. versi. quidam etiam ex illis testibus, lib. 2. & consi. 34. viso processu causæ vertentis inter Ser. col. 6. versi. ad hoc etiam accederet, lib. 3. vbi tamen dicit in ea re non se facere magnum fundamentum, Philip. Franc. qui id dicit singu. in cap. 1. in prin. col. 3. versi. in glo. in verbo, spiritalé. de cogna. spir. lib. 6. Steph. Bertr. consi. 178. viso processu, nu. 13. lib. 2. & Matthæ. Afflict. in cõstit. Siciliæ, cuius est exordium, mores dissolutè viuientium, versi. 30.

7 Contrarium tamen tenuerunt alij multi, & numero & autoritate superiores, & nõnulli ex illis scilicet Bar. cõsi. 92. in quæst. vertente inter dominum Simonè col. 3. versi. nec obstat quod ipse est Sanctolus pater. & Bal. sibi contrarius in l. parentes. col. 2. versi. quæro igitur vtrum lex nostra, & ibi etiam Sali. sibi quoq; cõtrarius. C. de testi. idem Sali. & Flori. in d. l. testis idoneus. ff. eo. Rom. Alex. sibi cõtrarius, Soci. & Iason in d. l. generaliter. ff. de in ius voc. Ioan. Ana. in c. cùm dilectus. col. vlt. de accus. alter Ioã. Pla. in §. testes, Instit. de testa. Alber. Maleta. in tracta. de testi. in 1. part. 1. partis col. 8. in paruis, versi. sed quid erit de patre. Alex. in addit. Bar. in l. in legibus. ff. de testi. & cõsi. 42. in causa & lite vertente. col. vlti. ver. nec obstat, quòd vnus, lib. 3. & cõsi. 125. viso themate. col. 2. lib. 4. & cõsi. 186. viso processu causæ vertentis inter Ser. Ioannè. col. 2. versi. non obstat etiam si diceretur, lib. 7. Franc. Aret. in cap. cùm oporteat. col. 4. versi. nunquid autem consanguinitas, de accusa. Corn. consi. 61. visa copia processus. col. 3. versi. ostensa itaque, lib. 3. Cæpola causarum ciuiliu consi. 5. in quæstione vertente. col. 1. versic. nec etiam ex eo, & Felin. in ca. cùm nuntius. col. 1. versi. & in quantum docto. de testi. & Iason in d. l. cùm apertissimi. col. 2. versi. facit quod singulariter. C. de iudi. & in d. §. pœnales, vbi supra, Instit. de actio. Carolus Ruinus cõ-
fil. 81.

fil. 81. viso processu. col. 7. nu. 19. lib. 3. Lanfran. Oria. in repet. cap. quoniam cõtra falsam, in materia testium. de probat. Aufser. in tracta. de reprobationibus testium, in litera. p. versi. pater spiritalis. Bened. in d. ca. Raynutius, in verbo, & vxorè nomine Adelasiam, nu. 767. Steph. Bertr. sibi itè cõtrarius, cõsil. 300. nobilis, non multò ante fin. lib. 2. & nouissimè Viglius Phrygius in §. pater. in glo. 1. in fi. Instit. de testa.

8 Qua in re illud verissimum esse existimo, quod traditum est à Fulgo. cõsil. 11. emphyteuta, ad medium, non omnino hos repellendos esse, sed eorũ fidem non esse vsquequaque integram, quod & ipsum quoq; voluerunt Alex. cõsi. 237. perspectis his. col. vlt. versi. & posita, lib. 6. & Firmi. in d. suo reperiario, in verbo, compater, versi. 14. Philip. Dec. qui id dicit relinqui arbitrio iudicis. in ca. cùm speciali. col. 2. versi. 14. tertio Abbas cõcludit. de appellat. Franc. Ripa in l. admonendi. nu. 181. ff. de iureiur. Alciat. dũ dicit illos nõ esse omni exceptione maiores. in d. l. 1. in princ. C. de in ius vocan. At Franc. Cur. in d. tract. de testibus cõclus. 30. adeo obscurus, vt vix intelligi possit quid ipse sentiat, licet in hanc partem inclinare videatur.

9 Adde & tu superioribus quòd huiusmodi patres spirituales hos filios tenentur alere, vt patres naturales, ex sententia Ioã. Fab. in l. 1. C. de alen. libe. & Bal. qui tamè dubitat, in auth. nisi rogati. col. vlt. C. ad Treb. Philip. Fran. qui id dicit not. in d. c. 1. de cogn. spiri. lib. 6. Nicol. Perusi. & ipse quoq; nutabundus in tracta. success. ab intest. char. 3. in paruis, vers. septima & vltima species, Barb. in repe. c. Raynutius. col. 37. versi. & adduco, de test. Fran. Cur. in d. tract. de testi. cõclu. 30. ad fi. Catel. Cot. qui id sing. dicit in memo. inci. cõmater. Budæus vir vtiq; admirandus in lib. 1. de Philologia, vbi scribit pro ditã esse quandã actionẽ honorariã, ad horũ nutrimentũ, si egeant: & nouissimè Ludo. Goza. cõsil. 13. in hac causa. col. 2. nu. 18. licet contrariũ nõ obscure videatur tenere Bened. in repet. d. c. Raynutius. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. nume. 767.

10 Sed & adde, quod ipse Ioan. Fab. tradit, in §. sunt præterea. versic. sed si quis. col. 1. & ibi quoq; Ioan. Plat. & Ang. Aret. vterque item col. 1. Instit. de actio. quòd hæ personæ spirituales, de quibus loquimur, non possunt cõueniri nisi in quantum facere possunt, quemadmodum nec parentes naturales, de quibus in d. §. Et quod item Barb. constanter firmavit in repe. l. cũ acutissimi. col. 125. versi. faciat elegans. C. de fideicom. hos filios naturales excludere substitutos. Sed huic sententiæ apertè resistit Bald. in d. auth. nisi rogati. col. pen. versi. sed tunc quæro. C. ad Trebel. & plerique omnes quos tibi colligimus in d. l. si vnquam. in verbo, susceperit liberos. nu. 26. incip. nec item spirituales.

11 Sed quod minimè dubium est nostris legum interpretibus, licet nulla lege cautum sit, mulier potest accusare occisorem sui cõpatris, vt aliàs suo-

G rum

rum iniuriam prosequi: id enim magna autoritate scribit Bald. in l. 1. col. 12. versi. sed an cōmater. C. qui accus. non poss. Rom. loquens de filia spiritali, in l. quāuis col. vlt. ff. de in ius voc. Alex. d. cōsi. 34. vbi suprā citauim⁹ lib. 3. Ioan. Ana. in d. c. cū dilectus. col. vlt. de accus. Bertrā. Laud. in addi. Alber. Gand. in tit. qui accus. poss. col. 3. las. in d. l. generaliter col. 1. ff. de in ius vocā. & in l. apertissimi. col. 2. versi. sexta causa. C. de iudi. vbi id dicit sing. sed vtrobiq; erranter citat Bald. in l. 1. C. vnde vi. Catel. Cota, qui & hoc dicit sing. in dict. memor. cōmater. & Stepha. Bertrand. cōsi. 178. lib. 2.

12 Cætera autem hos spirituales necessarios tangentia videbis in dictis nostris cōmentarijs in d. l. si vnquam. Sed quod ad hunc nostrum casum specialiter pertinet, sequendum arbitror Paul. Cast. qui hoc casu mitiùs puniendum censet, qui compatres, patresq; ac filios spirituales receperunt: neque enim deesse affectionem, quæ illos moueat:

Causa vigesima secunda.

S V M M A E.

- 1 Amicorum causa facit, vt eorum causa admissum, mitiùs sit puniendum.
- 2 Amicitia, quàm fraternitatis, arctius vinculum.
- 3 Societatum omnium quæ nam præstantissima.
- 4 Amicitiam propinquitati anteferendam.
- 5 Charitas necessitudini in ordine scripturæ prælata.
- 6 Amicitia: fraternæ nodus herculanus.
- 6 Darij vxor, In taphernis, fratrem præfert & viro, & filijs.
- 8 Fratres sororesque, dulcissimi dicuntur.
- 9 Frater fratri in periculis ferè adest.
- 10 Amicitia æquat aut superat fraternam affectionem & nume. 13.
- 11 Frater, dicitur quasi ferè alter: amicus, alter ipse.
- 12 Frater ex commilitio amicior factus, si fratri commilitoni quidpiam donauerit, id in peculio castrensi habendum.
- 14 Amicus amico non inutiliter stipulari potest.
- 15 Stipulari pjs locis & causis quilibet potest verbis directis.
- 16 Amicus vicem procuratoris obtinet.
- 17 Amico per amicum potest acquiri.
- 18 Pacifici amicus pro amico non potest Iasoni.
- 19 Amici quæ faciunt, nihil differunt ab his, quæ nos facimus.
- 20 Stipulatio non solùm amici, sed & extranei ab eo ratificata pro quo fuit interposita, æquè prodesse debet atque stipulatio procuratoris, qui mandatum ab initio habuit, vt ratihabito retrotrahatur.
- 21 Frater fratri stipulari an & quando possit.
- 22 Filiorum appellatione, veniunt nepotes: quos testator ob singularem amorem filios nominabat ac tractabat.
- 23 Inter amicos locum habet quicquid à iure statuitur inter coniunctos & necessarios ratione affe-

- ne affectionis sanguinis.
- 24 Ab amico relictum præsumitur relictum contemplatione personæ.
 - 25 Amicum suum si quis relinquat executores sui testamenti sub nomine dignitatis, videtur non dignitatem, sed amicitiam considerasse. Et an mortuo executore, transeat officium in successorem in dignitate.
 - 26 Amici legata ex testamento minùs solenni an capiantur.
 - 27 Amoris liciti ardor, num habeat vim clausulæ codicillaris, modò libertatis fauor concurrat.
 - 28 Amoris liciti ardor, vim habet reuocationis clausulæ derogatoriæ, in primo testamento appositæ.
 - 29 Legata debentur amicis testatoris, licet hæreditas non fuerit adita ex testamento.
 - 30 Amicus quem testator diligit vt coniunctum, licet re vera non sit coniunctus, habetur tamen pro coniuncto.
 - 31 Amicitia & pietas fraternizant.
 - 32 Amici singulares an veniant appellatione suorum. & num. 33.
 - 34 Amicus pro amico an admittatur ad agendum sine mandato, cum cautione rati.
 - 35 Absentis coniuncti tacita voluntas arguitur ex affectione.
 - 36 Amici, & consanguinei pari passu non ambulant Panormi & Alexand.
 - 37 Amicus electi an sine mandato confirmationem petere possit eius nomine.
 - 38 Amicus an possit pro amico sine eius mandato impetrare literas ad beneficia.
 - 39 Sacerdos alioqui postulare prohibitus, potest tamè pro coniunctis personis, si necessitas suadeat.
 - 40 Religiosus potest esse procurator pro amico monasterij, etiam laico, sicuti & pro monasterio etiam sine abbatis consensu.
 - 41 Agere quis potest sine mandato ad implementum eorum, quæ ad pias causas disponuntur.
 - 42 Amico licet vim illatam coniuncto sibi stricta amicitia, repellere.
 - 43 Amicus etiam inuocatus iurare potest amicum, resistendo etiam de facto, officiali iniuste exequenti.
 - 44 Amicitia tantum operatur in consideranda affectione, quantum sanguinis coniunctio.
 - 45 Amicitia intensa maioris est ponderis ad repellendum testem, quàm fraternitas, Baldo.
 - 46 Amicitia an semper repellat à testimonio.
 - 47 Iurans defendere aliū contra omnem hominē, non tenetur defendere aduersus suos amicos.
 - 48 Mulier sicut non potest pœnam promittere, si non nupserit: sic nec illi quibuscum est mulieri consanguinitas aut magna amicitia.
 - 49 Stipulatio huiusmodi tum demum valet, Promitto centum, si Titius plagium fecerit, cum Titius ille sit meus consanguineus aut amicus.
 - 50 Amicorum præsentia excludit præsumptionem fraudis & metus. & num. 52.
 - 51 Tutor potest bonorum possessionem pupillo delatam repudiare, pupilli amicis interuenientibus.
 - 52 Amicis inuicem contrahentibus fraus & simulatio plerunque præsumitur.
 - 53 L. cum acutissimi an habeat locum in amico summa amicitia iuncto.
 - 54 Amicus pro amico potest appellare.
 - 55 Amicus procurator constitutus, videtur tacitè non contradicendo acceptare mandatum.
 - 56 In iudicio si quis agat meo nomine, me sciente & non contradicente, tum demum videor id ratum habere, si inter nos amicitia intercesserit.
 - 57 Donatio & liberalitas præsumitur ratione amicitia.
 - 58 Factum in obscuro, ex affectione cuiusque interpretationem capit.
 - 60 Amicos vexare, tanti est, quanti consanguineos.
 - 61 Vasallus perdit feudum si cum amicis domini inimicitias contrahat.



- 62 Amicitiam quanti fecerint tum Philosophi, tum Iureconsulti.
 63 Amicitia paterna qui aliquid impedit, non repetit.
 64 Amici sponsi si quid donent sponse, sponso queritur, non sponse.
 65 Amici parentum possunt petere illorum liberis tutores dari.
 66 Amicorum & consanguineorum opus equiparatur.
 67 Amici adhiberi solent negotijs rebusq; mortalium.
 68 Ad amicos qui peruenit, ad nos reuersus intelligitur.
 69 Amici absentis vocandi, quando quid fieri debet in eius praeiudicium.
 70 Amici debitoris absentis an citandi, antequam perueniatur ad secundum decretum.
 71 Clam facere dicitur, qui se opus facturum non denuntiat amico, his absentibus, quibus erat denuntiandum.
 72 Amicus pro amico admittitur sine mandato ad recuperandam possessionem, qua spoliatus fuerat absens.
 73 Amicis nostra secreta committimus.
 74 Amicitia facit, ut vel seruos filios proprios nominemus.
 75 Amici conuocandi sunt in contrahendis nuptijs.
 76 Amicorum consilio utendum in nostris negotijs.
 77 Amicus non cogitur esse aduocatus contra amicum.
 78 Amicus praesumitur patrocinari gratis pro amico.
 79 Amicis conuocatis factum, praesumitur deliberatum.
 80 Amici possunt facere, haereditate delata absentis, ut ei decernatur bonorum possessio.
 81 Amicus etiam sine satisfactione admittitur ad allegandas causas absentiae.
 82 Amicorum potentia, facit hominem excellentem.
 83 Amicus si impediatur citationem peruenire ad amicum, tanti est, ac si ipsemet impediret.
 84 Amici verba latam interpretationem admittunt.
 85 Amicorum causa patrum, clementius puniendum.
 86 Eva an grauius peccarit, quam Adam.
 87 Lyfander Lacedaemonius multa facinora commisit amicorum causa.
 88 Amici causa, non peccandum, maxime contra Rempubl. Ciceroni.
 89 Amicitia improborum reijcienda.



VIGESIMOSECVNDO, Si consanguineorum fauor efficit, ut quod propter eos admisimus, non sit seuerius puniendum, non minus & amicorum causa id efficere debet, cum amicitia necessitudini anteposenda sit, aut certe non posthabenda, vel ex Platonis Philosophorum antistitis sententia, in qua etiam fuisse videtur Solon Atheniensium legislator, qui cum permisisset pro voluntate cuiusque, nisi sui essent filij, haeridem constitui, ex hoc enim visus est (ut ait Plutarchus in vita illius) amicitiam propinquitati, & gratiam necessitudini etiam in bonorum successione praefere, praeterquam tamen filiorum, quos ex

cipit.

cipit. Isocrates orator eximius ad Demonicum scribens, miris effert laudibus Hipponcium ipsius Demonici patrem, quoniam magis approbatat sui studiosos, quam propinquitate vlla coniunctos, existimabatque ad societatem esse potentiorum natura legem, mores genere, delectum necessitate.

Nec desunt Latini scriptores huius sententiae assertores. Diuus enim Ambrosius (nam a diuis primùm exordiendum est) ait: Plerumque amici se potius beneuolentiae quisque committit, quam fratris necessitudini. Valerius Maximus, author grauisissimus, capit. 7. libro. 4. in haec verba exorditur, Contemplemur nunc amicitiae vinculum potens, & praualidum, neque vlla ex parte sanguinis viribus inferius: hoc etiam certius, & exploratius, quia illud nascendi fortuitum opus: hoc vniuscunque solidio iudicio inchoata voluntas contrahit. Itaque celerius sine reprehensione propinquum auertere, quam amicum: quia altera direptio utique iniquitatis, altera utique leuitatis crimini subiecta est. Cum enim deserta sit futura vita hominis nullius amicitiae cineta praesidio, tam necessariū subsidium temerè assumi non debet: semel autem apprehensam rectè sperni non conuenit.

Sed & utroque prior Tullius, lib. 1. Officiorum, sanguinis (ait) coniunctio, & beneuolentia deuincit charitate homines: magnum est enim eadem habere monumenta maiorum, eisdemque uti sacris, sepulchra habere communia: sed omnium societatum nulla praestantior est, nulla firmior, quam cum viri boni moribus similes sunt familiaritate coniuncti. Idem quoque in Laelio, hanc sententiam hac item ratione comprobatur. Ex propinquitate beneuolentia tolli potest, ex amicitia non potest: sublata enim beneuolentia, amicitiae nomen tollitur, propinquitatis remanet: ergo illud in quo necessariò beneuolentia permanet, anteposendum est ei à quo beneuolentia remoueri potest. Haec ille. Quòd autem ex propinquitate beneuolentia tolli possit, imò verò plerumque tollatur, satis docet illud Ouidij vulgò notissimum lib. 1. Metamorph.

Fratrum quoque gratia rara est.

Cuius è nostris meminit Barb. consilio. 20. illud afferam in medium quod Deo supremo. col. 12. versi. cum ergo tempore, lib. 2. & con. 53. à Ioue principium. col. penult. lib. 3. & consi. 87. propè est dominus, col. 3. versic. & in hoc fratre, lib. 4. Secundum quam sententiam, Treuellius Pollio in Claudio, vice miraculi esse opinatur fratres amare, cum dicit, Amavit & fratres, iam potest esse dignum miraculo.

Id quod aperte ex Ciceronis sententia, & argumento demonstrat amicitiam propinquitati longo esse intervallo praefendam. Quod & recentiores Theogi astruunt, qui cum de ordine charitatis disserunt, censent

G ; coniu-

coniunctos sanguine in his duntaxat, quæ ipsam concernunt, amicis anteponendos in cæteris postponendos arbitrantur, ut licet videre per diuum Thomã secunda secundæ quæstione. 27. & Anto. Flo. in. 4. parte summæ titu. 6. cap. 5. §. 6. At alibi idem diuus Thomas in eo videlicet opusculo, quod scripsit de dilectione Dei, & proximi, simpliciter asserit amicitiam confanguinitati præponderare.

5 Apud Iuriconsultos, qui ordinem scripturæ inspiciendum iubent, l. generaliter. ff. de fideicōm. liber. cum si. non semel reperimus charitatem necessitudini in ordine scripturæ prælatam. l. si seruus plurium. §. vlt. ibi, legatarij charitas, & necessitudo. ff. de legat. 1. & l. Theopompus, in illis verbis, amici mei, & cognati. ff. de dote præleg. & l. sed si plures. §. in arrogato. in fin. ibi, amicus, vel cognatus. ff. de vulga. & pupil. sub. & l. affectionis, ibi amicos, vel necessarios. ff. de donat. Et hoc quoque satis sentire videtur Pan, in cap. vlt. ad fin. de postu. notans ex dicto Vincen. quod ibi propinquitas præfertur amicitia, quasi dicat secus esse alibi.

6 Quid plura? fraterna propinquitas, atque amicitia cæteras omnes (pater nam semper excipio) facile antecedit: est enim Hesiodi sententia in eo opere cui titulus est, *εργα και ημεραι.*

μηδὲ κασιγνήτω ἔσομ ποιεῖσθαι ἑταῖρον.

Sed nec germano quisquam est æquandus amanti.

Cui accedens Mycipsa in oratione, quam moriens ad filios habuit, apud Salustium in Iugurtha, inquit: Quis autem amicitior quàm frater fratri? Et Quintilianus auus declamatione. 321. Quæ potest amicitia esse tã felix, quæ imitetur fraternitatem? certè quoties blandiri volumus his, qui esse amici videntur, nulla adulatio præcedere ultra hoc nomen potest, quàm ut fratres vocemus. Et paulò post, Nam quid est aliud fraternitas, quàm diuisus spiritus? Et ut inquit P. Nigidius apud Gellium, lib. 12. cap. 10. atque etiã Festus Pompeius lib. 6. frater dicitur quasi ferè alter. Ideoque Cicero lib. 2. Epistolarum familiarium ad Cælium, de fratre loquens: Quoniam (inquit) alterum me reliquissim. Quàm copiosè, scribit Valerius lib. 5. capit. item. 5. in princip. suauitatis illa recordatio est. In eodem domicilio antequam nasceretur, habitauit, in ipsdem incunabulis infantia tempora peregi, eosdem appellauit parentes, eadem pro me vota excubuerunt, parem ex maiorum imaginibus gloriam traxi, chara est vxor, dulces liberi, iocundi amici, accepti affines, sed postea cognitis nulla etiam beneuolentia accedere debet, quæ priorem exhauriat.

7 Refert Herodotus in Thalia, quod cum Darius, qui primus huius nominis fuit, rex Persarum, Intaphernem capite damnasset, eiusque liberos, atque omnem demum eius familiam ad necem vinciri iussisset, vxor ipsius Intaphernis illum tandem ad eam misericordiam adduxit, ut ei obtulerit

vnius

vnius electionem ex vincetis domesticis suis, quem vellet liberari: illa autem ex omnibus fratrem delegit. quod admiratus rex, ab ea quæsiuit, quam ob rem viro filijsque prætermisissis fratrem elegisset, ut superesset, qui & remotiori ab se gradu, quàm filijs, & minùs iocundus, quàm maritus? cui illa respondens, Rex (inquit) maritus mihi alius, atque alij liberi, si hos amifero esse possunt, alius frater parentibus meis iam vita defunctis nulla ratione esse potest. Quo responso delectatus Darius, eum, quem mulier optauerat, missum fecit, & filiorum natu maximum, cæteris omnibus interfici iussis. Cui simile est quod Antigone apud Sophoclem in fabula eiusdem nominis, dicit se fratrem viro ac filijs antepone, his enim amissis alios facile comparari: fratrem verò, si parentes obierint, nunquam sibi nasciturum esse. Quod & retulit Aristoteles libr. Rhetoricorum. 3. cap. 46. versus autem Sophoclis in eam sententiam, hi sunt:

*πόσις μὲν ἄρ μοι κατθανόντι ἄλλο ἦν,
καὶ παῖς ἐπ' ἄλλο φάτος, εἰ τὸ δ' ἠμύλακον.
μητρὸς δ' εἰ ἄδελφός, καὶ πατρὸς κεαυθότοιμ
οὐκ ἔς' ἀδελφὸς ὅστις ἄρ βλαστῶν τε.*

Marito mortuo alius esset,

Et alius gnatus, si hunc amitterem.

Sed matre & patre sepultis

Non potest iterum nasci frater.

8 Apud Iuriconsultos non semel fratres, sororesque vocantur dulcissimi. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. 2. & l. Thais. §. sorore. ff. de fideicō. liber. Et alibi charissimi, in eadem l. Thais. §. Lucius, extatque decisio minorum Rot. non valere resignationem beneficii factam, ut frater liberetur à carceribus, tanquam metu factam: cum illata fratri contumelia, mihi inferri censeatur, per iura que allegant Deci. 463. dubitabatur an valeat resignatio, in nouis.

9 Vetus est apud Platonem libr. 2. de Rep. adagium, ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρέιν, id est, frater viro adesto, de fido auxilio dici solitum, quoniam in rebus periculosis vix vnquam frater solet deesse fratri. Quod ex Homero sumptum idem Plato testatur in Protagora, vbi Socrates Prodicum aduocans, ut Simonidem eiusdem ciuitatis hominem à Protagoræ calumnia tueatur: Videor equidem (inquit) aduocare te (quemadmodum ait Homerus) Scamandrum ab Achille obsessum Simoentem aduocasse, scilicet lib. Iliados. 21.

*φιλε κασιγνήτε, δέν ἄνδρῶ ἀμφοτέροισιν
σχῶμεν.*

id est, ad verbum,

*Dilecte frater fortitudinem viro ambo
Impediamus.*

At Plutarchus in Cæsare tradit Cæsarem retinente gladium fratris auxilium verbis Græcis inuocasse.

ἀδελφὸν βοήθει

G 4 Verum

- 10 Verùm hanc tam magnam affectionem fraternam superat, aut certè æquat amicitia. Est enim amicitia ipsa veluti quædam fraternitas, vt est tex. in. l. verum in prin. iuncta gloss. ff. pro soc. & not. Soci. confi. 263. capio primū. col. 6. versi. sed ad ista respōdeo, & Iason in. l. quæ dotis. col. 13. in. 3. casu. ff. solu. matri. Ideoque quos impensè diligimus, plerunq; fratres vocamus, vt iam diximus ex Quintiliani sententia, & attestatur iurisconsultus in. l. ne mo. §. 1. ff. de hære. instit. et vbi illud quoque dicitur non vitari institutionē amici extranei, sub fratris appellatione factam, nec immeritò: nam (vt Menander ait) puta fratres veros amicos.
- 11 Propterea quemadmodum frater (vt dictum est) dicitur quasi ferè alter, ita & amicus veteri prouerbio dicitur alter ipse, quod ad Pythagoram authorem plerique referunt, alij ad Zenonem Stoicorum principem, qui interrogatus quis esset amicus, Alter (inquit) ego: author Laërtius. Cuius sententiæ meminit Aristoteles lib. Ethicorum. 9. cap. item. 9. Idem lib. Magnorum moralium, ἐστὶ γὰρ ὡς φιλία, ὁ φίλος ἑστέρῳ ἐγώ, idest, Est enim, vt dicere solemus, amicus alter ego. & Cicero in Lælio, & diuus Hieronymus ad Augustinum sic scribens. Cum amico quasi cū altero se esse loquendū, & è nostris Barb. con. 3. clementissimi Dei patris nostri. col. 5. versi. item ad duco iura, lib. 2. & in repe. c. Raynūtiū, quam Ioannam vocant. de testa. & in repe. l. cū acutissimi. col. 11. ver. & si verbis daretur audacia. C. de fideicom. Cui simile est quod Pythagoras effici in amicitia volebat, vt vnus fiat ex pluribus, sicuti tradit Tullius lib. 1. offic.
- 12 Quid? quòd leges pluris æstimarunt amicitiam, quàm fraternitatem, vt quæ sanxerint magis amicitia, atque consortij rationē esse habendam, quàm fraternitatis, ad metiendam qualitatem rerum à fratre, eodemque commilitone donatarum, vt est tex. no. in. l. cū allegas. C. de castrē. pecul. lib. 12. vbi si frater ex commilitio amicitior factus fratri commilitoni quidpiam dona uerit, id in peculio castrensi habendum est, considerata potiùs qualitate amicitia ex militia auetæ, quàm fraternitatis: estque omnino similis tex. nisi quòd generaliter de agnatis loquitur, in l. pe. in prin. ff. eod. tit. quarum legū autoritate subnixus Alberi. in. l. sed et hæ personæ. ff. de procur. dicit amicitiam plus habere ponderis, quàm fraternitatem.
- 13 Itaque Salomon ille omnium sapiētissimus prouer. 18. c. in fi. Vir, ait, amabilis ad societatem magis amicus erit quàm frater. et Esdras ille Propheeta, et scriba Hebræus, sermonis ordine palam docuit cedere fraternitatem amicitia, cū scribit. c. 4. Nō meminerunt, cū biberūt, charitatē nec fraternitatē. Homerus ille ingeniorū fons vberimus, suū Odyssææ lib. 8. ita claudit:

Ἦλις που καὶ ἐταῖροισιν ἀνὴρ κεχαρισμένος
 ἐδύοσ ἐπέου μέμτοι κασιγνήτοιο χερσίω
 πίνετα ὅσ κενεταῖροισιν ἐὼν πεπνημένα ἐδίδη.

Quibus

- Quibus significatur amicum, siue socium gratum, bonum, & prudentem, fratre inferiorem non esse.
- 14 Ex quibus forsità plerisq; poterit videri, quòd sicut frater fratri nō inutiliter potest stipulari quāuis alter alteri stipulari nō possit, vt est glo. no. in. §. 2. Instit. de stipul. seru. ita & amicus amico nō inefficaciter stipulari poterit. Quæ sententiā primò cōfirmari videbitur per text. sing. nondum ab aliquo (quem viderim) ponderatū in l. si libertus artem. ff. de oper. liber. vbi si patronus fuerit stipulatus operas à liberto, qui artem Panthomimi, vel medicinæ exerceat, ea stipulatio & ad amicos patroni extenditur, quibus ludos edentibus, vel ægrotantibus videtur ipse patronus fuisse stipulatus libertū operam gratuitam præbaturū. si ergo ex stipulatione in fauorem amicorū præsumpta, atque cōiecturata tantūm, quis amicis obligatur, multò magis ex stipulatione pro amicis expressè facta: & quæ reuera interuenit, ne plus valeat præsumptio in casu præsumpto, quàm veritas in casu vero, habeatque tacitum plus roboris atque virium, quàm expressum, contra text. in l. qui ad certum. ff. loca. & l. filio. ff. de lib. & posthu. cum similibus.
- 15 Hanc opinionem secundò adiuuat hæc ratio. Si id facit pietas, siue pia causa, vt alter alteri possit stipulari, vt certè facit, per gloss. in cap. quotiens cordis oculus. in verbo, ex parte. 1. quæstione 7. per quam dicit Bald. in l. illud, columna secunda. versiculo, ego addo. C. de sacros. ecclesi. quòd etiam verbis directis potest quilibet stipulari pijs locis, & causis, & ad hoc facit illam sing. & post eum Barb. consilio. 87. propè est dominus, columna secunda, lib. 4. de quo pleniùs dicemus in priuilegijs piæ causæ, consequens est, vt id quoque amicitia efficiat. Sunt enim amicitia, & pietas quadā cognitione connexæ, & quodammodo fraternizant: cuius rei etsi deessent alia testimonia, illud sanè ad id probandum sufficeret, quòd quemadmodum amicitia dijs, & parentibus peculiariter priuatimq; debetur, vt pote cū duobus præceptis decalogi, primo, scilicet primæ tabulæ, & primo item secundæ tabulæ speciatim præcipiatur: ita & pietas propriè, & veluti domesticè erga deos, & parentes dicitur, vt perspicuum est omnibus, & probatur. Primū quidem de Deo, per id quod scribit Cicero in Topicis, æquitatem tripartitam, quòd vna ad superos deos, quæ pietas appellatur, &c. Et quod in libris quos scripsit, De natura deorum, in multis locis ostēdit pietatem obseruari, potissimūm circa obseruantiam diuini cultus, quod & diuus Augustinus sæpius scriptum reliquit, & præsertim in libris De ciuitate Dei, & in eo lib. qui Enchiridiō inscribitur, vbi & eandem dicit appellari, quæ à Græcis εὐσεβεία, vel certè θεοσεβεία dicitur, quarum vtraque ad religionem, & ad Deū pertinet. Ideoque Speusippus Platonis discipulus in ipsius Platonis diffinitionibus, hæc ita describit: Pietas est iustitia erga Deū, voluntaria veneratio Dei, reeta honoris diuini scientia. Et hoc minirum confirmat,



confirmat, quod legum interpretes dixerunt, piam causam definiētes, tam super. l. 1. C. de sacro. eccles. & in authentic. similiter. C. ad leg. Fal. quā alibi sæpe, illam videlicet ad Deum ferè referentes. Et sanè semper dicitur relictum in piam causam, quod Deo relinquatur, vt dicit Pet. Peru. in tractatu canon. episco. cap. 10. per text. in. l. 1. §. ad municipium. ff. ad leg. fal. & sequitur Firmi. in tract. de episco. in. 4. parte, lib. 4. in. 31. quæst. versi. cōgruenter, cum multis alijs concord. à me collectis in commentarijs piæ causæ, propterea text. in. §. quia verò multum. in authentic. vt sine prohib. mat. appellat impietatem, Dei offensionem.

Secundum de parentibus satis nostris legibus (ne longè exempla repeta mus) cōprobatur in. l. 2. ff. de inoffi. testa. & in. l. penult. ff. de obse. liber. vbi hæc verba scribuntur: Nam pietatem liberi parentibus debent, cui cōcinnens Seneca lib. 6. de beneficijs, Debemus (inquit) parentibus nostris pietatem. Pietas ergo (vt iterum dicamus) & amicitia cū iisdem proprie debeantur, fraternizant. Non mirum igitur, si Tullius parens eloquētiæ, qui nominum proprietates probè intellexit, hoc pietatis nomen, cū ad amicū scriberet, studiosè vsurpauit in epistola ad Lentulum, quæ prima est familiarium epistolarum: Ego (inquit) omni officio, ac potius pietate erga te cæteris satisfacio omnibus.

16 Huic item opinioni tertio ad stipulatur, quod amicus vicè procuratoris obtinet, vtpote qui sine mandato id possit facere, quod procurator, etiam cum mandato, vt paulò infra dicitur. Sed procurator nō solum potest domino stipulari, sed & id in dubio, cū res illius agit, facere intelligitur. l. post dotem, & ibi doct. ff. sol. mat. cum si. Ergo & amicus id potest.

17 Facit quartò text. not. in. l. si vnus. §. 1. iuncta glo. sing. in verbo, videmus. ff. de pact. vbi licet alteri per liberam personam acquiri non possit. l. vlti C. de acqui. poss. cum si. potest tamen amico per amicum, ea potissimum ratione, quæ satis videtur alicui acquiri, quod amico ipsius acquiritur. Quamquam Bald. & Ange. ibi eam gloss. videantur intelligere, quādo amico acquiritur liberatio eius rei, in qua propter me grauabatur, verbi gratia, quia pro me fideiusserat, in quo casu loquitur text. ibi. Sed vtcunque ea gloss. intelligatur, est proculdubio in ratione amicitie maiorem in modum notanda, atq; (quod monent ipsi Bal. & Ange.) menti tenenda.

18 Sed Iason ibi illud nō admittit, dicēs huiusmodi interesse amicitie non satis esse, vt quis alteri stipulari possit, vel pacisci, vt voluit glo. not. in. l. fideiussoris. in verbo, neque enim, & ibi doct. ff. eod. & videtur esse tex. in. l. 3. §. sed & si fortè. ff. iudica. sol.

19 Sed & quintò ad suprascriptam sententiam quæ admittit stipulationem fratris pro fratre, accedit, quod pulchrè dicit Bal. consi. 431. & quia in accusatione instituta, versi. quinta ratio, li. 4. ea quæ fiunt ab amicis nihil ab his distare,

stare, quæ nos ipsi facimus, argu. l. cū seruus. ff. de verbo. oblig. & l. liber to. ff. de nego. gest.

20 Sextò, hanc sententiam fulsit hæc ratio: Rati habitio sequens retrotrahitur, & mandato æquiparatur, l. vlt. in fi. C. ad Maced. Ergo stipulatio non solum amici, sed & potius extranei ab eo ratificata, pro quo fuit interposita, æquè debet prodesse, atque stipulatio procuratoris, qui mandatum ab initio habuit, vt rati habitio retrotrahatur.

21 Hæc quidem scripsi magis exercendi mei aliorumq; ingenij, quā vt sperarem me legum peritis persuasurum amicum pro amico posse stipulari, cū nec frater fratri stipulari possit, nisi cū sunt in eiusdem potestate, prout etiam intelligit glo. quam citauimus in. §. 1. Insti. de stipul. seru. eadē videlicet ratione, qua pater filio, quem habet in potestate, stipulari potest, et cōtra filius patri, in cuius est potestate, & seruus domino, vt est tex. in d. §. 1. & in l. quodcunq;. ff. de verbo. oblig. Quod si filius sit emancipatus, nō potest stipulari patri, per l. debitor. §. vlt. ff. ad Trebel. & voluit Bar. in l. quod dicitur. §. vlt. ff. de verb. oblig. & Bald. in l. executorē. col. 3. versi. si verò nō est præsens. C. de execu. rei iudi. vbi reddit rationē, quia patria potestas, quæ inuenta est ad acquirendū, euauit, subditque per eandem rationem, idem esse in filio naturali tantum, vt videlicet, non possit patri stipulari, quia in eo cessat patria potestas: & vtrunq; sequitur Ias. in d. l. quodcunq;. in princ. & in d. l. quod dicitur. col. 13. versi. quinto quærit. Nec è diuerso pater filio emancipato, vt tenuit Petrus Besutius in d. l. quod dicitur, per tex. in l. si genero, cum glo. C. de iur. dot. & alia quædam quæ allegat: de quo tamen vide Bald. in l. cū dos. ff. de pact. dot. Bar. Imo. Raph. Cu. Alex. & Iaso. l. quod dicitur, Bar. in l. stipulatio ista habere. §. si stipuler. in. 8. fal. ff. de verb. obliga. Imo. Paul. Cast. Alex. & Ias. in d. l. quodcunq;. §. si quis ita. eo. tit. Nec etiam mater stipulari filio potest, quod sine dubio est, id attestantibus Bar. in l. patetū dotale. C. de pac. cōuē. & in l. pater, per illū tex. eo. Cy. & alijs in l. 2. C. de prætor. stip. Bald. in d. l. executorē, & in l. cū dos. ff. de pac. dot. & l. Caius, & ibi Imo. ff. solu. matr. & nemo hætenus cōtradixit, licet videatur tex. in contrariū in d. l. publica. ff. depo. Nec etiam in cōtrariū filius matri, per l. inter socerum. §. cū pro se. & ibi Bald. ff. de pact. dot. & in l. debitor. §. ea quæ & ibi not. Alex. ff. ad Treb. & not. etiam glo. in l. publica. in princ. in verbo, filio. ff. depo. Cy. in d. l. 2. C. de contrah. & cōmit. stip. & doct. in d. l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. Nec denique maritus vxori, secundum Raynald. & Alex. in l. pactum. C. de pact. cū tamen amor coniugum cæteros superare videatur, vt latè diximus in nostris cōmentarijs ad l. si vnquam. in præfationes nu. 12. incip. sed vt redeamus. C. de reuo. donati.

22 Quid si ostenderimus, vel nostrorum doct. autoritate, amicitiam superare parentum affectionem, qua nullam esse maiorem ferunt, vt & latè

- latè ostendimus in verbo libertis, nu. 96. incip. nam amicitia, & multis seq. Sed vt clarè id quod proposuimus, liqueat, id primùm scire oportet, esse tex. not. l. alimenta. §. 1. ff. de alim. & cib. leg. vbi licèt aliàs appellatione libertorum non veniant liberi libertorum, vt est text. in l. pater. §. duobus. ff. de lega. 3. & l. Modestinus. ff. de verb. signi. veniunt tamen liberti libertorum, quos ex singulari dilectione testator, qui testamento quidquã libertis suis relinquit, vt suos tractabat. & ex hoc not. Bartolus in d. §. duobus. quòd licèt appellatione filiorum, non veniant filij filiorum, id est nepotes. l. quòd si nepotes. ff. de testa. tute. & l. filij. & l. iusta. & l. liberorũ. ff. de verb. signi. fallit tamen in nepotibus, quos testator ob singularem amorem, vt filios nominabat, atque tractabat. quod dictum sequitur Alex. ibi in addi. & Roma. in repe. l. si verò. §. de viro. in. 35. fal. in princip. ff. sol. matri. Ex quo facilè colligitur maiorem haberi rationem affectionis, & dilectionis, quàm qualitatis nepotis, nisi & singularis adsit dilectio.
- 23 Igitur cum omnium sententia amicitia nulla ex parte sit necessitudini posthabenda, ideo quidquid à iure statuitur inter coniunctos, & necessarios ratione affectionis sanguinis, hoc ipsum quoque obtinet inter amicos, vt not. Panor. vir omnium opinione iuris peritia clarissimus. in cap. requisisti, col. penul. de testa. per. glo. ibi, in verbo præsumitur, & in verbo, nec est. & Alex. in l. exigendi, col. 2. vers. & id quod dicitur, & ibi etiam Iason, col. 2. & rursum col. 5. ver. contrariam opinionem. C. de procurat. & Barb. in l. sciendum. col. 33. vers. ego tetigi istum passum. ff. de verbor. oblig. vbi facit singu. glo. in d. verbo, præsumitur. & in cap. cum M. ferra. col. 6. ver. quini- mò dico fore. de constit. de rescript. & in c. coram nonnulli. col. 5. ver. pro de claratione. de offic. deleg. & in repe. cap. Raynaldus. col. 118. vers. vndecimò limita. de testa. & con. 75. sapienter scribitur. col. 5. ver. item dicit iste. lib. 4. Fe- li. in d. c. quoniam Abbas. col. 3. ver. capio illud. vbi & illam glo. dicit sing. & Iason in l. si res obligata. col. 2. vers. adde aliud. ff. de lega. 1. & in l. Titia. col. 6. vers. vitimò circa istam. ff. de ver. obliga. & confi. 70. constat ex instru- mento. col. vlt. lib. 1. Alcia. in l. latæ. §. amicos. ff. de verb. signi. Hippo. Marfil. in repe. rub. ff. de fideiussor. nu. 234. Ioan. Montefer. in repet. l. frater à fratre. col. 6. in. 4. not. ff. de condi. et. indeb.
- 24 Innititur autem (vt iam diximus) Panor. huius sententiæ princeps in d. cap. requisisti, autoritate duarum illarum glossar. & alterius, quam postea designabimus, quæ & ad hanc rem (de qua tractamus) maximè pertinent: priores quidem in eo ipso cap. requisisti, in verbo, præsumitur, & in verbo, nec est, quæ dicit quod sicut relictum prælato à consanguineo, præsumi- tur contemplatione personæ non ecclesiæ relictum, vt ibi est text. ita & re- lictum ab amico, per tex. ad id optimum in cap. quicumque, quod est. 2. in princip. cum dicit, atque amicitia. 12. quæ st. 3. quod & ipsum voluit Inno. in cap.

in. c. 2. col. 1. in verbo, disponere, de sepultu. & Bal. post Pet. in authent. licen- tiam. col. 1. C. de episc. & cler. argu. l. si seruus plurium. in fi. ff. de lega. 1. & in l. si quis seruum. §. si inter duos. ff. de leg. 2. & l. qui habebat. ff. de reb. dub. & in l. socium qui in eo. §. vltimo. ff. pro soc.

- 25 Altera autem glo. quam citat Panor. in dict. cap. requisisti, est in cap. 2. in verbo, expresserit. de testa. lib. 6. quæ dicit, vt ipse Panor. refert, quòd si quis reliquerit executores testamenti amicum suum, sub nomine dignitatis, vi- detur non dignitatem, sed amicitiam considerasse, ideo mortuo ipso execu- tore non transit officium in successorem in dignitate: quod & idem voluit ipse Panor. in cap. quoniam Abbas. col. 2. vers. sed conclude sic. de offi. de- leg. vbi & ad hoc facit not. glo. in d. verbo, expresserit, quæ tamen nullam de amico facit mentionem, sed tantum de propinquo loquitur.
- 26 Stat ergo huiusmodi conclusio statuta in consanguineis, ratione affectio- nis trahi & ad amicos, ex quo & illud manare potest, quòd quemadmo- dum liberi, nec etiam cæteri capiunt legata ex testamento minùs solenni. l. vlt. C. fami. hercisc. & l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. vt- pote cum in huiusmodi testamento condito à patre inter liberos, semper intelligitur clausula codicillaris, vt voluit glo. reputata sing. in l. cohæredi. §. cum filia, in verbo, non valuit. in fi. & ibi Imo. & recentiores. ff. de vulg. & pupil. Raph. Fulgo. in l. filij. C. fami. hercisc. vbi ponderat gloss. similem ibi, in verbo, ab intestato. & Alex. in l. vlt. in. 2. col. C. de cõdi. & idem Alex. & Iason, qui illam glo. dicunt sing. d. §. ex imperfecto. Ita quoq; & amici, veluti liberorum non absimiles, ex testamento item minùs solenni legata capiuntur, vt voluit gloss. not. in l. in testamento. ff. de fidei. liber. quam ali- bi non reperiri dicit & sequitur Bal. in l. si iure. C. de testa. manu. eã quoque sing. dicit Matthes. in no. 41. nota mirabilem, doct. & Barb. confi. 3. illud refe- ram in medium quod bellissimè scriptum est, col. 3. vers. ita in proposito, lib. item. 3. & Iason in l. 1. col. 5. vers. & clarum est. C. de sum. tri. & fid. ca- tho. in lect. Ticinensi, & in l. non dubium. col. vlt. vers. ideo tu respondeas. C. de testa. & in l. cum alienam, col. 2. in. 3. limitatione. C. de lega. Barb. in re- petitione dict. l. cum acutissimi, dict. col. 11. & iterum confi. 22. clementissi- mum Deum oro, vers. primò dicitur in puncto. col. 3. lib. 4. qui posteaquã dixit eam glo. reputari sing. ab omnibus, subiungit similem esse in dict. l. si iura. & pro his esse tex. quem in d. l. cum acutissimi, scribit à nemine vsq; ad sua tempora fuisse pòderatum in d. l. cum alienam. Sed (quod pace illius dixerim) illum ipsum text. ad hoc longo antè interuallo allegavit glossa in d. l. in testamento, vbi & in eam rem multò melior est tex. quem & ipsum ad hoc facit sing. Roma. in repet. d. §. de viro. in. 26. fal. in princip. ff. sol. matri. & confi. 179. amplissime doct. or. col. penult. vers. ad quod dicendum mo- ueor & Matthes. d. no. 41.

H Hincq;



27 Hincque scilicet ex eo, quod dicit ea glo. in dict. l. in testamento, assumit Bald. in dict. l. si iure. C. de testa. manu. quod ardor liciti amoris habet vim clausulæ codicillaris, quod quidem licet non audeat simpliciter affirmare, sed tum demum solùm, si libertatis fauor concurrat. Tamen si ipse idem id sine vllò defectu voluit per eandem glo. ipse Bald. in sua Margarita, in verbo, Codicillis, versi. penulti. vbi & eam glo. dicit singula. & Roma. in illis duobus locis nuper citatis, Alex. in d. l. cum alienã. col. 2. & ibi Iason in d. 3. limita. & Barb. in d. l. cum acutissimi. di. col. 11. & in repet. cap. Raynaldus. col. 118. versi. vndecimò limita. de test. & in Rubri. de rescript. in clemen. col. 8. in paruis, & in tracta. de præstan. Cardi. in. 3. quæst. 1. partis. col. 2. versic. & pro tanto dicit. & iterum col. 14. versi. & quod dixi. & dict. confi. 3. col. 5. li. 4. & confi. 77. præclare scribitur. col. 2. lib. 4. Soci. qui id sing. dicit, an. 58. Ioãnes. col. 3. versi. accedit. lib. 1. Iason qui vbique ferè id dicit sing. in d. l. 1. C. de sum. trini. & in l. exigendi. in. 3. not. versi. secundò facit. C. de procur. & in d. l. non dubium. C. de testa. & in l. eam quam. col. 6. versi. prima fallentia, & iterum col. 9. versi. circa decimum casum. C. de fideicom. & in l. verbis ciuilibus. col. 3. versic. tertius casus. ff. de vulgar. & pupil. & in l. si mihi & tibi. §. in legatis. col. vlt. ff. de lega. 1. & Feli. in cap. 1. ad fin. de testib. Catel. Cota in memor. in prin. amor licitus, Alcia. in d. l. latæ. §. amicos. ff. de verb. signi. Pãthal. Calde. in repet. l. 2. col. 71. versi. secundo loco. C. de rescind. vend. Hippo. Marsil. in dict. repet. rub. de fide iuss. vbi suprã. & bened. in cap. Raynucius, in verbo, testamentum, huius initij. 3. nu. 46. de testa. & Anto. Bauer. in repe. l. cum filio, char. 4. col. vlt. ff. de lega. 1.

28 Ex hoc quoque Roma. d. confi. 179. quo loco suprã citauimus; aliud depromit, quod et huc pertinet, scilicet, quod is ardor liciti amoris habet vim reuocationis clausulæ derogatoriæ, in primo testamento appositæ. Quod quidem dictum dicit singul. Iason in dict. l. 1. C. de sum. tri. et dict. l. exigendi, vbi suprã. C. de procur. et in dict. l. mihi et tibi. §. in legatis. col. vlt. ff. de lega. 1. et in dict. l. non dubium. col. vlti. C. de testa. vbi etiam dicit hoc esse multum notandum ad declarationem. l. si quis in principio testamenti, cum his quæ not. Bartolus. ibi. ff. de leg. 3. et in l. sancimus. C. de testamen. vbi et ipse Iason. col. penult. versic. id dictum memorat, et sequitur, licet in dict. l. non dubium, dicit se credere non esse verum. Sed id etiam sequitur Alciat. in dict. l. latæ. §. amicos. de verb. signi.

29 Nec hinc multum abest, quod sicut legata debentur venientibus ab intestato, licet hæreditas ex testamento non fuerit adita. l. 1. et vlt. C. de codicil. cum si. Ita et amicis testatoris debetur, vt voluit glo. no. in d. l. eam quã, in verbo, decimò propter pietatem, et affectionem, per text. in d. l. in testamento, quam glo. ibi omnes approbant, quos vide, et maximè Alexan. et facit sing. Bald. in repe. l. 1. col. 14. versi. super nona quæstione, dicit prædictus doctor

doctor. C. de sacro. eccles. Et vltra alios eã no. ad id quod suprã diximus, pietatem, & amicitiam comparari, vt videlicet, quæ ratione pietatis locum obtinent, ea quoque ratione amicitie procedant.

30 Quibus & proximum est, quod voluit Gul. Cu. in d. l. cum alienã. quem & ibi refert, & sequitur Alex. col. 2. versi. in glo. fin. ibi, æstimat, vbi hinc occasione sumpta, quod text. ibi dicit legatũ rei alienæ ignoranter factum nõ valere, nisi fiat coniunctæ personæ, scribit quod amicus quem testator diligit vt coniunctum, licet re vera non sit coniunctus, habetur tamen pro cõiuncto, in casu d. l. arg. l. si seruus plurium. §. si. ff. de lega. 1. & d. l. nemo. §. 1. ff. de hæred. instit. Quod & idem voluit Fulgõ. in d. l. cum alienã, loquens in amico valde delicto, cui videlicet testator sæpe plus afficitur, quã coniunctis personis, & ibi etiam Paul. Cast. loquens in familiari dilecto, qui longo tẽpore seruiuit testatori, & ibi quoq; Iason in d. 3. limitatione. & Barb. in d. c. Raynaldus. d. col. 1. vbi ad hoc allegat glos. quam dicit valde sing. in d. l. cũ alienam, quãuis glo. ibi nihil dicat, sed credo quod voluerit allegare text. in d. l. cum alienã, qui optimè ad hoc facit in illis verbis, Vel aliæ personæ.

30 Ad quod facit quod supra diximus, pietatem, & amicitiam veluti frater nizare, nam valet legatũ rei alienæ ignorãter factũ piæ causæ, vt sing. voluit Roma. con. 235. quò ad primũ. col. 2. ver. vlt. videndum. per text. in l. Paulus. ff. de fideicom. liber. vbi fauore libertatis valet legatũ: etiã si testator ignorauerit seruum, cui libertatem reliquit, esse alterius, putans esse suũ: valet autem argumentũ à relicto libertatis, ad relictum ad piæ causas, vt asserit Bal. in l. proximè, ad fin. ff. de his quæ in testa. delen. & in l. Titio vsusfructus. §. vlt. ff. de cond. & de monst. de qua re dicam latiùs in priuilegijs piæ causæ.

32 Facit prætereà, quod sing. dicit Bald. in l. 1. col. 12. versic. quid de singulari amico. C. qui accusa. non poss. quòd singulares amici veniunt appellatione suorũ. Nam amicus amico dicit, Tuus sum in omnibus, & me tuum esse recognosco, vt dicit gl. in l. coloni, in verbo, & cuius ipsi sunt. C. in quib. cau. lib. 1. quod dictum Bal. pro sing. cõmendat Firmi. in suo Repertorio, in verbo, sultas. ver. 32. & Catel. in d. memor. in cip. amor licitus, & iterum in alio memor. incip. suorum appellatione. Et idem quoque voluit per illam glo. in d. l. coloni, Barb. in d. l. cum acutissimi. d. col. 11. vbi dicit eam glo. esse scribendam literis aureis, tacito tamen nomine Bald. Et rursum col. 41. versic. ego superiùs, vbi facit illam glo. sing. & iterum col. 49. versic. & etiam tunc erit, vbi allegat Bal. in d. l. 1. & hoc dicit probari per text. in l. hac consultissima. §. si quis autem, iuncta d. glo. in d. l. in testamento. C. de testa. Et idem Barba. in d. l. sciendum, col. 41. ver. secundò partes eligunt. ff. de verb. oblig. & in d. c. Raynaldus, vbi suprã, & in d. confi. 77. col. 2. lib. 4. in quibus tribus locis illam gl. pro sing. allegat, suppresso etiam nomine Bal. & idem Barb. d. confi. 22. col. 3. versic. primò dicitur, lib. 4. vbi dicit illam reputari sing. &

H 2 Feli. ad

Feli. ad hoc allegans d. glo. nulla quoque Bald. facta mentione in d. c. quoniam abbas, col. 2. de offic. deleg. & in c. cum dilectus, ad fi. de accusa.

- 33 Non omitto tamen quod Bald. in d. l. i. nu. 33. C. qui accus. non poss. dicit, quod illa glo. abusuè loquitur, nec aliquo iure probatur. & Rom. in repe. d. §. de viro, in. 26. fallè. dicit quod loquitur referendo cōmunem loquendi consuetudinem: & Barb. d. cōsi. 3. col. 6. versi. & sic ex istis, & iterū col. 11. versi. nec obstat si quispiam, lib. 2. dicit illam glo. quam posteriore loco facit sing. loqui secundū morem laicorum, & vulgarium. Nam secundū iuris dispositionem non veniunt amici appellatione suorum, secundū gloss. quam etiam in d. col. 11. dicit sing. & meliorem de iure, in l. si fœmina. C. ad Turpil. vbi tamen gloss. nihil omnino de amico loquitur. Sed & quod id lege non probatur, asserit, Ioan. Ana. in c. cum dilectus, col. 1. vti. de accus. post Bald. in d. l. i. ob id que subobscurè negat vterq; amicum posse accusare pro iniuria illata amico.
- 34 Huc quoque spectat, quod ex multorum sententia, sicut cōiunctus pro cōiuncto admittitur ad agendum sine mādato, cum cautione rati: vt sunt iura vulgata: ita etiam amicus pro amico. Ita voluit Specul. cuius vel vnus authoritas apud omnes quàm multorū pluris semper valuit, titu. de aduo. §. obijcitur, versi. est & quartus ordo. Ioan. And. Anto. Panor. qui tamē nutat. in ca. vlt. de postul. Gull. Cu. Cy. in addi. Bald. Raph. Fulg. & Paul. Cast. in l. sed & hæ. de procur. & Feli. in ca. cum feria. col. 7. versi. not. semper, de constit. Petr. Cy. & Ioan. Fab. in l. inuitus. & l. exigendi, & ibi etiā Salic. & Iaso. C. de procur. & in l. mandatū. C. manda. Bar. in l. non solūm. §. qui alieno. versi. ita intelligunt. ff. de procu. Bald. in l. maritus, post princ. C. eo. Fulgo. in l. tutori. C. de nego. gest. vbi dicit illum tex. qui videtur innuere contrarium, intelligi de amico leui amicitia cōiuncto, Pet. Anc. in cle. 1. de procur. Panor. cōsi. 7. tria circa primum dubiū, col. 3. versi. si enim quisquis agēs lib. 2. Alex. in d. l. cū alienam, col. 2. C. de lega. Barb. in d. l. cū acutissimi, col. 11. & cōsi. 60. illud in medium afferam, col. 8. versi. præterea facit, lib. 3. & Soci. (si is est) in tractatu fallentiarum, regula. 219. quæ incipit, lex generaliter loquens, versi. fallit ratione amicitia, & cōsi. 263. capio primum. col. 6. versi. sed ad ista respondeo, dum allegat not. in d. §. qui alieno, & in d. l. exigendi, & Philip. Corn. cōsi. 81. primus cōsultationis articulus, col. pen. ver. hinc videmus, lib. 1. & Iason in d. l. Titia, in princ. col. 5. ver. vlt. circa istam, ff. de verbo. oblig. Alcia. in l. latæ. §. amicos. ff. de verb. sign.
- 35 Et ad hoc optimè facit huiusmodi ratio: Non potest videri alia ratione statutum, vt cōiunctus pro cōiuncto possit agere sine mandato, quàm propter affectionem, ex qua tacita voluntas absentis cōiuncti arguitur, quia contra ipsius voluntatem non admitteretur cōiunctus, vt est tex. expressus in l. Pomponius. §. vlt. ff. de procur. & ita expressè hanc solam hu-

iuse.

- iuse rei rationem esse dicit Panor. in c. nonnulli. §. sunt & alij, col. 5. versi. & vltius etiam suaderi posset, de constit. vbi & eadem ratione tenet contra communem op. admitti concanonicum pro concanónico, cum ratio admittendi cōiunctum militet in concanónico. Qua etiam ratione possumus intrepidè asserere amicum pro amico admittendum, cum maior sit affectio inter amicos quàm cōiunctos, potiusque illis nostra negotia cōmittimus, quàm istis, vt satis dictum est & postea item dicemus.
- 36 Sunt tamen plerique non contemnendæ authoritatis viri qui multis magnisque rationibus, & argumentis contrariū tenuerunt, quos si quis scire velit, legat Panor. in d. cap. vlt. col. 3. versi. aduerte, de postul. qui licet teneat hanc partem, dicit tamen quod fortè contrarium teneretur: legat inquam Alex. in repe. l. sæpe. col. 33. versi. secundò potest saluari dictum Inno. ff. de re iud. & in sua addi. ad Bar. in d. §. qui alieno. Sed omnibus eorum argumentis, & rationibus respondet Iason in d. l. exigendi, vt ibi videre poteris.
- 37 Verum, primam sententiam non minimūm comprobatur glo. no. in cap. quàm sit, in verbo, petere, versi. sed pone, de elec. lib. 6. quæ hinc sumpta occasione, quod text. ibi statuit, vt electus infra tres menses post consensum electione præstitum confirmationem petat, alioquin electio eo ipso vires amittat: Querit, an sit satis, vt electi amicus eius nomine hanc confirmationem petat sine mandato: & concludit satis esse, modò electus ratum habeat infra illos tres menses, & illam glo. sequitur Domi. ibi.
- 38 Nec hinc quidem longè abest, quod dicit Panor. in c. dura, col. 2. versic. idem in literis. de crimi. fal. quod amicus pro amico potest sine mādato impetrare literas ad beneficia, vt dicit notab. per glo. in cap. ad aures, & c. nonnulli, de rescrip. id quod etiam dicit Barba. nulla Panor. facta mentione in d. c. Raynaldus, quo loco supra citauimus, & d. cōsi. 3. col. 11. versic. nec obstat si quis adduceret, lib. 2. & con. 54. à Ioue principium, col. 5. ver. ergo nullo modo, lib. 4. & vbique ad hoc allegat docto. glo. quas in primis locis dicit sing. nec alibi in censura canonica reperiri. Veruntamen illæ glo. nihil de amico loquuntur: imò dicunt vnumquemque sine delectu posse pro alio sine mandato rescriptum ad beneficia obtinenda, non etiam ad lites impetrare. & quod de amico dictum est, longè lateque examinat ipse Barb. in d. rub. de rescrip. in cle. col. 8. et seq.
- 39 His quoque accommodari potest, quod voluit Hostien. et post eū Io. And. et Anto. in d. c. vlt. de postul. quod quemadmodū sacerdos alioquin prohibitus postulare, potest tamē pro cōiunctis personis, si necessitas immineat: vt est ibi tex. ita etiam potest pro amico intimo fraterna charitate dilecto.
- 40 Cui accedit quod tradit Inno. in c. cum I. et A. de re iud. quod religiosus potest esse procurator pro amico monasterij, etiam laico, sicuti et pro monasterio, etiam sine consensu abbatis. sequitur Anto. in cle. et si principalis,

H ; et ibi

& ibi Barb. col. 12. ver. an autē possit esse arbiter, de rescrip. vbi per hoc dicit quòd religiosus potest esse arbiter inter amicos monasterij, sicuti vbi ueratur utilitas ipsius monasterij, & idem Anto. in cap. 1. col. vlti. de syndi. & in ca. peruenit, in 1. no. qui fil. sunt legit. Rom. sing. 276. monachus non potest, vbi hoc dicit sing. cum alijs concord. adductis per Feli. in d. c. cum. l. et A col. antepe. versi. casus in quibus.

41 Adiuuat quoq; hanc opin. huiusmodi ratio. Nam quis sine mandato potest agere ad implementum eorum, quæ ad pias causas disponuntur, vt est text. in §. sin autem qui hoc facere, in authen. de eccl. titu. Specu. titu. de instru. edic. §. nunc verò aliqua, versi. sed nōne quilibet de populo, & post illum Roma. qui illum tex. dicit sing. cōsi. 69. viso quæstionis themate, col. 1. ver. secūdò principaliter, et expressius cōsi. 428. in terminis propositæ cōsultationis, col. 3. versi. tertio ad idem. & alibi fortè latius dicemus. Ac iā suprā demonstratum satis est, amicitiam & piam causam æquo iure incedere. Igitur & hoc quoq; in amicitia, vt in pia causa obtinere debet.

42 Confirmantur suprādicta, quòd quemadmodum quis potest vim con sanguineo illatam impunè propulsare, vt voluit not. Bal. in l. raptores. per illum tex. in 2. no. C. de episc. & cler. cum cōcord. alibi per me traditis. ita et vim amico magna & (vt nostri dicunt) stricta cōiuncto illatam licet repellere. Ita not. dicit Bald. in l. vt vim. col. 3. ver. quinto quæritur, an liceat. ff. de iusti. & iur. quoniā tales amici (vt ait) æquiparantur cōsanguineis allegat. d. l. cum alienam. C. de lega. Et veri (vt subdit) amici, sunt vera anima in pluribus corporibus, vt dicit Aristote. quē is citat, lib. Ethicor. 9. ca. 8. id quod iisdem ferè verbis refert, & sequitur Barb. in d. l. cum acutissimi, col. 11. ver. & si verbis daretur audacia. Sed et illud Aristotelicū citat idē Bal. in l. imperialem. in princ. tit. de prohi. alie. feu. Et illud quoque Bal. dictum in d. l. vt vim, sequitur Corne. cōsi. 107. visa inquisitione, col. 3. versi. quinimo etiam, lib. 1. Idem autē Bald. alibi, videlicet in ca. cum inter R. seniore, ver. dicit statutum, de elect. quod amico licet amici sanguinem redimere.

43 Quin etiam plus dicit Bar. (aut quisquis is fuit) in l. deuotum, in fin. per illum tex. C. de meta. & epidime. lib. 12. quòd amicus potest resistere cuicūque inferenti vim amico, etiam in rebus, quod dicit esse notandum. quod & ibi tenet Ioā. Plat. per illum ipsum tex. et sequitur Corne. d. cōsi. 107. col. 3. versi. quin insuper, & cōsi. 204. pro decisione, col. 2. versi. & pro defensione, lib. 1. vide Bar. in d. l. vt vim. & ibi omnino Claudiū de Ses. & Bald. in repe. l. 1. C. vnde vi. Idē quoq; Bar. in l. prohibitū. C. de iur. fisc. lib. 10. dicit quòd amicus etiam inuocatus pōt (sicuti & cōsanguineus) iuuare amicū resistendo etiam de facto officiali iniuste exquenti: refert & sequitur Bal. cōsi. 143. super quæst. vertente, col. 2. lib. item. 2. vbi per hoc pulchrè dicit, quòd amicus amico pōt suffragium defensionis impartiri etiam sine requisitione.

Ex qui-

44 Ex quibus iuncta in d. l. vt vim. quæ voluit in metienda alterius licita defensione affectionem considerari, manifestè colligitur tantum operari amicitiam in consideranda affectione, quantum coniunctionem sanguinis. Ideoque Bar. in l. culpa caret. ff. de reg. iur. dicit quòd illa glo. non tantum intelligitur de affectione sanguinis. Quòdque ex ipsius Bar. in eo loco sententia scribit Bal. in c. sicut, huius initij. 2. col. vlt. versi. dicit Bart. de iure iur. quòd licitum est consanguineis & amicis etiam non requisitis obsessum motu proprio iuuare. Et idem fermè dicit ipse Bal. in cap. 1. col. vlt. versic. quæro vtrum quis, quod met. cau. Sed si vera dispicimus, longè valentior est amicitia affectio, quàm consanguinitas, si Iustino credimus ita scribenti lib. 5. Alij fratres, aut filios, aut parentes deflent cognatos, alij amicos chariores cognatis, & suprā quoque satis diximus.

45 Et Bald. qui cōsi. 39. factum super quo consilium petitur, lib. 2. dicit fratrem pro fratre admitti testem in causa ciuili, nisi ratione intensæ amicitia repellatur. Bal. ergo ad testis repulsionem plures æstimauit intensam (vt cū eo loquar) amicitiam, quàm fraternitatem, qua nulla propè charior est vt diximus, coniunctio. Et idem fermè voluit Bal. in l. parentes. C. de testib. vbi & ad hoc allegat d. l. cum allegas. C. de castr. pecu. lib. 12. & idem Bal. in l. 1. C. de epi. & cler. vbi & in eam rem allegat d. l. cum allegas, & in tractatu de duobus fratribus. & Barb. in c. repellantur. de accus.

46 Sed quoniam huc prouecti sumus: nonne magna amicitia semper repellit à testimonio, vt voluit glo. in summa. 3. q. 5. & Specul. tit. de testib. §. 1. in princ. & Bal. in c. 1. de testi. versi. quæro nunquid & Roma. con. 405. quæstio proposita. & Alex. con. 78. in causa & lite vertente inter Bartolomeum, col. 2. versi. nec obstat etiam si dicatur, lib. 1. Feli. in cap. quotiens, col. 2. de testib. & facit tex. in l. 3. ad princ. ff. de testib. & in §. testiū. 4. q. 3. cum si. Nulla tamen consanguinitas præter eam quæ est inter parentes & liberos, omnino repellit in causis ciuilibus, nisi propter aliud quidpiam aduentitium, vt plenè no. per legum interpretes in d. l. parentes, & per canonum interpretes in c. accedens, huius initij. 1. vt lit. non contest.

47 Nec videtur à proposito alienum, quod voluit Ab. antiquus in c. petitio. de iure iur. quòd si quispiam iurauit alium defendere contra omnem hominem, non videtur iurasse, nec tenetur illum defendere aduersus suos ipsius amicos, sicut nec cōtra consanguineos. quod & Panor. ibi col. vlt. ver. nō tamen placet, admittit in magna amicitia cōiunctis, ad quos ipse iurans videtur eandē, quā ad seipsum habere affectionē. allegat no. in d. l. sed & hæ. ff. de procur. & alia iura. & sequitur Bar. in d. l. cum acutissimi, col. 91. ver. & faciat quod voluit. C. de fideicō. vbi & ex hoc no. q. æquiparatur sanguinis cōiunctio, & magna amicitia. Et idē voluit nulla prædictorū doc. facta mentione Io. Montef. in repe. l. frater à fratre, col. 6. ff. de condi. indeb.

H 4 Confine

- 48 Confine est & quod voluit Cyn. in l. vlt. col. pe. in. 8. quæst. C. de spons. quòd sicut mulier non potest pœnam promittere si nò nupserit, quia matrimonia debent esse libera, vt ibi not. & in l. Titia. ff. de verbo. obligat. sic nec illi quibuscum est mulieri còsanguinitas, aut magna amicitia: propter quos, ne videlicet ipsi soluendo pœnam, incommodum paterentur, nuberet mulier. quod & idem voluit Barb. in d. l. Titia, post princ. & ibi quoque Angel. in princ. Fran. Aret. col. 6. versu. in ea glo. ibi, & Ioan. And. in c. gema, ad fin. versu. alij loquuntur, de sponsa. & ibi etiam expressè Collec. & Pan. col. 3. versu. venio ad secundum.
- 49 Cui & simile est quod dicit Barb. in l. si plagij, versu. quæro si valeat. ff. de verb. oblig. quòd tum demum valet huiusmodi stipulatio, Promitto centum, si Titius plagium fecerit, cum Titius ille sit meus consanguineus, aut amicus, vt qui verebitur facere plagium, ne incidam in pœnam.
- 50 Adde, quòd sicut còsanguineorum præsentia excludit præsumptionem fraudis et metus. l. Polla, & ibi Bald. C. de his quib. vt indig. & idem Bald. in l. vnica. col. 12. ver. sed pone minor. C. de cõfess. & in c. sicut. col. 2. de probat. & cõsi. 1. 9. refutatio nò valuit. lib. 5. & in c. 1. circa medium, de tràsact. qui hoc dicit sing. no. in d. l. Polla. Ita & amicorum quoq. l. transactione. & ibi doc. C. de tràsact. & Barb. in l. 1. C. de præd. cur. lib. 10. & Bal. in. 5. ite sacramenta, col. 4. versu. item potest introducere, tit. de pac. iur. fir.
- 51 Propterea licet tutor non possit bonorum possessionem pupillo delatã repudiare. l. tutor. ff. de bono. possel. potest tamen amicis pupilli interueniẽtibus, quasi tunc cesset omnis fraudis suspicio, vt voluit glo. in d. l. tutor. quam sequitur Bald. in l. pupillorum, post princ. C. de repu. hære. & ibi Iason qui eam facit sing. et idem Bald. in rub. C. qui admit. col. 2. ver. & ideo de facto dicebam, vbi eam quoq. facit sing. ad hoc quòd non sufficit amicos esse præsentis, nisi sciant quid agatur & intelligant negotium.
- 52 Et dicit pulchrè Barb. in l. frater à fratre, in vlti. char. versu. tertio quæro. ff. de condi. et. indeb. quòd licet paterfa. non possit emere filio bona quorum est legitimus administrator, cum de his non possit filius disponere sine patris autoritate, nec possit pater se authore emere, per tex. in l. 1. ff. de autho. tut. Nec fortè (vt ait) cõtraheretur obligatio etiam naturalis, sicuti dicimus de pupillo contrahente cum tutore. l. pupillus, eo. tit. fallit tamen quãdo id fieret præsentibus amicis, tanquam etiam cesset omnis suspicio, videaturq. factum palàm, & bona fide, per d. l. tràsactionem. ideo valeret l. cum ipse. C. de cõtrahen. empt. quod dictum dicit sing. & memoria dignũ Iaso. in d. l. frater à fratre. col. 22. versu. signa tamẽ vnum, in princ. & in l. singularia, col. 6. versu. pulchrum. ff. si cert. peta. & in l. pacta nouissima. in. 3. not. C. de pact. & in c. 1. col. 3. versu. confirmo etiam per id titu. qui feud. dar. poss.
- 53 Sed & è contrario, quemadmodum inter consanguineos inuicem contrahentes

- trahentes plerunque fraus præsumitur, & simulatio. l. data, & ibi doct. C. de dona. Bar. & alij in l. post contractum. ff. de dona. cum simili ita & inter amicos quoq. vt sing. voluit Barb. d. cõsi. 22. col. 3. lib. 4. & Pau. Pic. in repet. d. l. post contractũ, col. 12. versu. vltim. dominus Bar. concludit.
- 54 Quid? quòd idem Barb. in repe. d. l. cum acutissimi, col. 11. (in qua superius illum sæpe citauimus) dicit quòd lex illa loquens in filio, aut alio descendente hærede instituto, & rogato hæreditatem restituere, habet locũ in amico grandi amicitia iuncto. Ad quod citat pleraque ex his quæ supra diximus, dicitq. hoc sibi videri verissimum, & nouum, dolendum tamen quòd à nemine graui, & excellenti doctore hoc fuerit auditum. Quod iterum scribit, & affirmat colũ. 11. versu. & si verbis daretur. cum sequentibus: & refert Iason l. exigendi, colũ. 5. versu. adde etiam illud. C. de procurato. vbi tamen non firmat, quin subobscure reprobat idem Iason in dicta. l. Titia. in princ. colũ. 5. nume. 14. versu. vltimo circa. ff. de verb. oblig. & apertius Soci. in repe. l. cum auus, col. 3. ff. de cõdit. & demonstr. vbi respondet omnibus rationibus Barb.
- 55 Nec silentio præmittendum id quod dicit Archi. in ca. statuimus, de elec. lib. 6. & in c. non solent. 2. q. 6. quòd licet non audiantur appellantes, nisi quorum interest, vel quibus est mandatum. l. 1. ff. de appel. recip. amicus tamen pro amico potest appellare. sequitur Luc. Pen. in l. 1. col. 2. versu. item scias quòd. C. de castren. pecul. milit. lib. 12. Alex. in addit. Barb. in d. l. 1. Et optimè facit glo. ibi, cum exponit illa verba quorum interest, ita dicẽdo, vel pecunialiter, vel affectione.
- 56 His succinere videtur quod post Pe. voluit Cyn. in l. inuitus. C. de procur. col. 5. versu. ex his pendet, quòd sicut coniunctus procurator constitutus videtur tacitè non contradicendo acceptare mandatum, licet sit secus in extraneo, per tex. in l. si filius. 5. inuitus. ff. eo. Ita quoque, si magnus amicus constituatur procurator, vt scilicet videatur (nisi expressè contradicat) mandatum acceptare, & sequitur ibi Bart. in 2. lect. Bald. qui dicit notandum, col. 2. versu. primò quæro, Sali. & Paul. Cast. Inferuntq. Cyn. & Bald. quòd si quis apud amicũ eo præsentem aliquid relinquat, videtur ipse amicus huius rei custodiam suscepisse, licet secus in alio videatur, per tex. in l. 1. 5. adeò. ff. de pact. & vtrunq. sequitur Pet. Anc. in c. licet, de procur. lib. 6. et in cle. 1. eo. tit. sequitur item quod priore loco dictum est, Ias. in l. que dotis col. 13. in 3. casu. ff. solu. matr. licet contrarium teneat Anto. in ca. ex parte decani. de rescript. & Domi. in ca. qui ad agendum. de procu. lib. 6.
- 57 Sed & è diuerso (licet non omnibus in confesso sit) quòd scribit Innocen. in eo ipso ca. ex parte decani, de rescript. quod si quis me sciente, & nò contradicente, meo nomine agat in iudicio, videor id ratum habere, tamẽ Imol. & Alexan. in l. 2. 5. voluntatem, colũ. 2. versu. & de materia. ff. solut. matri.

matri. dicunt haud dubiè istud procedere, quando inter agentem, & eum cuius nomine agitur, esset sanguinis coniunctio: sicut etiam si inter eos esset amicitia, vt not. Cyn. in l. in adoptione. ff. de adopt.

58 Adhæc, vt præsumitur donatio, & liberalitas ratione coniunctionis sanguinis, l. si seruus cõmunis. ff. de dona. inter vir. & vxor. cum concord. per me alibi traditis: aliàs autè secus. l. cum de indebito. ff. de probat. cum si. Ita etiam ratione amicitia, vt voluit Bald. in l. 2. in 1. q. C. de iure doti. allegat gl. in l. cum quid. ff. si cert. peta. quæ nihil de amico dicit. & idem voluit ipse Bald. in l. 1. versi. quæro. C. ad Velleia. & in ca. si cautio, col. 1. versic. quæro nunquid teneat, de fide instru. vbi etiam allegat not. in d. l. cum quid. Sed & id voluit glo. quam non allegat in l. Aurelius. §. Titius. ff. de alim. leg. ex tendens illum text. loquentem in sanguine coniunctis, ad coniunctos amicitia & charitate.

59 Et bene facit ad hoc tex. quem ea glo. allegat in l. si seruus plurium. §. vlt. (quem supra citauimus) ff. de lega. 1. vbi etiam glo. ponderat, & tex. in l. penul. in princ. ff. de alim. lega. & quod voluit glo. in l. si is qui. §. 1. in verbo, maximè. ff. de reb. dub. & alia glo. in l. semper in stipulationibus. ff. de verbo. signi. quæ intelligit textum ibi dicentem, quod in stipulationibus. & cæteris cõtractibus id sequimur quod actum est: deinde quod in regione, in qua id actum est, frequentatur: in dubio verò quod minimũ est, vt hoc videlicet vltimum procedat, nisi quis donet amicissimo, quo casu ex tacita donantis coniectura fiet latior verborum interpretatio. Et ad hoc facit illã glo. sing. Rom. in repe. l. si verò. §. de viro, in 26. fal. ff. sol. matr. & pro ea dicit esse tex. not. in l. capienda. §. vlt. ff. de reg. iur. cuius hæc verba sunt, nõ omnino ab ea re aliena: Quod in obscuro fit, ex affectione cuiusq; capit interpretationem, vbi glo. ad hanc sententiam refert tex. in l. cum alienam. C. de legat. supra sæpius citatum. Sed & illam gl. in d. l. semper, ad hoc not. Soci. in tracta. fal. in reg. incip. lex generaliter loquens, versi. fallit ratione amicitia, & nouissimè Petr. Rauen. in suo Alpha. in verbo, amicus, vbi etiam facit sing. atque etiam tex. in d. l. capienda.

60 Præterea, quemadmodũ nihil interest, an iudex consueuerit vexare con sanguineos appellantium, an appellantes ipsos, vt voluit Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori, in 9. quæst. ff. de oper. no. nuntia. & alibi latissimè differemus. Idem quoque, si amicos appellantium molestare solitus sit, vt nominatim dixit Ang. in addit. ad Bar. super. 9. quæst. per id quod not. ipse Bar. in l. si stipulatus fuero. ff. de verb. oblig. vbi dicit, quod non prodest ali cui habere ius habitandi in aliqua domo, nisi possit secum ducere amicũ.

61 Item, sicuti vasallus offendens dominum perdit feudum, iuribus vulgaris, ita & offendens amicum domini, vt videntur voluisse Iaco. Bel. Bald. Alua. in l. Imperialem. §. illud quoque, tit. de prohi. feud. alie. per Feder. &

Nicol.

Nicol. Eueraldus (vir certè non mediocris eruditionis) in nouo pulchroq; tractatu de locis legalibus, in loco à cõtrarijs, siue oppositis. col. 3. moueturque, quod quemadmodum vasallus, si cum inimicis domini amicitia ineat, feudum perdit, vt est tex. in ca. 1. tit. quot sunt testes necess. & not. in cle. pastoralis, de re iudi. ita quoq; vt contrariorum eadem sit disciplina, si cum amicis domini inimicitias contrahat, illosque offendat, trahuntque in hunc sensum id quod dicitur in d. §. illud quoque.

62 Sed & vt legentes magis atq; magis cognoscant quanti leges nostræ earũque interpretes fecerunt amicitiam, postremo huc multa, primũ ex nostris ll. deinde ex legum ipsarũ interpretibus, nullo ordine seruato in eam rem afferemus, vt interim taceam Aristot. Theophratum, Tulliũ, Senecã, atque alios externos scriptores qui de amicitia tam multa scripsere, vt non nisi iusto volumine complecti nequeas.

63 Primũ igitur adduco tex. not. in l. is qui amicitia. ff. de nego. gest. vbi quẽadmodum pater nõ repetit, quod in causam filij paterno affectu erogat, iuribus ad hoc vulgaris, ita nec alius, qui paterna amicitia quicquã impendit, per quẽ tex. dicit Lucas Pen. in l. 1. col. 1. C. de castren. pecul. libro. 12. quod amicus quodammodo loco patris habetur.

64 Secundò, tex. in l. sed si plures. §. in arrogato. in fin. ff. de vulg. & pupilla. vbi donatum filio ab amico patris, videtur donatum ipsius patris contemplatione, & illi quæritur. Ex quo not. Bar. quod donatum sponsæ, ab amicis sponsi, sponso quæritur, non sponsæ, de quo latè ibi per alios, & per Cor. cõsi. 81. primus consultationis articulus, col. antepe. & seq. lib. 1.

65 Tertiò, tex. in l. 2. in princ. ff. qui pet. tut. vbi amici parentum, sicuti & cognati possunt petere illorũ liberis tutores dari. Quin & dum datur tutor, aut curator infanti, aut minori, nõ tãtũ cõsanguinei, sed & amici vocandi sunt, vt voluit Bal. in c. 1. col. pe. ver. quid ergo, tit. de mili. vas. qui cõtu. est.

66 Quartò, tex. in ipsa l. 1. ex quo not. Lucas Pen. æquiparari opus propinquorum, & amicorum.

67 Quintò, tex. in l. sciendum. ff. de vsu. & in l. amicissimos, in princ. ff. de excus. tuto. & l. Scio, in princ. ff. de ann. leg. quibus iuribus constat homines negotijs, rebusque suis, suorumque, amicos adhibere solitos.

68 Sextò, in l. postliminis, post princ. ff. de capti. & postli. reuers. vbi reuersus ad nos intelligitur, qui ad amicos nostros peruenit, non minùs, quàm si intra nostra præsidia esse inceperit.

69 Septimò, tex. in l. vlti. ff. vbi pupil. educ. deb. ex quo not. glo. vocãdos esse amicos absentis, cum debet aliquid fieri in eius præiudicium, & est simili fermè tex. quẽ ea glo. allegat in l. ergo. ff. ex quibus caus. maio. vbi nõ aliter illud edictũ habet locum, quàm si amici fuerint interrogati, an velint defendere, & ex eo not. Bar. & alij, quod vt quis dicatur verus contumax, requiri-

requiritur vt ipsius amici inquirantur, an velint defendere. Et l. hæc autē. §. i. ff. qui. ex caus. in poss. ca. vbi amici pupilli requirendi sunt, vt defendant antequam iudex decernat bonorum possessionem, neq̄ enim verisimile est, vt illic dicitur, amicos omissores pupilli defensionem.

70 Propterea plerique voluerunt citandos esse amicos absentis debitoris, antequam perueniatur ad secundum decretum. In qua opinione fuit glo. in cap. cōsultationibus, de offic. deleg. ibi, interrogandi sunt amici, & glo. in cap. causam, quæ. de dol. & cōtum. & inc. vlt. in glo. vlt. & ibi quoq̄ Innoc. & Ioā. Andr. de eo qui mit. in poss. & glo. in cle. i. in verbo, liceret, de rescript. & in clem. i. in verbo, ex certa scientia, & ibi Cardi. Flor. in .6. q. de iudic. & Azo in Summa. C. de bon. autho. iud. poss. vers. sed nūquid. Specul. tit. de citatione. §. sequitur, vers. sed nunquid, Barto. in auth. qui semel, circa medium. C. quo. & quan. iudex, Angel. in l. vt perfectius, col. 2. C. de ann. excep. Sali. in l. 3. C. de procur. & latē Alex. qui adducit concord. in l. si finita. §. Iulianus, col. 8. ff. de damn. infect. & ibi etiam Ludo. Bol. in repet. char. 11. & 2. seq. Sed & cum datur curator bonis absentis, citandi sunt eius amici, vt cōsultuit Raph. Fulg. cōsi. 114. Nicolaus de Quinto, col. 2.

71 Octauò, tex. in l. aut qui aliter, ver. & si fortē. ff. quod vi aut clā, vbi clam facere dicitur, qui se opus facturum non denuntiat amicis, his absentibus, quibus erat denuntiandum.

72 Nonò, tex. in l. 1. C. si per vim, vel ali. mo. vbi amicus etiam sine mandato admittitur ad recuperandā possessionē, qua quis absens spoliatus est, quod bene facit ad id quod supra diximus, amicum pro amico posse agere.

73 Decimò, tex. in l. 1. §. similiq̄ modo, huius initij. 2. C. de lati. liber. tol. in illis verbis, & hoc neq̄ secretò, neque inter solos amicos. Ex quibus colligitur nostra nos secreta solere amicis committere.

74 Undecimò, tex. in eo ipso. §. in illis verbis, tali affectione fuerit accensus, vt etiam filium suum nominare, &c. Ex quibus item colligitur amicitia tantum habere virium, vt vel seruos filios proprios nominare faciat.

75 Duodecimò, in l. si donationū, in fi. C. de nupt. ex quo notāda sunt duo ad hunc locum maximè pertinentia. primum, quòd in contrahendis nuptijs amici sunt conuocandi. secundum id certè multum habere ponderis & momenti, quòd amicorum fide, & consensu vsurpatum est.

76 Decimotertiò, tex. in ca. de iudicijs. 3. q. 3. vbi in nostris negotijs quærenda sunt amicorum consilia.

77 Decimoquartò, quòd tradit glo. l. 1. §. ait prætor. ff. de postul. quòd licet aliàs quis possit cogi vt sit aduocatus, non tamen contra amicum. quem facit singul. Petr. Rau. in suo Alpha. in verbo, amicus, in fi.

78 Decimoquintò, quòd scribit Bar. in l. 2. col. itē. 2. C. de neg. gest. quòd amicus aliàs nō cōsuetus patrocinari, præsumitur gratis pro amico patrocinari.

Decimo

79 Decimosextò, quòd tradit idem Bart. in l. gerit. col. 3. vers. quæro quòd si conuocatis, &c. ff. de acquir. hæred. Actū præsumi deliberatum, quem conuocatis amicis conficimus, per text. in l. Pamphilo. §. propositum. ff. de lega. 3. ibi accerfitis amicis, de quo etiam per alios in d. l. gerit, & eundem Bart. in l. vlt. ff. de testa. & Iason. in l. 1. C. de sum. tri. in vtraque lec. videlicet in Padu. col. 3. vers. non ob. in lec. autem Tici. in 5. col. vers. & non ob.

80 Decimosseptimò, quòd dicit Bal. in d. rub. C. qui admit. col. 4. in 6. quæst. vers. item si hæreditas sit delata, quòd si delata sit hæreditas absenti, qui vagatur per mundum, & nescitur vbi sit, possunt amici pro eo comparare sine mandato, & efficere, vt ei decernatur bonorum possessio.

81 Decimooctauò, quòd voluit idem Bal. in cap. consultationibus. in fi. de offic. deleg. quòd amicus etiam sine satisfatione admittitur ad allegandum causas absentia, quòd dicit esse menti tenendum, & allegat glo. quam ad hoc dicit sing. in l. in eo. §. nemo. ff. de regul. iur. quæ tamen indefinitè loquitur de tertio vt admittatur nulla amici facta mentione.

82 Decimononò, quòd voluit idem Bald. in cap. super eo. huius initij. 2. de testib. quòd potentia amicorum facit hominem excellentem. Sed & ibi Panor. col. 2. vers. tertio no. de potentia, dicit quòd quis propter amicos est potentior. in eumque sensum trahit text. ibi loquentem de potentia, cui planè consonat Plautinum in Truculento adagium.

Vbi amici, ibi opes.

Quod & Quintilianus vsurpauit lib. 5. tit. de exēplis, cui potissimū locus fuit apud Scythas, quibus is ditissimus existimabatur qui certissimos, optimosque amicos possideret, sicuti apud Lucianum retulit Toxaris & ipse Scythas. Propterea & antiquis celebratum est illud prouerbium, Amicus igni & aqua magis est necessarius. cuius meminere Aristoteles in Moralibus, Cicero in Lælio, Plutarchus in commentario, quem scripsit De assentatoris, & amici discrimine.

83 Vigesimo quòd dicit ipse Panor. in c. quoniam frequenter. §. porro, col. 3. vers. quæro an ille, vt lit. non cōtest. quòd satis videtur probari aliquem impedire, ne citatio ad eum perueniat, ex eo quòd amicus eius impedit.

84 Vigesimo primo. quòd voluit Iason. in d. l. 1. in vtraque lec. videlicet in i. col. 3. & in 2. col. 5. C. de sum. tri. dum respondet ad tex. in l. Pamphilo. §. propositū. ff. de leg. 3. per quem Bar. in l. serui electione. in prin. ff. de lega. 1. dixerat quòd ista verba. Volo, vel, vellem relinquere Titio fundum, disponūt in vltima voluntate, licet non in contractibus. Nam contra Bar. tenent omnes præter, Angel. in d. l. serui electione, quos sequitur Iason, vbi supra. Nec obstat inquit d. §. propositum, quia illic multa concurrebant, inter quæ illud est, quia huiusmodi verba fuerunt prolata erga personam verisimiliter multum dilectam, arg. d. l. in testamento, cum glo. ff. de fideicom. liber.

I Plura

85 Plura de amicis amicitiaque ex legum autoritate congesi in vnum locum, quàm fortè antea à quoquam ex nostratibus sit factum. Nunc verò tempus est, vt ad id redeamus, de quo præcipuè nostra est disputatio. Quæcunque à nobis de amicis dicta sunt, eò certè tendunt vt demonstrem què admodum clementiùs puniendum est, quod pro consanguineis commissimus, ita & quod pro amicis, quod & aperte (ne autoritate alterius careamus) sentit Alex. vir in legibus omnium iudicio consummatissimus, confi. 144. post redditum primum consilium. in fi. lib. 2. vbi per text. in d. l. 2. ff. de recep. loquentem de consanguineis, dicit plus excusari receptantem bannitum amicum, quàm alium: quasi ea lex magis consideret amicitiam, quæ plerunque nobis est cum necessarijs, quàm ipsam consanguinitatem.

81 Et hoc quidem sententia vel Theologorum scriptorum autoritate potest comprobari: Petrus enim Lombardus, vulgò magister sententiarum vocatus lib. 2. di. 22. & ibi Theologi scholastici dicunt Euam simpliciter loquendo plus peccasse in transgressione præcepti diuini quàm Adam, cuius rei hanc inter alias rationem afferunt, quòd Adam ipse peccauit victus amabili quadam in Euam benevolentia, qua plerunque fit, vt offendatur Deus, ne offendatur amicus. quæ verba sumpta sunt ex diuo Augustino. 12. super Genesin c. vltimo. & rursus idem Augustinus de ea re loquens, Noluit (inquit) contristari suas delicias, consensit in actum prohibitum.

87 Lysander Lacedæmonius vir alioquin & virtutibus, & rei militaris peritia clarissimus, plurima tamen propter amicos facinora commisit, plurimas pro illorum dominatione, & potentia cædes confecit, sicuti Plutarchus refert tum, in vita illius tum in eiusdem, & Scyllæ Romani comparatione. Chilo item Lacedæmonius (qui habitus sapiens & vnus ex septem) falsum pro amici salute consilium dedisse dicitur, vt testis est Gellius lib. 1. cap. 3. vt hinc sapientum virorum autoritate, & exemplo discamus non esse tam graue scelus, quod amici causa committitur. Nam vt scribit Cicero De amicitia, si qua fortuna acciderit, vt minus iustæ amicorum voluntates adiuuandæ sint, in quibus eorum aut caput, aut fama agatur, declinandum est de via, modò ne summa turpitudine sequatur. Est enim quatenus amicitia dari venia possit. Quam sententiam deprompsisse videtur ex Theophrasto qui & eiusdem tituli libros composuit, sic enim propemodum de ea re scribit lib. 1. Parua & tenuis vel turpitudine, vel infamia subeunda est, si ea re magna utilitas amico quæri potest.

88 Verùm ipse Tullius videtur fuisse sibi contrarius: antè enim scripserat nullam esse excusationem peccati, si amici causa peccauerit, hancque primam in amicitia legem fanciuerat, vt neque rogemus res turpes, neque faciamus rogati: turpis enim excusatio est, & minimè accipienda, cum in cæteris peccatis, tum si qui contra Rempub. se amici causa fecisse fateatur. Et

tur. Et paulò post, Talis (ait) improborum consensus non modò excusatione amicitia tegenda non est, sed potius supplicio omni vindicanda est. hæc ille. secundum quam sententiam Pericles Atheniensis ab amico rogatus, vt pro re, causaque eius falsum diceret, respondit se ad aram vsque amicum esse, sicuti referunt Plutarchus in vita illius, & in Apophth. Græcorum, & Gellius quo loco nuper citauimus. Publius quoque Rutilius amico cuidam per indignationem quærenti, Quid mihi opus est amicitia tua, si quæ rogo non facis: respondit: Imò quid mihi tua, si propter te aliquid inhonestè facturus sum: testis Valerius lib. 6. rerum memorabilium. c. 4. & è nostris recetset Panor. in c. repellantur, in 2. no. de accu. vbi & ipse postquam ex eo text. notauit affectionem amicitia, quandoque hominem inducere ad blasphemandum, & malè loquendum de inimico amici: subdit tamen nihil pro amico inhonestum esse faciendum, citatq; eam legem Ciceronis.

89 Sali quoque in l. nullus. C. de male. & mathema. no. ex tex. ibi amicitiam reproborum esse repellendam, quod dicit notandum ad hoc, vt amicitia inueterata non excuset receptantem bannitum. Et illi legi consonat & Charondæ Thurijs lex, qua improborum statim amicitia renuntiare iussit, graues insuper pœnas sanxit, si quis aliquando cum malis amicitiam inisset, aut initam nõ statim discidisset. testis Diodorus lib. Bibliothecæ. 12. Verùm vt id caput tandem concludam, non mihi rectè videtur dixisse Sali. per ea quæ longè lateque diximus. fateor tamen non esse peccandum propter amicum, si tamen peccaueris ob id solùm, vt salutem eius consulas, non tam feuerè id peccatum esse puniendum censeo, quàm si extranei causa id ipsi admiseris. Sed de his propè nimium diximus.

Causa vigesimatertia.

S V M M A E.

- 1 Pœna delictorum aut remittendæ aut minuendæ propter vicinitatem.
- 2 Scientia præsumitur in factis vicinorum.
- 3 Vicini possunt propria autoritate resistere officiali, in causa vicini.
- 4 A vicinis vt multa commoda habemus, ita & incommoda plurima sustinemus.
- 5 Themistocles agrum venalem commendat à probitate vicinorum.
- 6 Vicinum oportet docere fines prædij, quod emit.
- 7 Marci Catonis præceptum obseruandum in emptione prædiorum.
- 8 Agrum empturos quænam oporteat obseruare. Ex Plinio.
- 9 Vicinus malus, magna pestis.
- 10 Damnum datum in agro, præsumitur datum potius à vicinis, quàm ab alijs.
- 11 Italiae statuta, vt damna data à trãseuntibus, sarciantur à vicinis locorum. Quod & obseruatum à Celtis & Celtiberis. nu. 12.

I 2 VIGE-



VIGESIMOTERTIO, in vicinis quoque id obseruandum arbitror, quod in consanguineis, & amicis dictum est: Vicinitas enim pro quadam affinitate est, eamque Terentius in Heautonti. reputat in propinqua parte amicitiae. Quin Solomon Prouerb. 27. Melior, ait, est vicinus iuxta, quam frater procul. Et Cicero lib. 1. Officiorum: Vicinum (inquit) citius adiuueris in fructibus percipiendis, quam aut fratrem, aut familiarem. Herodotus lib. 1. tradit Persas illos in primis obseruare reuerenter, qui proximè habitant: secundas tribuere his, qui à primis proximi. atq; sic deinceps progredientes, quò viciniores, hoc arctiori necessitudine iunctos existimare. Hesiodus in si. lib. 1. cui est tit. Opera & dies, vicinos potissimum ad conuiuium vocandos esse monet. Proinde apud diuum Lucam c. 15. Qui ouem inuenit, quã perdidit, veniens domum conuocat amicos, & vicinos (de consanguineis autem nihil dicit) dicens illis. Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quã perierat. quod & reperitur in decretis canonicis, in c. pœnitentem. 26. q. 7. Ex quo facile possumus colligere arctiorem quodammodo & amicitiam, & familiaritatem nobis esse cum vicinis, quàm cum consanguineis. ideoque sacrae literae in ordine scripturae vicinos cognatis anteponunt. Lucæ. 1. c. Et audiuerunt vicini & cognati eius.

Non mirum igitur si quemadmodum præsumitur scientia in factis sanguineorum. l. de tutela. C. de integ. resti. & l. octau. ff. vnde cognati. & l. si filium. C. de liber. causa. ita quoque & vicinorum. l. filium. ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. & l. si ita. §. ult. ff. de fun. instruct. & ca. quosdam. & ca. quanto. de præsumpt. & c. cum dilectus. de purga. cano. & ibi Panor. & voluit glo. in cap. paratus, in verbo, in nescire. 23. q. 1. & glo. not. in §. i. ver. fancimus, in verbo, officij, in authen. de testib. qui dicit, quòd vicinus præsumitur scire bonitatem, & legalitatem hominis, melius quàm alius nemo. Ad quod etiam allegat l. cum de lanionis. §. afinam. ff. de fund. instruct. & l. de minore. §. pen. ff. de quaest. quam glo. & ibi not. Angel. & ultra eam allegat l. 2. C. quando fiscus vel priua. & per hoc dicit (subdubius tamen) valere dictum testis deponentis aliquem esse bonum, & legalem virum, & se id scire, quia est vicinus. De qua re affatim differunt doct. in l. 1. ff. si cert. pet. & Alex. cõsi. 92. viso & opportunè. col. 2. versi. hoc præsupposito, nu. 8. lib. 5. & vtrobique concord. plurimæ.

Item sicut consanguinei, & amici, vel inuocati possunt propria auctoritate resistere officiali, vt diximus in præcedenti capite, num. 43. incip. confirmantur supradicta, ita etiam vicini: vt scribit Bart. in l. prohibitum verific. item nota, quòd licet. C. de iur. fisc. allegat text. nominatim de vicino loquen-

loquentem, in l. si quis in seruitute. ff. de fur.

4 Illud autem sciendum, quòd quemadmodum ex bonis probisque vicinis multa nobis commoda, & oblectamenta proueniunt, non secus atque ac consanguineis, & amicis, sic & ab improbis multa quotidie incommoda, atque detrimenta oriuntur. Hesiodus (quem multi Homero antepone-re non dubitarunt) hanc de ea re sententiam protulit, in eo opere, cui est titulus, *εργα και ημεραι*, lib. 1.

Γημα κακος γειτων.

Sed ego integram eius sententiã adscribendam satius duxi. Ea est huiusmodi.

*Ει γαρ τοι και χειμ' εγχαριον αλλο γηνεται,
Γειτονες αζωσοι εκιορ, ζωσαι το δε πιοι,
Γημα κακος γειτων, εσονται αγαθος μεγ' ονειαρ,
Εμμορε τοι τ' μη, ες τ' εμμορε γειτον εδλου.
Ουδ ανβους α πολοιτ' ει μη γειτων κακος ειη.*

id est, vt vertit Nicolaus Valla.

*Si aduersi quicquam acciderit de more repente,
Primum illa occurret, quæ si sine vestibus esset,
Nuda etiam veniet, quod nec tibi sanguine iunctus
Non aget: iste sibi vestes, atque omnia ponet,
Improba, damnosa est vicinia: sed proba, si sit,
Vtili. Hæc agitur cupienda est pectore toto,
Tanquam laudis opus: neque enim lamenta refundes
Amisisse bouem, proba si vicinus tecum est.*

Quem locum aliter traducit Erasmus.

*Si qua domi inciderit tibi res, tunc illico omiſſis
Adſunt Vicini zonis, cinguntur at ipſi
Affines, noxa est vicinis vt improbus ingens.
Contra ita maxima commoditas, ſi commodus adſit,
Deeſt honos hinc, bona quem vicinia deficit, at nec
Intereat bos, ni vicinus vbi improbus adſit.*

Illam autem sententiam, cladem esse malum vicinum, tanquam prouerbiale adfert Callarus in epistola ad Callielem inter epistolas rusticas Aelianum *πάλαι μὲν ἔρ λέλειται κακὸν εἶναι γείτων κακός.*

5 Quam quidem sententiam cum Spartiata quidam laudibus efferret, audiens Diogenes ille Cynicus, Atqui (inquit) & Meseñij perire, & eorū boves in vicinia vobis constitutis. Quippe Meseñam bello Lacedæmonij affligerant, author Pausanias. Themistocles autem Atheniensium princeps, vt Plutarchus in Apophthegmatis, & in vita ipsius retulit, cum agrum venalè proſcriberet, cæteris commendationibus illud addere præconem iussit, *οτι καὶ θραζους γειτωναε εχει*, id est, quòd vicinos bonos haberet, quasi vicini

I 3 commen-

cōmédatione futurus esset lōgè vèdibiliōr. Cui & suffragatur quod scribit Cicero in epistolis ad Atticū, lib. 12. epist. eius lib. 27. omniū verò 258. Domū tuam pluris video futuram vicino Cæsare. Et illud Martialis lib. 6. epig. 19.

Non de vi, neque cæde, nec veneno,

Sed lvs est mihi de tribus capellis.

Vicini queror has abesse furto.

Et alibi, scilicet lib. 7. epigr. 92.

Propter vicinum qui pretiosus erat.

Nec hic omittendum esse duxi extare apud Iouianum Pontanum in Actio dialo. 1. exemplum instrumenti veteris venditionis, in quo inter cætera illud scribitur, Tribules ac vicinos bonos habet, quos mox nominat.

6 Ex legibus Romanis quavis venditori prædij demonstratione fundi facta, non sit necesse confines emptori nominare. l. cum seruo. §. vlt. ff. de cōtra. empt. veruntamen si quis in vendendo prædio confinem celauerit, quem emptor si audisset, empturus non esset, teneri venditorem ad interesse dicit Iurisconsultus l. quod sæpe. §. vlt. ff. eo. quem tex. intelligunt glos. & docto. in vicino malo, & per illum tex. dicit Bald. confi. 482. magnifici viri domini. col. 1. lib. 1. quòd propter malos vicinos res minoris valet, minorisque emitur, & venditur, sed corruptè allegat Bal. d. l. quid tamen, cum d. l. quod sæpe vellet allegare, per illum quoque tex. dicit Corneus confi. 282. circa primum consultationis articulum. col. 3. versic. facit canon, lib. 1. quòd plurimum interest non habere malum vicinum.

7 Propterea Marcus ille Cato omnium bonarum artium magister, lib. i. De re rustica illud monet, vt cūm prædium comparare cogitabimus, animaduertamus, vicini quo pacto niteant. Quod referens Columella, & illud quoque Hesiodicum suprā citatum lib. Rei Rusticæ 1. c. 3. De vicini commodo (inquit) non est quidem certum quem nonnunquam mors, aliæque nobiscum diuersæ causæ mutant. & ideo quidā respuunt Catonis sententiā, qui tamen multūm videntur errare. Nam quemadmodum sapiētis est fortuitos casus magno animo sustinere, ita dementis est ipsam sibi malam facere fortunam: quod facit, qui nequam vicinum suis numis parat, cūm à primis cunabulis, si modò liberis parentibus est oriundus, audisse poterit:

μήδ' ἄρ' βοῦς ἀπολοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.

id est, vt obiter illud Hesiodicum interpreter:

Nec bos intereat, vicinus si improbus absit.

Quod non solūm (vt ad Columellam reddeam) de boue dicitur, sed omnibus partibus rei nostræ familiaris, adeò quidem vt multi prætulerint carere penatibus, & propter iniuriam vicinorum, sedes suas profugerint. nisi aliter existimamus diuersum orbem, gentes vniuersas perijsse relicto patrio solo, Achæos dico, & Hiberos, Albanos quoque, nec minùs Siculos, & vt pri-

vt primordia nostra cōtingam, Pelasgos, Aborigines, Arcadas, quàm quia malos vicinos ferre non potuerint. Ac ne tantūm de publicis calamitatibus loquar, priuatos quoque memoria tradidit, & in regionibus Græciæ, & in hac ipsa Hesperia detestabiles fuisse vicinos, nisi Antolyc⁹ ille cuiquā potuit tolerabilis esse conterminus, aut Auentini montis incola, palatinis vllum gaudium, finitimis suis Cacus attulit. Malo enim præteritorum, quàm præsentium meminisse, ne vicinum meum nominem, qui nec arborem prolixiorē stare nostræ regionis, nec inuiolatum seminarium, nec pedamenti quicquam adnexum vineæ, nec etiam pecudes negligentius pasci finit. Iure igitur (quantum mea fert opinio) M. Porcius talem pestem vitare censuit.

8 Plinius item lib. 18. cap. 5. Agrum (inquit) paraturos ante omnia intueri oportet aquarum vim, & vicinum: singula, magnas interpretationes, nec dubias. Palladius quoque qui de eadem disciplina scribit lib. 1. cap. 6. Tria (inquit) mala æquè nocent, sterilitas, morbus, vicinus. Ante hos Plautus in Mercatore, act. 4. scena quoque 4.

Nunc ego verum illud verbum esse experior vetus.

Aliquid mali esse propter vicinum malum.

Et huc quoque non nihil alludit illud Virgilij, Eglo. 1.

Nec mala vicini pecoris contagia lædent.

Et Eglo. 9.

Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.

Vnde & illud Martialis sumptum est lib. 8. epig. 55.

Iugera perdiderat miseræ vicina Cremonæ.

E nostris Lucas Pen. in l. quicunque. col. 8. in verbo, vicinos. C. de om. ag. defer. multis probat vicinitatem malorum obesse, atque inter alia citat illud Salustianum in bello Iugurthino: Vti quisque potenti confinis erat, sedibus pellebatur.

9 Vt interim non omittam illud Demosthenis aduersus Calicteam, οὐκ ἦν ἄρα, ἀνδρες Αθηναῖοι, καλιπώτερον οὐδέμ᾽ ἢ γείτων πονηροῦ καὶ πλεονέκτου τυχεῖν: Non erat quicquam, viri Athenienses, perniciosius, quàm improbum vicinum, nec suis contentum esse, nactum. Cui adstipulatur illud Aristidis in Themistocle, ἐσὼ τὸ γείτονεῖμα ἀλμυρὸν, ὡς φασιν: Sit falsuginosa (vt aiunt) vicinia. id quod illius interpres tradit ex Alemane poëta lyrico sumptum. Ex quo illud quoq; Platōis lib. 4. De legi. μάλα γε μὴ ὄντ᾽, ἀλμυρὸν γείτονεῖμα: Non sanè verè falsuginosa, & mala vicinia: super quo & tu vide Erasmiū Chil. 1. cen. 6. cap. 37.

10 Huc nimirum referri potest quod post Iacob. Aret. scriptū reliquit Bar. in l. si ita testamento. §. vlti. ff. de fund. instru. ar. illius tex. quòd damnum datum in agro, magis præsumitur à vicinis datū, quàm ab alijs. Sicuti & fur-

I 4 ta quoq;

ta quoque, uti subdit, à vicinis, potius quàm ab alijs facta præsumuntur, etiam arg. l. dominus horreorum. ff. loc. vbi & hoc sentit ipse Bart. in fin. et idem quoque ipse Barto. in l. 2. ff. de vi pub. & in l. vltima columna. 2. ff. de minor. dum loquens de vicinis, allegat d. l. si ita testamento. §. vltimo. & Angel. Aret. in tracta. maleficiorum, in verbo, fama publica præcedente. col. 15. versi. quæro in quo casu testes.

- 11 Hincq; multa sunt Italiæ statuta, quibus dānum datū à trāseuntibus, sarciri debent à vicinis locorum, tanquā scilicet præsumantur ab illis, aut culpa eorum facta, de quibus nostri doct. vbiq; tā in lect. quàm in cōsi. Quibus ad stipulatur quod ab Aristo. traditum est libr. θαυμασιωτα ἀκουσμάτων, id est, admirabilium consultationum, cap. 79. Ex Italia viam esse ad usq; Celtas, Gallos, & Celtiberos, Heracleam vocatam, in qua Græci & indigenæ transeuntes ab incolis obseruātur, ne quid eis fortè mali accidat: nam & hi pœnas pendunt, dānumq; lege sarciri, in quorum finibus datum fuerit.
- 12 Hæc tamen intelligenda censeo de malis vicinis, non etiam de bonis, ex sententia Bald. in l. 1. in princ. & rursus in fin. C. loc. vbi pulchrè admodū, & eleganter loquitur. & Alex. in addi. ad Bar. in d. l. 2. ff. de via publ. et August. Ari. & Bernard. Landri. in addi. ad Ang. Aret. loco nuper citato. & Iason in l. in actionibus. col. penul. ver. intellige, nu. 42. ff. de iure iur. & Matt. Afflict. in cōstit. Sicilia incip. in quæst. col. vlt. & Hippo. de Marfil. in l. qui falsam. colum. penul. versi. pro quibus etiam facit. ff. de fal.

Causa vigesimaquarta.

S V M M A E.

- 1 Pietas exercenda in quosvis homines, & cum eis humaniter agendum, ac non summo iure utendum in pœnis infligendis.
- 2 De misericordia reprehendi satius est, quàm de seueritate.
- 3 Natura homines mutua quadam cognatione deuinxit.
- 4 Delinquens salutem cuiusque hominis tutando, leuius puniendus: at multò etiā mitius, qui quidpiam admisit, causa consanguineorum, amicorum, aut vicinorum.



1 **VIGESIMO QVARTO**, Quauis nullatenus sit ab officio boni viri nè tantulū quidē discedendū, vel propter salutem alterius, cap. primum, versi. septimum genus. & cap. mihi autem, & melius cap. ne quis. & cap. faciat. & cap. si quis ad te. 22. quæst. 2. & per Theologos in 3. lib. sententiarum. dist. 38. Tamen quia facile culpa abstergitur, quam mater boni operis pietas ipsa comitatur, cap. si quælibet. 22. quæstione. 2. Ideo non solum, si pro salute consanguinei, amici, aut vicini (de quibus

quibus affatim diximus) sed & alterius prorsus extranei, & nulla alia ratione coniuncti, quàm quòd homo est, peccauerit, veluti quadam pietate motus, mitius est etiam puniendus. text. est not. in l. & eleganter. §. item La beo. ff. de dol. mal. vbi qui compeditum alterius seruum misericordia durtus, vt fugeret soluerit, in factum actione duntaxat: si non misericordia, furti quoque tenetur. & text. in l. vlti. post princ. ff. de custo. reorū. vbi qui miseratione custodiam dimiserit, mitius est puniendus, quàm qui fraudulenter id ipsum admisit.

- 2 Et huc quoq; accedit text. in c. alligant. 26. q. 7. vbi hæc verba adscribuntur: Deinde etsi erramus, nonne melius est propter misericordiam rationem reddere, quàm propter crudelitatem? cuius text. autoritate Panor. in ca. 2. de regul. iur. dicit quòd melius est reprehendi de misericordia, quàm de seueritate. Et facit quod voluit gl. in ca. 2. in verbo, intentio, de aposta. ex quo not. Panor. ibi, quòd facilius expiatur delictum ex quadam pietate commissum, quàm vbi impietas præstat causam delicto. hanc partē sequitur Luc. pen. in l. 1. col. 12. versi. item cū delinquens. C. de deser. lib. 12. & in l. si apparitor. col. 7. ver. causa & hæc multiplex. C. de cohor. lib. 12. dū inter causas minuendæ pœnæ, illā affert, cū q; ex pietate delinqt, per tex. i. d. c. si qlibet.
- 3 Adde, quòd inter omnes homines cognationem quandā natura constituit. l. vt vim. ff. de iust. & iur. & facit. l. non solum. ff. de appel. & ibi gl. & doct. illum tex. ad hoc referentes. Tullius lib. 1. de Legibus: Omnium (ait) quæ in hominū doctorum disputatione versantur, nihil est profectò præstabilius, quàm planè intelligi nos ad iustitiam esse natos, neque opinione sed natura esse constitutum ius etiam patebit, si hominum inter ipsos societatem coniunctionemq; perspexeris. Nihil est enim vnum vni tam simile, tam par, quàm omnes inter nosmetipsos sumus. Idē lib. 5. & vlti. Finium: In omni autem honesto, quod per se expetendum dicimus, nihil est tā illustre, nec quod latius pateat, quàm coniunctio inter homines hominum, et quasi quædam societas, et cōmunicatio vtilitatum, et ipsa charitas generis humani, quæ nata à primo satu (ita enim legendum est, non statu, vt vulgò corruptè legitur) quo à procuratoribus nati diliguntur, et tota domus cōiugio, et stirpe cōiungitur, serpit sensim foras cognationibus, primū tamen affinitatibus, deinde amicitijs, post in ciuitatibus cū ciuibus, et his qui publicè socij, atq; amici sunt: deinde totius amplexu gentis humanæ q; animi affectio suum cuiq; tribuens, atq; hanc, quā dico societate cōiunctionis humanæ munificè, et æquè tuens, Iustitia dicitur, et cætera quæ sequuntur.
- 4 Sed dicet aliquis, si semper est mitius puniendus, qui vt alterius qualiscūque, et prorsus extranei saluti cōsuleret, deliquit, quid (si Dijs placet) tot verba de coniunctis, amicis, et vicinis frustra effudisti, vt probares dandam esse aliquam in ea re consanguinitati, amicitia, vicinitati veniam? Nempe vt de-



vt demonstrarem aliquam esse inter hos differentiam, vt videlicet fit clementius is puniendus, qui vt salutem cuiusq; hominis tutaretur, iniustum quidpiam admiserit. Sed iterum isto leuius fit plectendus qui pro coniunctis, & cæteris huiusmodi peccauerit. Istic enim ad delinquendum adducit generalis illa cognatio, quæ inter humanum genus intercedit, hæc & eadē generalis cognatio, & præterea specialis animi, vel corporis, vel vtriusq; coniunctio ex consanguinitate, amicitia, vicinitate producta: quæ tantò maior est, quò specialior est, atque propinquior: & sunt duæ rationes vna fortiores, authē. cessante. C. de legi. hæc. cum simi.

Causa vigesimaquinta.

S V M M A E.

- 1 *Baptismo si quis donetur post patratum delictum, leuius est plectendus. Et quid si dissimulanter id fecerit. nume. 2.*
- 3 *Delinquentes plerunque priuatim quempiam ledunt, semper verò Rempubl.*
- 4 *Punitus in foro pœnitentiæ, potest accusari, & puniri in foro iudiciali.*
- 5 *Delinquendi occasio præcidenda.*
- 6 *Baptismus an aliquid remittat ex foro iudiciali.*
- 7 *Baptismus restituit hominem pristinae innocentie.*
- 8 *Clericus effectus, aut religionem ingressus post commissum delictum, an pœnã effugiat.*



IGESIMOQVINTO, Si quis post commissum delictum baptizetur, ei pœna delicti remittitur, cum & crimina ipsa dimittantur, nec obsint. 26. dist. fermè per totum. & c. quod autem. 32. q. 1. & c. vlt. de pœn. iten. dist. 7. & ca. 2. in fi. de cõsecr. dist. 4. vbi quidquid ab homine factum, dictum, cogitatum est, per baptismum aboletur, & quasi factum non sit habetur, & iterum c. regenerãte, & alijs multis, ead. dist. & c. gaudemus, de diuort. & latè per Theologos in. 4. Senten. dist. 4.

- 2 Et hoc quoque procedit in foro iudiciali, vt sentit gl. vlt. 49. dist. in Summa, & expressius in d. ca. quod autem. in gloss. etiam vlt. & in cap. vlti. in glo. quoque vltim. & Cald. Anto. & latius Imo. & Fel. in cap. de his, de accusa. & Barb. in clem. 1. versicu. nos igitur, colum. penult. de sum. trinit. vbi hoc tamen dicit procedere si non simulanter id fecerit, non aliàs, & nouissimè Thomas Ferratius. caut. 24. quæritur per scribentes, versicu. si vis ipsã mortem. vbi ita dicit fuisse obtentum Paduæ in causa cuiusdam Iudæi, qui commisso quodam enormi delicto Christianum se effecerat, conuocatisq; illustrioribus totius vniuersitatis doctõribus, causaq; per vtranque partem disputata, fuit tandem liberatus.

Contra-

- 3 Contrarium videlicet hoc solū procedere in foro pœnitentiæ, nõ etiam iudiciali, tenent pleriq; omnes, his potissimum rationibus. Baptismus enim respicit animam, cum per sacramentum quis efficiatur membrum Christi. cap. quia passus. de pœn. dist. 2. Et ideo absolutio, quã ecclesia baptizato tribuit intelligitur quo ad animã, quia talis remissio videtur habere causam limitatam respectu aiæ. Et quia ecclesia non defendit iustè condénatos pro furtis, & delictis. c. vlt. 24. q. vlt. Præterea, delinquentes plerunque quẽpiã priuatũ lædunt, semper verò rempub. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publ. et veñti. cum si. In quorum præiudiciũ non debet videri ab ecclesia concessum remissionis beneficium, l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. pub. fi. & c. super eo. de offi. deleg. & c. ex tuarũ. de autho. & vsu pal. Et hoc præsertim dicendũ in ecclesia, q̄ est cultrix iustitiæ. c. 1. tit. de ali. feud. Et facit quod in Euangelio legitur, Reddite quẽ sunt Cæsaris, Cæsari, & quẽ sunt dei, deo.
- 4 Et in simili dicimus, quòd punitus in foro pœnitentiæ potest accusari, & puniri in foro iudiciali, vt voluit glo. in d. c. de his, & ibi etiã doct. de accu. vbi Panor. Mari. & Franc. extendũt etiam, si fuerit imposita publica pœnitentiã, de quo latè Anto. Burg. col. 3. ver. capio gl. cum multis seq. de empt. & vendi. Et absolutus à crimine in foro ecclesiastico, potest nihilominus in foro seculari conueniri, vt latè probat Petr. Anc. in c. ea quæ. de reg. iur. lib. 6. Anto. But. & Panor. in ca. 1. de offic. ordin. & Ioã. Ana. in c. 2. de adult. & dicit Bald. in l. placet. C. de sacro. eccle. quòd absolutio facta ab ecclesia, non intelligitur in præiudicium fori secularis.
- 5 Deniq; facilè posset quisq; Iudæus, aut alius ethnicus pœnã criminis vitare, ad baptismum etiam in fraudem confugiens, & ita præstaretur occasio delinquendi, cum esset via paratissima ad pœnam euitandam, quod non est dicendum. l. conueniri. ff. de pact. dotal. & l. si maritus. §. legis, versu. ceterum. ibi, euitandi criminis sine causa. ff. ad leg. Iul. de adult.
- 6 Et ita in hanc partẽ quòd baptismus nihil remittat ex foro iudiciali, concludit glo. in c. admonere, in verbo, pœnitentia. 32. q. 2. & glo. Inno. & Hostiẽ. col. vlt. in fi. Ioã. And. Pet. Peru. Anto. & Pan. in d. c. gaudemus, per tex. ibi. in fi. de diuort. Pan. & Ioã. Ana. qui dicit hanc esse cõmunẽ op. Maria. & Franc. Aret. in d. c. de his de accus. & Cardi. in cle. 1. §. sanè. in 14. q. de vsu. Lucas Pen. in l. si apparitor. col. pen. C. de cohor. lib. 12. & è recentioribus, Phil. Dec. in c. q̄ in ecclesiarũ. col. 8. ver. tertiò & vlti. de cõsti. vbi & in hanc partem dicit se cõsuluisse Paduẽ, cum ex facto huiusmodi species incidisset, et secundũ ipsius consiliũ fuisse iudicatũ per Thom. Macomũ, potestatem Paduanum. Eius autem in eam rem confi. est. 130. proponitur quòd Iudæus, vbi hanc partem multis rationibus, & argumentis longè lateq; confirmat.
- 7 Et hoc quoque è Theologis sentit Alexan. Ales. in 4. parte suæ Summæ. quæst. 20. membro. 1. arti. 2. cum dicit, quòd in baptismo omnis culpa deletur, &



- tur, & restituitur homo in pristinam innocentiam, quantum ad animam, quasi secus sit de corpore: & idem quoque iisdem omnino verbis dicit D. Bonauétura in d. 4. sententiarum, dist. 2. arti. 1. q. item. 1. Sed & hoc voluisse videtur D. Thomas. in 3. parte Summæ, q. 68. art. 5. in fin. dum scribit, quòd baptizati debent satisfacere proximis, de iniurijs ante baptismũ illatis. Sed & expressiùs hanc sententiam sequutus est quæst. sequen. arti. 2. in fi. dicit enim, quòd licet homicida liberetur à reatu pœnæ per baptismũ, quò ad Deum, remanet tamen obligatus quò ad homines, quos iustum est ædificari de pœna, sicut scandalifati de culpa, piè tamen talibus princeps pœnæ indulgeret. hæc ille. quem sequitur (loco iam citato) Astessanus libr. 4. suæ Summæ, titu. item 4. art. 1. col. vlt. versi. vtrũ iudex secularis, & in eadem fuit opinione Anto. Flor. in 1. parte 3. partis principalis Summæ, tit. 14. cap. 13. post princ. dicens quòd omnis pœna debita in dei iudicio remittitur in baptismo, sed non debita in iudicio hominum, quia non tollit pœnã mortis debitam pro maleficio commisso.
- 8 Quid autem de eo, qui post commissum delictum efficitur clericus, vel ingreditur religionem, vide Oldra. confi. 4. quòd laicus delinquens. Barto. & alios in l. 1. ff. de pœn. Bald. in l. 1. ad fin. C. an ser. ex fact. su. C. ep. caut. 9. cuius est exordium, si quis commisit. Iason in l. pen. in princ. in vlti. not. ff. de iurisd. omn. iud. Bar. Gul. Iac. But. & Bald. in l. vlt. ff. qui satisf. cog. Ioã. And. in c. 1. de obl. ad rati. Cyn. in auth. causa quæ sit. C. de Epif. & cler. Iaco. Aret. in l. iam tamen. ff. de iud. solu. Bar. Brix. q. 32. incip. aliquis litigabat.

Causa vigesima sexta.

S V M M A E.

- 1 *Liberorum nomine cum delinquente mitiùs est agendum.*
 2 *Sergius Galba pœna & iudicio soluitur, liberorum ratione.*
 3 *Menecrates pœnam euitat, sui nepotis prætextu.*



- 1 **VIGESIMOSEXTO**, cum is qui deliquit, plures habet filios, est cum eo mitiùs agendũ fauore liberorũ, l. vnic. §. si plures liberos. ff. de portio. quæ lib. damn. conced. cuius hæc verba sunt, Adrian. Imperator in hæc ferè verba elegãter cuidam rescripsit, Fauorabilem apud me causam liberorum numerus facit. què tex. ad hoc not. Rom. in repe. l. si verò. §. de viro. in 45. versi. 9. ff. solu. matr. & facit sing. Barb. in repet. l. cũ acutissimi. col. 28. versi. sed vt quisq; relinquat. C. de fideicõmif. & facit

Causa vigesima sexta.

- facit text. not. in l. qui in prouincia. §. Diuus Marcus. ff. de rit. nupt. quem & ad hoc dicit sing. Bald. in ca. naturales, titu. si de feud. fuerit contro. quòd liberorum numerus inducit facilitatem dispensandi. facit etiam text. in ca. 2. de his qui fili. occi. quem etiam ad hoc ponderauit Luc. Pen. in l. 1. colũ. 10. versi. e contra videtur. C. de deser. lib. 12. & in l. si apparitor. col. 7. versicu. itẽ futuræ vt C. de cohor. eod. lib. 12. Et tex. item in cap. quia circũ, & ibi gloss. vltima, ante fin. de consangu. & affin. & tex. in cap. 1. 35. quæstio. 8. & quod dicit ibi gloss. in verbo, filios, & glossa in cap. cùm haberet, in verbo, multiplicitas, & ibi etiam Hostien. Ioan. Andr. & Panor. de eo qui dux. in matrimor. quam pol. per adulte.
- 2 Qua ratione Sergium Galbam temporum suorum eloquentissimum (si Suetonio credimus in Galba ca. 3.) iudicij flammã euasisse accepimus. Tradit enim M. Tullius in lib. De claris oratoribus, cui & titulus est Brutus, Lufitanos ab ipso Sergio Galba prætoris contra interpositam (vt existimabatur) fidem interfectos, ex quo Titus Trib. pleb. populum Rom. incitauit in Galbam, & in eum rogationem tulit similem priuilegij. M. quoque Cato Censorius legem suadens luculenta oratione in illũ inuectus est, tum quãta eloquentiæ vis in Galba foret cognitum est, qui liberos suos paruulos, si liumq; etiam Sulpitij Galbæ suis ipse manibus circumferens, fletu, ac commiseratione mouit populum Rom. ad misericordiam, & ita se eripuit flammæ, atque euasit damnationem. Cuius rei quoque fit mentio à Fabio li. 2. Oratoriarum Institutionum, quo loco de Rhetorica, eiusque fine differit in hæc verba: Sergium quidem Galbam misericordie sola, qua nõ suos modo liberos paruulos in cõcione produxerat, sed Galbæ etiam Sulpitij filiũ suis ipse manibus circumtulera, elapsum esse cùm aliorum monumentis, tum Catonis oratione testatum est. Sed & idem quoque retulit Valerius Maximus lib. 8. cap. 1. ibi dicit, quòd quæ innocentie tribui nequiverat absolutio, respectu puerorum data est, & L. Florus, libr. Epitome Lii. 49.
- 3 Simile quidpiam tradit Lucianus in Toxari, quòd cùm Menecrates Mafiliensis à sexcentum viris condemnatus, facultatibus exutus fuisset, & infamis pronunciatus, tandem curia super ipsius nepote commota, qui illi ex Zenothemi genero, et Cydimacha filia natus erat, remisit multam Menecrati, estque rei, et famæ restitutus. Itaque Quintilianus ipse libro. 6. Affert (inquit) in his momentum, & ætas, & sexus, et pignora, liberi dico, et parentes, et propinqui, quæ omnia tractari variè solent: et paulò post illud monet, vt eos in iudicio producamus, qui periclitantur, squalidos, atque deformes, et liberos parentes. Item paulò mox: Quare et obsecratio illa iudicum per charissima pignora, vtique et si reo sunt liberi, coniunx, parentes, vtilis erit.

K Causa

- 1 Puniendus mitius est is, qui ex vehemēti p̄sumptione non ex euidētibz probationibus condemnatus est. & numero. 9.
- 2 Ex p̄sumptionibus & indicijs an procedatur ad pœnam corporalem. & num. 10. 11.
- 3 Lex Lombarda non plectit morte eum, qui per duellum alterum occiderit.
- 4 Fama, fallax est & mendax in vtraque partem.
- 5 Pœna minuenda est in his, in quibus ex sola fama proceditur ad condemnationem.
- 6 In pœnis corporalibus mitius agitur in dolo p̄sumpto, quàm in vero.
- 7 Homicidium qui confessus est se fecisse ad sui defensionē, capitaliter non est puniendus.
- 8 Dominus mandans seruo, vt nunquam redeat domum, quin resciscat aliquid de huiusmodi negotio, & ille hominem occidat, an sit capitaliter puniendus.



1 **V**IGESIMO SEPTIMO, Cùm quis condemnatur nō ex euidētibz probationibus sed ex vehemēti p̄sumptione, vt fit interdum, aut aliàs quouis modo, leuius certè est puniendus. vt voluit Abb. antiquus & post eum Ioan. And. Collec. & Card. qui hoc dicit fing. & Pet. Anch. Anto. Imo. Panor. & Feli. in cap. afferte, per illum tex. de p̄sump. vbi Salomon quoniam non euidēter, sed ex p̄sumptione compertum habuit delictum meretricis, eam ad filij restitutionem solūm, non etiam ad aliquam pœnam corporalem condemnauit, & idem voluit per tex. in d. c. afferte. in no. in ca. quia verisimile. eod. tit. vbi dicit quòd cùm iudex procedit super delicto ex p̄sumptione debet multum temperare sententiam: nec debet condemnare nisi rarò & modicè, & non ad pœnam corporalem. & eum ibi sequuntur Hosti. & Bal. qui hoc dicit esse notandum. Petr. Anch. Panor. qui tamen distinguit.

2 Et quanquam ille tex. in d. c. afferte, plerisque non videatur istud probare, quia ibi solūm agebatur ad filij restitutionem, & non ad pœnam corporalem, tamen in eam sententiā pleriq; omnes cōueniunt, videlicet Alber. Gandi. summe authoritatis vir & magnus practicus testimonio Ioā. And. in addit. Specul. tit. de procur. §. 1. vers. itē quòd causa est criminalis in addit. incip. per hoc videtur, ipse inquā Alber. in suo tractatu maleficiorum, titu. de p̄sump. & indi. indub. ex quib. condem. poss. sequi. col. 3. vers. sol. videtur, per multa quæ illic allegat, et iterū paulò ante fi. d. tit. vbi dicit quòd ex p̄sumptionibus & indicijs quantūcunq; violentis & vrgentibus atq; etiam indubitatis non proceditur ad condēnationem pœnæ corporalis. & ita dicit tenuisse omnes doct. Bononiæ & quoscūq; suæ ætatis quos viderit, & se vidisse de cōsuetudine obseruari. & idem quoq; voluit Specu. tit. de p̄-

de p̄sumpt. §. species autem. vers. in summa. Oldra. consi. 192. viso diligēter. & Bald. in l. presbyteri. eius initij. 1. col. pen. vers. & adde quod quando C. de epis. & cler. & in l. nō est verisimile, ante fin. ff. quod met. caus. & in l. eius. §. 1. in fin. ff. de testa. & in l. sciant cuncti. ad fin. vers. sextò probatur post Nicol. Matth. C. de proba. vbi etiam Paul. Cast. qui ex hoc dicit, se quēpiam à morte liberaffe: qui visus fuerat exire gladio euaginato ab agro quòdam in quo repertus occisus inimicus patris illius qui ei eod. die domo egredienti iusserat ne rediret, quin prius aliquid noui audiret, & cū domum redisset, dixit ei pater, vt fugeret. Et ipse Bald. in l. fugitiui. col. 2. vers. si autē nō est certum, & ibi Cæpol. in vlt. char. C. de ser. fugi. & ipse Bald. in c. 1. in fin. tit. qui. mod. feud. amit. huius initij. 2. & in rub. de offic. deleg. col. pen. vers. itē dicit quòd principes. & cōsi. 250. in quest. domini Milani. col. 2. ver. secundò est videndū, lib. 1. & cōsi. 364. quia quæstio ista. col. 2. vers. p̄ter eā mitiganda est. lib. 3. Anto. in c. quāto. de p̄sum. et Imo. in l. vlt. ff. de her. insti. Pet. Anc. in regula iuris, seruel malus. col. 10. de reg. iur. lib. 6. & Domi. in c. habuisse. in 1. not. 33. dist. Pano. c. 2. ad medium. de coha. cler. et mul. & in ca. accedens. de accu. & in ca. auditis. col. penul. vers. sed contra p̄dicta, de p̄script. & Paul. Cast. cōsi. 299. visa inquisitione suprā scripta. col. vlt. lib. 2. vbi et ipse dicit, se quendam defendisse à pœna capitis contra quē erant ita fortia indubitata indicia, vt animus & intellectus hominis nō potuisset credere alium, quàm eum fecisse illud homicidium, subditq; temerarium fore contra decisionem tanti viri & tam experti (loquitur autem de Albert. Gand. quem ipse ibi allegat) Roma. in l. 1. §. si quis in villa. in fi. ff. de SC. Sylla. & Franc. Aret. in l. eius qui. §. si cui. de testa. & Barb. cōsi. 26. illud in medium referam quod propheta clarissimo. col. 7. vers. modo extat solennis lib. 1. & consi. 23. sapientissimus dixit Ecclesiastes. col. vlti. vers. & ex istis, lib. 2. Alex. in l. 1. col. 8. vers. ad vnum tamen. ff. si certū peta. vbi multa ad hoc adducit. & consilio. 15. viso processu inquisitionis formate per potestatem Parmæ. col. 2. vers. tertiò, per id quod dicit, libro. 1. & consi. 115. in causa inquisitionis formate contra dominam Helenā ad fin. libr. 3. & consilio. 2. viso processu, post princ. libr. 7. & consilio. 188. & viso processu inquisitionis. col. vltim. lib. 7. & Cæpol. cōsilio criminalium consi. 6. veritas primi dubij. col. 2. vers. et licet secundum. et consil. 27. requisitus col. vlti. et consil. 32. quidam rusti. col. penul. et consi. 34. fin. vnquam in 4. quæstio. et consi. 39. baptista Meonij. col. 2. vers. nec obstat. et Soci. in rep. l. 1. col. 4. de vulga. et pupil. et August. Ari. in addit. Ange. Aret. in tracta. maleficiorum, in verbo, de anno p̄senti, et iterum in verbo, comparuerunt. col. 1. Feli. in cap. qualiter et quando. eius initij. 2. §. vlt. col. 7. vers. tertia causa. de accusa. vbi hoc reputat singul. et in cap. venerabilis. col. 4. vers. secundo not. et ibi latè Philip. Deci. col. 11. cum sequent. de

except. & idem Decius in cap. tertio loco. colū. penul. versi. & pro talibus. de probat. Hippo. Marfil. in l. 1. §. diuus colum. quinta, versi. ratio est. ff. de si car. & in repet. rubr. C. de probat. colum. 50. versi. teneas menti. vbi et illud dictum Innoc. dicit sing. & Iason in l. vt vim. col. 3. versi. moueor per illud ff. de iustit. & iur. & in l. 1. col. 5. versi. tu aduerte licet. C. de ser. fugi. & Matthæus Afliet. in constit. Siciliae incip. mala noxia. col. 2. et de hoc est tex. singul. vt dicit Fran. Aret. in ca. inter sollicitudines. de purga. cano. secundū le-
 2. lib. 7. & Iason in d. l. 1. & Felin. in d. ca. afferte.

3 Et hoc quoque lex Lombarda videtur obseruasse: nam cū probatio, q̄ fit per duellum, nō fit vera & indubitata, quoniam multi sub iusto clypeo perierunt, vt est in ea l. Lombarda, tit. qual. quis se defend. debe. l. recolimus & dicit glo. in l. qua actione. §. si quis in colluctatione, in verbo, nisi domi- no cōmittente in fin. ff. ad leg. Aquil. & in §. si quis hominem. & ibi etiam Bald. titu. de pace tenen. et Cyn. in authen. generaliter. C. de episc. et cler. et Bald. in l. ex hoc iure. col. 3. versi. octauo quæritur. ff. de iusti. et iur. et in ru- bri. C. de Lat. liber. tol. cōsi. 515. quidā fuit interfectus, lib. 5. et est de hoc text. in ca. 2. de purg. vulg. Nam incerti sumus de iudicio Dei. vt dicit gl. in d. §. si quis hominem, & vt dicit psalmista Ode. 35. iudicia Dei abyssus multa. Et diuus Paulus ad Roma. c. 2. Incomprehensibilia iudicia eius. Ideo si ali- quis per duellum probetur occidisse hominem ex lege Lombarda, non pu- nitur ad mortem: quæ ad modum & hi qui verè et indubitatè id ipsum cō- misisse probantur, per l. nemo. C. de episc. audi. sed tantū in manus amputa- tione, vt scribitur in titu. de homic. liberorum hominum. l. qui verò intrā treugam. et in d. l. recolimus. et ita referunt glo. in d. §. si quis hominem, & ibi Bald. colum. quinta. & Nicol. Matt. quem refert ibi Bald. in d. l. vlt. in fi. C. de proba. & Ioā. Ana. in ca. 1. col. vlt. de cler. pug. in duel. & Barb. d. con- sil. 62. col. 7. versi. & quidē Bald. in d. c. lib. 1. & Paris de Puteo in tractatu de re milit. lib. 1. tit. quid sit duellum. & nouissimè Catel. Cot. vir & legum et artium humanarum peritissimus in memor. perduellionis reus, ad fin.

4 Hinc quoque fit quòd cū fama plurimū fallax sit & mendax, nec tūc quidem cū m aliquid veri asserit, sine mendacij vitio est, vt scripsit Tertul- lianus in Apologetico cap. 7. cui accedit diuus Hieronymus ad Ruffinum in- quiens, Multū in vtranque partem crebrò fama mēitur: & tam de bo- nis mala, quàm de malis bona falsorum ora concelebrant.

Quòd & satis probat illud Virgil. eclog. 6.

*Quid loquar, aut Scyllam Nisi, quam fama secuta
Candida succinctam latrantibus inguina monstris.*

Nam Nisi filia, hæc Scylla nō fuit, sed Phorci. verū Virgilius τὸ πέμπου fa- mæ seruauit: quæ plurimum ex falso trahere solet. Sic & apud Ouidiū Pe- nelope

nepole in epistola ad Vlyssēm,

Sive quis Antiochum narrabat ab Hectore victum.

Cū non ab Hectore victum, sed à Memnone, Auroræ filio, necatum fuisse constet ex Quintio Calabro, aut quisquis is fuit, qui Iliada exorsus est à fine Homeri. Sed & famam sequebatur, quæ id falsò narrabat. Aper- tissimè autem Virgilius in Aethna:

Hæc est mendosa vulgata licentia famæ.

Et id quoq̄ attestantur leges nostræ statuentes solam famam non indu- cere plenam probationem: at ne semiplenam quidem regulariter, secundū Barto. & alios in l. qui natura. §. cū me absente, cum concord. ibi ad- ductis per recentiores.

5 Cū igitur fama talis fit, hinc fit, vt in quibus casibus ex sola fama proce- ditur ad condemnationem, vt in casu cap. cū consideres. §. secundæ quæ- stionis, de senten. excō. & in eo qui traditur per gl. et Bar. in l. 1. ff. de excep. est certè pœna minuenda, ne videlicet tam grauis & seuera imponatur, quàm si ex certa probatione fieret condemnatio. text. est in cap. illud de cle- ri. excō. mi. secundum Felin. in d. c. qualiter & quando, huius initij. 2. §. vlt. col. 7. versi. quarta causa. de accu. Et hoc quidem verum est per ea, quæ dicta sunt: sed ille tex. hoc expressim non probat: sed bene facit in arg. nam ibi mitius punitur, qui habens noticiam excōmunicationis per solam fa- mam celebrauit, quàm si aliàs fuisset verè certioratus.

6 Sed & hinc quoq̄ prodijt, quòd pulchrè & notabiliter scribit Bald. in c. 1. ad fi. tit. qui. mod. feu. amit. huius initij. 2. quòd in pœnis corporalibus mi- tius agimus in dolo præsumpto, quàm in vero, per l. 1. ff. ad l. Corne. de si- ca. cū si. Credo, quòd voluit alleg. l. 1. eiusd. ti. Et licet Bal. solus sit in ea sen- tentia, saltè quòd nunc meminerim, tamè cū non habeat contradictorem, imò verò habeat assertores in similibus suprā adductis, nisi & ipsa eadem sint, nō video, cur eum nō sequamur tam excellètem iurium interpretem.

7 Ex hoc item fit, quòd quāuis is qui cōfessus est se homicidium fecisse ad- sui defensionem, possit vt homicida puniri, nisi defensionem probet, ex sen- tentia Bar. in l. idem quæsiit. §. Aurelius. ff. de lib. lega. & Bald. in l. 1. col. 8. in 10. q. C. de confess. cum alijs concord. adductis per Alex. in l. 1. §. si quis sim- pliciter, versi. ex prædictis infertur. ff. de verb. obli. tamen quia huiusmodi probatio resultans ex huiusmodi cōfessione nō simplici & pura, sed quali- ficata, nō est adeò euidens & indubitata, nō debet capitaliter puniri, ita sin- gul. voluit Panor. in d. c. auditis. col. pe. de præscri. innixus ea generali sentē- tia, quam diximus de probatione præsumptitia. Et sequitur & dicit alibi nō reperiri & esse in solenni cultu apud recentiores præcticos Fel. ibi. col. 7. versi. obstat secundo. Et licet (inquit) contra id videatur decisio Bald. in ca. dudum, eius initij. 2. in fin. de elec. & Lanfran. in ca. quoniam, char. 15. versi.

K 3 pro

pro decisione huius quæst. de probat. tamen satius putat illam Pan. opin. se qui. Cuius etiam meminit idem Fel. in c. significasti. eius initij. 2. col. pe. ver. et ista nota, de homic. vbi tamē dubitare videtur, cum dicit hanc esse stupēdam limitationem d. sententiæ Bar. si ea vera sit. Meminit item Alex. qui id dicit signanter notandum licet non certò firmet, in l. non solum. §. sciendū col. 2. versi. et ibi subdit. ff. de oper. noui nuntia. et Hippo. Marfi. qui id sing. dicit in l. repet. col. 8. versi. quartus est casus. de quæst. et sing. 185. cōfessio in quisi. in fi. et Iason qui etiam de hoc dubitat, in d. l. vt vim, vbi suprā. ff. de iusti. et iur. vbi tamē dicit id sibi fecisse magnū honorem in actu practico. Sed vt non omittā, illam Bar. sententiā nō omnibus placuisse, vt videre licet ex Sali. in l. 1. ver. quartò opponitur. C. de cōfess. Et certè ea mihi admodum dura esse videtur, si homicidium aliter non sit probatum quàm per huiusmodi confessionem rei.

8 Ex quibus nō satis tuta videtur decisio Bar. in l. si quis mihi bona. §. pater Seio. ff. de acqui. hæred. de quodam milite Florē. qui cum ab aliquo passus fuisset iniuriam, dixissetq; famulo vt nunquam domū reuerteretur donec aliquid resciret de huiusmodi negotio: cōfestim illum famulus interemit, ob quod miles fuit decapitatus, tāquam eius mādato fuisset homicidium perpetratum, de quo dicit esse textum ibi, et sequuntur Bald. Imo. Pau. Castrē. et alij ibi et Bal. in l. non ideo minus. C. de accus. Pet. Anc. cōsi. 117. alijs: 266. Panor. in c. sententiā. col. pen. versi. nec obstat si dicatur. ne cleri. vel mo. Ioan. Ana. confi. 59. visa inquisitione formata per magnificū dominū capitaneum Florent. Roma. sing. 714. tu scis quod Bar. et Ang. Aret. in tracta. maleficiorum, in verbo, Sempronium mandatore in 21. q. et Mathes. not. 188. nota. quòd vbi creditor, vbi hoc ampliat etiam procedere, si dominus per huiusmodi verba prohiberet expressè ne interficeret, per tex. not. in ca. vlt. de homic. lib. 6. et Anto. Corset. in suis sing. in verbo, præceptum, huius initij, 1. vbi hoc latè examinat.

9 Item Iason in l. 1. col. 5. ver. caue tamen quòd in prædictis casibus. ff. si cerpet. dicit se dubitare de dicta decisione, ea ratione, quòd ex præsumpta probatione debet q̄s mitiùs puniri, vt diximus. et Alex. quoq; in addi. ad Bart. in d. §. pater Seio, subobscurè eam decisionē impugnat, alia tamen ratione. Idē tamē Iason in l. 1. col. 5. versi. tertio multū no. C. de ser. fug. postquā dicit eā ipsam decisionē videri dubiā ea qua diximus ratione, et alijs q̄ allegat, tan dē tamē illam approbat cū sex notab. limitationibus: quas ibi vide per eū.

10 Quod autem dictum est non esse imponendam pœnam corporale, quādo ex præsumptione solum proceditur ad condēnationem: intellige procedere in præsumptione hominis, secus autē in præsumptione legis, ex qua cum quis condemnatur, non debet pœna minui. Ita voluit Panor. in d. ca. accedēs. col. 2. ver. nec obstat q̄n dicitur, de accu. quē sequitur Io. Mōtefe. in

repet.

repe. l. nemo pōt. co. 5. de lega. 1. et facit tex. no. in l. si quis adulterij. C. de adul. vbi ex præsumptione illi? iponitur pœna capitalis. quē ad hoc pōderat Mathes. in sing. 116. nota, q̄ præsumptio. et q̄ voluit gl. 1. verb. cū cōtumacia. de heret. li. 6. 11 Alias limitationes tradit Feli. in d. c. afferte. quas hic ponere supersedi: tū quia illic in prōptu sunt omnibus, tum quoque quòd quædā ex illis mihi non videntur propriè hanc decisionem limitare, tum quia in alijs, dū vult tantū limitare, omnino destruere videtur. Sed & in eā rem alia pleraq; adducit Hippo. Marfi. in l. repeti. col. 6. ver. videamus ergo. cū duabus sequēt. columnis. ff. de quæstionib. quæ illic quoque omnibus videre licet.

Causa vigesima octaua.

S V M M A E.

- 1 Delinquenti, si patratō crimine resipiscat, & pœnitentia capiatur, aut remittenda pœna est, aut certè minuenda.
- 2 Pater filiam quæ in corpus suum peccauerit, si ad bonam frugem redierit ducta pœnitentia, non potest exheredare, nec alimenta nec dotem negare.
- 3 Patris mei interfecitorem, si agat pœnitentiam, an possim licitè accusare.
- 4 Accusari puniriq; potest in foro iudiciali is, qui absolutus est in foro pœnitentiali.
- 5 Glaucus Apollinem consulit, super pecunia apud se deposita.



11 IGESIMO OCTAVO, si perpetrato crimine delinquētē illius pœniteat, fiatq; bonus ipse delinquēs, certè puniri non debet. ita allegatur voluisse Specul. in ti. de accusatore. §. 1. ver. quid si quis interfecit patrē, per tex. in c. accusasti. de accu. et in c. odio. 86. d. quod pro no. et sing. refert et sequitur Hippo. Marfi. in l. qui falsam, col. 7. versi. et non obmitto. ff. de fals. Cui consonat quod scribit Aristoteles lib. orbicularium. quæstionum. 29. cap. 13. nihil errare iudices qui reum vsque ad eò emendatum liberant, vt nihil præterea delinquere vellet.

2 Et hoc quoq; cōfirmat huiusmodi simile. q̄ licet pater possit filiā quæ in corpus peccauerit, exheredare, vt est tex. in l. si filiā, C. de inoffi. test. possit itē illi dotē & alimēta denegare. vt voluit Specul. ti. qui fil. sunt legit. ver. quid si filia. tamē si filia ad bonos mores cōuersa pœnitentiā egerit, iam non est ius patri ea quæ diximus facere: vt dicit Speculator, vbi suprā, & Antonius in c. quinquauallis. col. 2. versic. & dicit Io. And. de iureiur. & Alex. in l. 1. col. 9. versic. sed Imo. ibi dicit. ff. sol. matri. & Iason qui hoc dicit esse mirabile, in authen. non licet. col. 1. versic. item diligenter aduerte. C. de liber. præter. Et bene facit l. imperialis. C. de nupt. & c. ferrum. 50. dist. cum similibus.

K 4 Sed

3 Sed quod pace Hippo. dixerim, nec tex. in d. c. accusasti, à Specul. citatus nec ipse hoc dicit, sed illud tantum quærit, an si quis patre meo interfecto agat pœnitentiam bonusque fiat, possim eum licitè accusare: in qua re dubita. Nam si non accusem, inquit, hæreditatem perdo. l. i. C. de his quib. vt indig. Rursum si accusem, videor ex odio procedere, cum sit emendatus, per dictum c. accusasti, & d. c. odio. Et huic parti magis fauere videntur, vt videlicet sit potius abstinendum.

4 At Io. And. in d. c. accusasti, & post eum Panor. alteram partem intrepidè sequuntur: quoniam absolutus in foro pœnitentiæ potest accusari & puniri in foro iudiciali, vt voluerunt glo. & doct. in c. de his, co. tit. Et faciunt quæ diximus supra in 25. causa. Et illud prætereà, quòd in consummatis delictis nō iā est locus pœnitentiæ ad euitandā pœnā delicti, vt plenè no. in l. si quis nō dicā rapere. C. de epi. & cler. Sed fortassis posset attēdari hūc esse aliquatò mitiùs puniendū, si planè cōstaret eū verè emēdatū esse ex his, q̄ dicā inferi?

5 Nec tamen inde priùs discedā, quàm retulerim historiam ab Herodoto quoque relata in lib. 6. de Glaucō Lacedemonio, vitæ sanctitate satis cōmendato: ad quem vir quidam Milesius fluctuante Ionia asiduis bellis, diuēdita parte bonorū accessit, & apud eū pecuniam deposuit, existimans fore, vt & salua esset, & sibi redderetur cum allatis symbolis reposceret. Longo autem post tempore, filij eius, qui pecuniā deposuisset, Spartam veniūt, Glaucū cōueniunt exhibitisq; symbolis pecuniā repetūt. at ille repellere homines: neq; eius rei quicquā se reminisci dicebat. Ipse autē Glaucus Apollinem cōsultat, an iureiurando pecuniam prædaretur, quam apud se depositam à quodā Milesio, filij eius reposcebant: Respondit autem Pythia his versibus:

Γλαυκ' ἐπικυλεύει δὴ, τὸ μὲν αὐτίκα κέρδιον οὐτῶ
ορεῶν νικῆσαι, καὶ χεῖματα ληίσασθαι,
ομνυ, ἐπεὶ θάνατός γε καὶ εὐορκου μὲν εἰ ἀνδρα.
ΑΜ' ὄρεα παῖς ὄσιν ἀνώνυμοι. οὐδ' ἄδιχέειν,
οὐδέ ποδευ, κραπνὸς δέ μετέρχεται, εἰσὸν κέ πᾶσαμ
συμμάρτας ὀλέσθαι γενεῶν, καὶ οἰκον ἀπαντα:
ἀνδρῶν δ' εὐίρεα γενεὴ μετόπισθερ ἀμείνων.

Quos ita Latinos reddidit Valla interpres.

*Glauce Epicydides equidem ex pedit ad breue tempus,
Sic orco vicisse, interuertisseq; numos:
Deiera & Euorcum, quoniam manet exitus idem,
Ast orci natus, qui nomine, qui manibus, qui
Nullis est pedibus, rapidè aduenit, vsque adeò, dum
Conuoluens omnem perdat prolemq; domumq;
Cum sobole Euorci meliùs sed postea agetur.*

Subditq; Herodotus, His auditis Glaucus sibi veniā eorū quæ dixisset: deū obsecrabat. Cui Pythia inquit, idem polleret tentare deum & facere. Tunc

Glaucus

Glaucus accitis Milesijs hospitibus, pecuniā reddidit. Cur autem hæc oratio apud vos instituta est dicitur: Glauci nunc nulla superest neque soboles neque domus, quæ illius censeat, sed ex Sparta radicitus extrita est. Ita bonū est nihil aliud de deposito cogitare, quàm vt repetentibus reddatur. Hactenus Herodotus. Sed & hanc quoque historiam recenset Iuuenalis Satyra 13.

*Spartano cuidam respondit Pythia vates,
Haud impunitum quòdam fore, quòd dubitaret
Depositum retinere, & fraudem iure tueri
Iurando: quærebat enim quæ numinis esset
Mens: & an hoc illi facinus suaderet Apollo.
Reddidit ergo metu non moribus, & tamen omnem
Vocem adyti dignam templo, veramq; probauit,
Extinctus tota pariter cum prole, domoq;
Et quanuis longa deductis gente propinquis,
Has patitur pœnas peccandi solo voluntas.*

Quanquam, vt vides ex historia Herodoti, non hic fuit nuda voluntas, cum ad denegationē depositi semel processerat: ideo nō excusabatur ex eo quòd postea pœnituerat. Crimē enim denegatione perfectū erat, vt & ex vēditio ne rei depositæ, postea redēptæ in causam depositi, quæ si etiā sine dolo malo perierit, tenetur tamē depositarius depositi: quia semel dolū fecit, cum vēderet, vt est tex. sing. l. i. §. si re depositā. ff. de positi. Quòd si sola voluntas siue cogitatio fuisset, certè nostris legibus id impune fuisset, per l. cogitationis. ff. de pœnis. Apud Deū verò id nō impune ferimus. Scitū enim est illud decalogi, Deutero. c. 5. Nō cōcupisces vxorē proximi tui, nō domū, non agrū, nō seruū, non ancillā, non bouē, non asinū & vniuersa quæ illius sunt. Et illud Matthæi. 5. Qui viderit mulierē ad cōcupiscēdū eā, iam mœchatus est in corde suo. Cui assentiēs Iuuenalis ad ea quæ ex eo supra diximus, hæc subdit.

*Nanq; scelus tacitum intra se qui cogitat vllum,
Facti crimen habet, cedò si conata peregit?*

Leges autem nostræ in hoc secutæ sunt leges Moyfis, quibus non animū, sed manum tantum puniebat: sicut alibi latè diximus.

Causa vigesimanona.

S V M M A E.

- 1 Pœna mitiùs infligenda, vbi à patrato scelere multum temporis intercessit. Limit. nu. 3. Domitianus incesta Vestalium à patre Vespasiano Titoque fratre neglecta, variè coërcet.
- 2 Exceptione viginti annorum tollitur querela eius, qui à familia occisus est, antè, quàm mortem eius vlcisceretur. Limit. nu. 7.

Delictum

- 4 *Delictum non desinit esse delictum solo temporis cursu.*
 5 *Emendatum esse quempiam vnde colligatur.*
 6 *Delinquens, ex pœna fit emendatior atque correctior.*
 8 *Augustus Cæsar diuturnorum reorum, & ex quorum sordibus nihil aliud quàm voluptas inimicis quæretur, nomina aboleuit.*



VIGESIMONONO, Leuius quis punitur cum post delictum à se commissum iam multum temporis est transactum. textus est de hoc singularis, quem ita plerique omnes antiqui legum interpretes intelligunt, in l. si diutino. ff. de pœn. Quamobrem Domitianus Imperator Roma. auctore Tranquillo, incesta Vestalium à patre Vespasiano, Titoque fratre neglecta, variè coercuit. Prima capitali supplicio, arbi-

trio quidem puniendarum relicto: posteriora verò, seuerius, more scilicet veteri, vt viux defoderentur. quod erat atrocissimum mortis genus apud Liuium 1. decad. lib. 3. M. Duillius tribunus plebis edixit, vetera peccata iam obliterata non esse repetenda.

Et huc non nihil facit, quòd eius qui à familia occisus est, antequam mortem illius vlisceretur, & cæterorum quoque criminum querela 20. annorum exceptione excluditur: vt de primo est text. in l. in cognitione. ff. de S. C. Syll. De reliquis in l. querela. C. ad leg. Cor. de fal. & quod habetur in cap. cum venerabilis, ante fi. de excep. Præter tamen pauca de quibus per glo. & doct. in d. l. querela. Sed an hoc de iure canonico & in foro ecclesiastico obseruetur, vide glo. in c. admonere, in verbo pœnitentiam. 33. q. 2. & Panor. in c. licet. & ibi omnino Philip. Dec. col. 18. de proba. & ipsum Panor. in c. cum haberet. in 3. no. de eo qui dux. & in c. vlt. post prin. de purg. cano. lo. Ana. in c. super eo, de crimi. fal. & Aufrer. in deci. Tholo. q. 188. item fuit quæsitum si aliquis commisit crimen.

Intellige tamen vt quæ iam diu commissa sunt, lenius puniri debeant, cum sunt momentanea, vt homicidium, & cætera huiusmodi, & quæ semel sunt perpetrata. Quia si sint successiua, vt matrimonium prohibitum, hæresis, aut alia id genus, in quibus quis diu persisterit, eò grauius coercendus est, quòd diutius permanserit. nam vt dicit text. in cap. non debet, in fi. de cõsang. & affini. diuturnitas temporis non minuit peccatũ, sed auget: tantoque sunt grauiora crimina quantò diutius infelicem animam detinent allegatam. & est similis tex. in c. vlt. in prin. de consuet. & in d. c. cum haberet, de eo qui dux. in matrim. & c. non satis. in fi. & c. cum in ecclesiæ, in medio, de simo. & c. sicut nobis, in fi. de regula. & trans. ad relig. & cap. schisma 24. q. 1. Et vt dicit eleganter tex. in l. inficiando. §. infans. ff. de furt. quid

quid tam ridiculum est, quàm meliorem furis conditionem esse propter continuationem furti æstimare? Sed & si quæcunque delicta fuerint iterata grauius quoque sunt punièda, vt infra latiùs dicemus. Et ita eam l. si diutino. intelligunt glo. Bart. & alij qui ad hoc multa alia iura afferunt, quæ illic in promptu sunt omnibus. & Pe. An. Barb. & Roc. Cur. in d. c. vlt. de consue.

Illius autem legis ita intellectæ, vt diximus, ratio non est, quòd crimen sine culpa processu temporis aboleatur aut minuatur, vt est text. in l. sicut. C. de fals. ex quo no. Bal. in d. l. querela, ante fi. eo. tit. quòd delictũ solo cursu temporis non desinit esse delictum. & ita etiam no. per glo. in cap. citò. in verbo multiplicis. 1. q. 1. quæ ad hoc multa iura adducit. Sed nec vllam ab aliquo scriptam rationem comperi, nec aliam cogitare possum, nisi quòd qui aliàs quidpiam admiserit, diutius tamen postea à delictis abstinuerit, aut magis videtur peccauisse impetu, ignorãtia, infirmitate, & cæteris id genus, quæ delictum minuunt, quàm dolo & peccandi consuetudine. vita enim sequens iam diu bene recteque ac longè à sceleribus acta, satis ostendit atque declarat non illud facinus commisisse peruicaci quadam aut inueterata ingenij malitia. Ex sequentibus enim cum in omnibus rebus, tum maxime in his, quæ ad mores attinent, præcedentia mirum in modum declarantur. l. si hi qui, & ibi Bal. & doct. C. de adul. & §. vlt. & ibi glo. in verbo, vt appareat. in authen. de restit. & ea quæ par. cum simul.

Aut quocunque id animo fecerit, si tamen aliquanto post tempore, id est, triennio, bene honesteque vixerit, videtur satis atque satis emendatus, vt est tex. penitissimis memoriæ præcordijs infigendus, in §. i. versicu. hinc autem nobis. in authen. de mona. cum dicitur. Attamè sufficit ad meliorem purgationem delictorũ, & ad virtutis argumentum (sic enim malo legere, quàm augmentũ) triennalis tēporis testimoniũ. & quod no. Ange. & Sali. qui illũ tex. facit sing. in l. si fideiussor. §. si satisfatũ, & ibi Alex. & Iason col. pe. ff. qui satisf. cog. & idè Sali. in l. si minorẽ. col. 2. versic. & ideo vt tollam obiecta. C. de in int. resti. mi. & Luc. Pen. in l. principes, in 83. præsum. C. de princ. agen. in reb. lib. 12. Imo. in c. cum deputati. & ibi Feli. col. 1. in prin. de iudi. & Panor. in c. testimoniũ. in 3. no. de testib. & ibi Barb. in repe. circa fi. & Ludo. Rom. con. 236. vt præmissa consultatio, col. 2. versic. tertio ponderandum, vbi & illũ tex. facit sing. & Fran. Curtius in tractatu de sequestris, quẽ posuit in l. 1. C. de prohib. seq. pec. in 6. q. prin. & Anto. Corse. qui hoc reputat sing. in suis sing. in verbo. præsumptio regula est, & c. Ias. qui illũ text. solennem vocat, in l. si priusquã, col. 14. versic. tu ergo dic. ff. de oper. noui nun. Philip. Deci. con. 163. in causa matrimoniali, col. 7. ver. quartò non deponit. & vide infra in 51. causa. nu. 171. incip. igitur neminem.

At inter alias puniendorum delictorum causas hanc primam posuit Plato in Gorgia, Taurus philosophus in commentarijs eius lib. in prin. & Seneca



Seneca lib. 1. de Clementia, & Gellius lib. 6. c. 14. vt qui peccauit, ex pœna fiat emendatior atque correctior. de quo est & tex. apud nos in l. si pœna. ff. de pœnis, & in c. qui ea. 38. d. & c. cum dicitur. 33. q. 2. & latè diximus in nostris ll. Connubialibus, leg. 9. num. 224. incip. propterea cum Plato. Quæ causa cum cesset, vt pote cum iste satis (vt iam diximus) videatur emendatus, consequens est, vt aut nullo modo, aut certè mitiùs sit puniendus.

7 Sed hinc non priùs discedendum putauit, quàm id dixerim, quòd & si verum est, vt qui iam longo antè tempore deliquit, & semper postea bene vixit, mitiùs sit puniendus, rationibus supra adductis, id tamen nõ probatur ex d. l. si diutino. sed id potiùs, vt qui diutino tempore in reatu fuerit, aliqua tenus pœna eius subleuanda sit. hæc enim sunt verba eius l. Quid autem reatus sit, & quomodo ea l. intelligatur, nemo vnus est qui ignoret post annotationes Budæi in eum locū. ad quem studiosos relego. illud tantum dixerim, eo vocabulo primū omnium vsum esse Messalā: vt scribit Quintil. lib. 8. c. 3. Augustus Cæsar diuturnorum reorum, & ex quorum sordibus nihil aliud quàm voluptas inimicis quæreretur, nomina aboleuit: vt si quem quis repetere vellet, par periculum pœnæ subiret, vt tradit Suetonius in vita illius, c. 32. Et Domitianus reos qui ante quinquenium proximum apud ærariū pepèdissent, vniuersos discrimine liberauit: nec repeti nisi intra annum, cæp. conditione permisit, vt accusatori qui causam teneret, exilium pœna esset: vt idem scribit in vita quoque ipsius Domitiani. c. 9.

Causa trigesima.

S V M M A E.

- 1 Crimen si quis confiteatur vltro non conuictus, cum eo mitiùs agendum.
- 2 Confidenti vltro plerunque parcitur.
- 3 Ciceronis in Verrem locus, elucidatur.
- 4 Crimen negantibus, & conuictis tamen difficilè venia conceditur.
- 5 Atheniensium leges veniam concedunt se se manifestanti.
- 6 Mosàica leges leniùs puniunt sponte confitentem delictum à se cõmissum, quàm conuictū.
- 7 Delicti confessio multum ponderis habet ad sedandam iram.
- 8 Alexander magni faciebat ad veniam, delicti confessionem. Chysoptomi super hoc sententia.
- 9 Confitens metu alterius, pro conuicto habetur. Limit. nu. 11. 13. Et quando quis dicatur sponte confessus. nu. 10.
- 12 Iudex si fuerit oneratus probandi necessitate, an & quando reus sponte confitens, mitiùs puniendus.
- 14 Pœnam & supplicium vbi quis demeruit, an & quo casu confessus mitiùs quàm conuictus, puniatur.
- 15 Pœna minuitur in casu fauorabili.

15 Pœna

- 16 Pœna, si iam ipso iure imposta sit, & etiam iam quæsitæ parti & fisco, siue reipublicæ, per confessionem, aut aliud quid aduentitium, an & quomodo sit pœnitentiæ locus.
- 17 Delictum si quis fateatur, qualitatem tamen eius neget, nihilo mitiùs accipiendus est.
- 18 Conuictus ex præsumptione tantum, mitiùs puniendus est, quàm conuictus ex veris & indubitatis probationibus.
- 19 Confessus sponte quo casu mitiùs puniatur, quàm conuictus.
- 20 Statutum, vt propter confessionem deducatur quarta pars pœnæ, non habet locum, quòd pœna nullam diminutionem recipit.



RIGESIMO, Cum quis confitetur crimen non cõuictus, est cum eo agendum mitiùs, quàm si negans cõuinceretur. l. 1. C. ne tut. vel cura. veti. condu. & authen. sed nouo iure. C. de pœn. iudicis, qui malè iudica. & ca. vlti. & ibi glo. de furt. & ca. inter coporalia, versi. sanè quoniam, de transla. epif. & c. 3. ibi glo. 50. dist. & c. vlt. in prin. 82. dist. & c. si quis omnem, ante fin. 1. q. 7. & c. imprimis, versi. si autè episcopi, & ibi glo. 2. q. 1. & c. non dicatis. 12. q. 1. & c. qui admisit, & ca. si quis presbyter. 15. q. 8. & c. facilius, in princ. & ibi gl. de pœn. distin. 1. & not. gloss. in l. non omnis. 5. vlti. ff. de re mili. & voluit Pannor. in capitu. at si clerici, & ibi Felin. colum. 2. & Philipp. Deci. colum. 4. in. 6. not. de iudi.

- 2 Quin interdum omnino parcitur sponte confitenti seipsumque deferenti. l. edicto, in princ. ff. de iure fisci. & l. 3. §. vlti. de ali. iudi. mutan. cau. fa. & ibi glo. quæ adducit multas concord. & vltra illas l. in eos. in fine. ff. de custo. reo. & ibi etiam concord. in glo. Quibus ad stipulatur illud Salomonis prouerb. 28. Qui confessus fuerit scelera sua, misericordiam consequetur. Illud quoq; Fabij lib. 6. quo loco de altereatione differit: Nocet enim diu pugnare in his, quæ obtinere non possis. Nam vbi vinci necesse est, expedit cedere: quia siue plura sunt, de quibus quæritur, facilius erit in cæteris fides: siue vnum, mitior solet pœna irrogari verecundiæ: nam culpam, præsertim deprehensam pertinaciter tueri, culpa altera est.
- 3 Ad quam sententiam referendum est, quod scribit Cicero in 3. actione in Verrem, ante fin. Nemo ita in manifesto peccatu tenebatur, vt cum impudens fuisset in facto, tum impudèrior videretur si negaret. Quod aut apud Cicero. peccatu legendū sit, vel refragantibus omnibus exèplaribus, admonet Gellius lib. 12. c. 19. id enim obiter lectorè admonere volui. Eandem autem sententiam aliter expressit Plinius lib. Episto. 4. ad Vrsum, epistol. eius libro. 9. Rem (inquit) manifestam inficari, argentis erat crimen, non diuulentis.

L Cæterū

4. Cæterum, Aristot. lib. Rhetorices De causis ciuilibus, ad Alexan. Si te (inquit) accusarit, ac dixerit, deliquisse, vt veniam cõsequare facile præstabis. Titus quoq; Liui. 3. dec. lib. 10. de Adrusbale loquens, qui cum varia oratione vsus esset, nunc purgando crimina, nunc quidẽ fatendo, ne imprudẽter certa negantibus difficilis venia esset, &c. Et Libanius Antiochenus ad Richomenẽ scribit ipsam delicti cõfessionẽ mereri veniam, ac genus quoddam defensionis credi supplicem confessionem. Itaq; Domitianus vir alioquin crudelis & sanguinarius, stupratores Corneliæ maximæ virginum Vestalium in comitio ad necem cædi imperauit, excepto prætorio viro, cui dubia etiã tum causa & incertis quæstionibus atque tormentis, de semetipso professo exilium indulgit. testis Suetonius in vita illius, ca. 8.
5. Sed & secundum Atheniensium leges omniũ optimas, & ex quibus maxima pars nostrarum deprompta est, teste Liui. 1. dec. lib. 1. manifestanti se ipsum etiam impunitas constituebatur. Cuius legis profugio suadente Timæo, vt recenset Plutarc. Cheronen. in Alcibiade, Andocides qui ob Mercurij statuam perfractam iussu populi in carcerem trusus fuerat, se se innocentem nocentem confessus, ob id liberatus est.
6. Quin etiam ex legibus Mosaicis leuius quoq; puniebatur sponte confessus quàm conuictus. Quod hinc cuiq; manifestum est, quod fur conuictus puniebatur in duplum, vel quadruplum, vel quintuplum, secundum eam distinctionem quæ traditur Exodi. 22. c. quia si fuisset sponte cõfessus, in id solum puniebatur, quod vltra rei ablata restitutionem quintã quoq; partem ipsius rei reddere cogebatur, vt legitur Nume. 5. post princ. & ita intellexit ibi Nicol. de Lyra, interpres Bibliorum nominatissimus, & ante eum D. August. cum dicit, quia annuntiauit, nõ eo damno plectendus fuit, quo furem conuictum plecti oportet. atq; etiã Alex. Ales in 3. parte Summæ. q. 47. membro. 5. arti. 2. & in 4. par. q. 86. membro. 2. artic. item 2. in fin.
7. In hac re aut leges naturã hominũ sunt quodãmodo imitatæ: vsu enim et experiẽtia cõpertum est, cõfessionem delicti, ad mitigandã placãdamq; irã vlciscendiq; cupiditatẽ eius in quẽ peccauimus, magnum habet momentũ tanquam id nobis natura præscripserit, vt mitius in cõfidentes agamus: Sic Dauus ille Terentia. se crucem meritum confessus est, quod se ab ira & verberibus Pamphili vindicaret. Sic Demipho apud eundem poëtã in Phormione, quod Naufistratam Chremeti placatã redderet, Verum (inquit) quando iam accusando fieri infectum non põt, ignosce: confitetur, purgat. quid vis amplius? Sic deniq; Horatius vates ingeniosissimus lib. 1. Carminũ, ode 16. in princ. vt sibi Tindaridem, quam læserat, conciliaret, crimen fatetur.

O mater pulchra filia pulchrior,

Quem criminosis cuique voles modum.

Pones Iambis. &c.

Arrianus

8. Arrianus historicus, quem pleriq; eundẽ esse autumant, cuius multas leges habemus, in rebus gestis Alexan. lib. 6. scribit erroris cõfessionem apud Alexand. ipsum plurimum valuisse: nec quicquam ad impetrandam veniã hoc vno apud eum fuisse efficacius. Sed & idem author lib. 7. de hac re ipsa non minũs sanctè & religiosè loquitur, quàm si Christianorum sacris atq; disciplina initiatus fuisset: Plerique (inquit) quãuis se deliquisse sciant, id tamẽ tanquam rectè factum pertinaciter defendunt, culpam suam, per hunc modum celatam iri existimantes. Qui mihi quidem magno errore teneri videntur: Summa enim medicina peccati est, quantum ego existimo, & peccatum confiteri suum, & eiusdem pœnitentiam præ se ferre. Nam qui iniuriam accipit, illam haud dubiè aliquanto leuius perfert, si eũ qui intulit, & fateri se deliquisse, & iniuriæ pœnitere animaduertat. Ad hæc qui violat alterum, si dolere se factò doceat, bonam spem cæteris præstat se posthac nihil admissurum tale. Hæc Arrianus. Denique ex Seneca, aut quisquis est, in prouerbij, quæ eius nomine circumferuntur, proximũ (inquit) ad innocentem tenet locũ verecundia, & peccati confessio.
9. Intellige tamẽ prædicta procedere in sponte cõfesso citra metum probationis, vel tormentorũ: nam si propter metum alterutrius confiteretur, pro conuictõ habendus est, nihilq; ab eo differt, quo ad pœnæ impositionẽ: vt voluit glo. in c. de hoc. in ver. in iure, de simo. quod Panor. ibi sequitur, & dicit esse singulariter notandũ, quia quotidie solet allegari: & sequũtur alij ibi, & idem Panor. qui illam quoq; dicit not. in c. at si clerici. col. 2. ver. not. paria esse, & ibi etiam Fel. col. 2. versi. nota etiam quod mitius. et Philip. De ci. in 6. not. de iudi. & est similis glo. in c. 3. 50. dist. per tex. in d. c. vlti. 24. dist. vbi & idem glo. voluit in vlt. gl. in fi. & ibi Domi. & rursus gl. in d. c. non dicatis. 12. q. 1. & item in summa. 15. q. 8. atq; etiam in d. c. qui admisit, et in c. ex tempore. in gl. magna, ver. si mediocre & manifestum. de tẽpo. ordi.
10. Dicitur autem sponte confessus, & nõ timore probationis, quãdo nullo præcedente stimulo sponte se offert iudici, crimenq; confitetur: secus, si iã accersitus erat ad iudicium, expressè voluit Pan. in d. c. de hoc. de simo. nihil tamẽ allegans. Verum cõtrarium voluit Bald. post Bar. in l. ea quæ. in. 11. q. C. de cõdi. indeb. vt videlicet videatur sponte confessus, ad hoc vt ei profit, si cõfiteatur, postquã est tractus in iudiciũ, modò statim cõfiteatur, id est antequam testes sint recepti, per tex. in l. eum qui. ff. de iureiur. & idem voluit Ioan. Ana. in d. c. de hoc, & ibi post eum Fel. de simo.
- ii. Imò plus dicit Bald. in d. l. ea quæ. in. 10. etiam prodesse si post negationẽ statim confiteatur, per not. in ca. vlt. de iura. calũ. lib. 6. quod et idem voluit ipse Bald. in d. l. eum qui in princ. per illum tex. et ipse Bald. in l. contra negantem. col. 1. C. de lege Aquil. et in ca. vassallus, ibi col. 3. versi. tertio querit, titu. si de feu. fuer. controu. intr. do. et agn. et in cap. 1. §. porrò. colum. 4. ver.

L 2 nunc

- nunc generaliter quæro, titu. quæ fuit priu. cau. bene. amit. et Roma. confilio. 59. ad discutiendum, in vlt. dubio, vbi multa allegat, & iterum cõsil. 70. vifis themate & quæstione. in 2. quæstio. 3. dubij. & Angel. in. §. ex maleficijs. col. 8. vers. & aduertat secundum Bald. Instit. de actio. & latissimè Barba. consil. 82. illud referam in medium, per. 4. primas col. de quo tamen per Salic. Fulg. & alios in d. l. eum qui.
- 12 Sed hoc sanè semper intelligendum est, modò aduersarius, vel iudex nõ fuerit oneratus probandi necessitate, per d. l. eum qui. & ita voluerunt omnes fermè, quos supra citauimus, & Angel. in. §. si enim. in auth. de triè. & semil. cum concord. adductis per recentiores in d. l. eum qui.
- 13 Sed & ista prima limitatio intelligenda est, vt etiam ille qui metu probationis confessus est, debeat aliquantulum (vt nostri loquuntur) elementius puniri, eritque in iudicis arbitrio, quantum sit de pœna remittendum. Ita dicit not. Hostien. in d. cap. de hoc. de simo. argu. cap. vlt. de transact. Quem etsi reprobatur Panor. ibi, quoniam hoc nullo iure probetur: idem tamen Panor. in d. cap. at si clerici. colum. secunda, vers. nota paria esse. de iudic. dicit hoc dictum videri valde æquum, & ibi etiam sequuntur Philip. Fran. & Felin. in d. c. de hoc.
- 14 Intellige secundò id quod in principio diximus, vt non procedat quando per legem, vel statutum quis incurreret pœnam ipso iure delicto commissio: neque enim hoc casu confessus punitur mitius, neque conuictus seuerius, sed æqualiter vterque. Textus est, & ibi Barto. pulchrè hoc notans in l. id quod seruo. §. 1. ff. de pecul. lega. & l. palam. §. vlt. vers. deprehensa. ff. de ritu nup. Et ita etiam dicit per illos tex. Ang. Aret. in tracta. maleficiorum, in verbo, comparent inquisiti. vbi hoc dicit sing. notadũ, et ante eũ Bald. in l. ea quæ. in 2. quæst. C. de condi. inde. vbi & hoc dicit notabile. & Petr. Anc. in c. perpetua. col. 1. de elect. lib. 6. vbi id dicit esse menti tenendũ. & in c. 1. col. vlt. de homic. lib. 6. Flori. in l. 2. circa medium. ff. ad leg. Aquil. Alexã. in l. eum qui. in princ. ff. de iureiur. Cardi. Alex. in c. vasallus. col. 1. tit. si de feud. fuer. contro. inter domi. & vasal. & Feli. in d. ca. de hoc. de simo. gloss. valde not. in c. imprimis, in verb. sponte. 2. quæst. 1. quæ tamen nihil de hac re dicit. & nouissimè Hippo. Marsil. in l. de vnoquoq; nu. 88. ff. de re iud. et in repe. rub. ff. de fideiuss. nu. 142. & in l. 1. nu. 66. C. de rapt. virg.
- 15 Sed August. Ari. in suis ad Ang. Aret. addi. in d. tractatu maleficiorum, vbi supra, hoc dictum subobscurè reprehendit, neq; enim id vt ipse dicit, probat tex. in d. l. id quod seruo. §. 1. sicuti etiam declarat Bal. in d. l. ea quæ. Sed nec tex. in d. §. deprehensa. si rectè expendatur, quia ibi materia est odiosa, nos autem loquimur in casu fauorabili, cum videlicet pœna minuitur propter confessionem delinquentis, per ea quæ dicit Bald. in c. 1. §. porrò, titu. quæ sit cau. bene. amit. Hæc August. Quam sententiã nulla Augustini mentione

- tionem facta, videtur fuisse imitatus Philip. Dec. in d. c. at si clerici. in fin. 6. no.
- 16 Sed non propterea discedendũ arbitror à prima opinione, quæ vel nemi ne defendente satis seipsam tutatur. Qui enim fieri põt, vt pœna quæ iã est ipso iure imposita, & q̄ iam quæ sita est parti, & fisco, siue Reipub. per confessionem, aut aliud aduentitium, minui possit: quando etiam videmus in ea nullum esse pœnitentiæ locum: vt voluit glo. in cle. ne in agro. §. quia verò, in verbo, ipso facto. de stat. mona. cum multis cõcord. à me collectis in cõmentarijs l. si vnquam, in verbo, reuertatur, nu. 307. inci. octauũ, vbi quid sit. C. de reuoc. donat. nec item locũ esse purgationi moræ, l. si is cui. & ibi Bar. ff. de lega. 2. cum alijs quoq; multis concord. à me item congestis in d. l. si vnquam, vbi supra, nu. 310. incip. decimum, quod & à superioribus.
- 17 Intellige tertio, vt non procedat, quando quis sponte confitetur delictũ, negat tamen qualitatem delictum ipsum alterantem: nam si postea conuincatur de qualitate negata, æquè punitur, ac si omnino negasset: de quo tamen quia id non indiscriminatim procedit, vide abundanter per Barto. in disp. incip. per Italiam communiter sunt statuta, & in d. l. eum qui. ff. de iureiur. & in l. proinde. §. notandum. ff. ad leg. Aquil. Bald. in d. l. ea quæ. in 7. quæst. & in d. l. contra negantem. col. 2. vers. quæro nõquid ille. & in d. §. porrò. col. vl. & Flori. in l. lege Aquil. ff. ad leg. Aquil. & in l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. eod. tit. Ang. Aret. vbi nuper allegauimus. col. vlti. vers. quærit Bald. Barb. in addit. ad Bald. in. §. item si vasallus, titu. de contro. inue. & Fel. in d. cap. de hoc. col. 2. de simon.
- 18 Quarto intellige, vt mitius puniatur confessus sponte, quàm conuictus ex veris & indubitatis præsumptionibus: secus, si ex præsumptione tantũ sit cõuictus, quia is mitius puniendus esset, quàm sponte confessus, vt voluit gl. meo iudicio sing. in c. 1. super verbo, capitalè, tit. de pac. tenè. & eius viol. & ibi not. Bald. col. 5. vers. deinde tu habes, vbi monet illam glo. no.
- 19 Quintò intellige dummodo pœna sit mitigabilis, alioquin nõ mitius punitur sponte confessus. Exempli gratiã, si pœna sit vt electio non ritè facta sit irrita: illa enim pœna mitigari non potest. Ita dicit Domi. in d. c. vlt. 24. dist. & in d. cap. in primis. 2. quæst. 1. per tex. in cap. innotuit de elect. & Felin. in d. cap. ad hoc. de simo.
- 20 Et facit quod scribit Angel. Aret. in d. tractatu maleficiorum, in verbo, deducta quarta parte propter beneficiũ confessionis, post princ. quòd stante statuto, vt propter confessionem deducatur quarta pars pœnæ, non haberet tamen locum huiusmodi statutum, quando pœna nullam reciperet diminutionem, per multa iura quæ illic allegat, & Bald. in l. vlti. col. 2. vers. sic modo quæro. C. de execu. rei iudi. & in l. de ætate. §. vlti. ff. de interrog. actio. & Iason in d. l. eum qui. ff. de iureiur.



And. Tiraq. De pœ. temper.

Causa trigesima prima.

S V M M A E.

- 1 Delictum minuitur propter dignitatem, natales & maiorum nobilitatem. & nu. 9. 17.
- 2 Nobilis pœnam potest redimere magno pretio aut eleemosynis.
- 3 Laqueus fœdissima & turpissima omnium mors. Et ap̄ ea nobilibus possit infligi.
- 4 Vno vitis laqueo proxima, dijs libare prohibitum.
- 5 Suspendiosos luctu priuant leges.
- 6 Laqueus, non ignominiosum genus mortis quibusdam populis.
- 7 Virgines strangulare, nefas antiquitus.
- 8 Magici carnibus suspensorum vtuntur ad suas veneficas artes.
- 10 Nobiles rei criminis non adstringuntur carceribus.
- 11 Baldi opinio An quis reus criminis sit detinendus in carcere.
- 12 Nobili reo criminis potest assignari pro carcere, totum palatium, tota item ciuitas, à potestate. & numero. 13.
Limita. nume. 14.
- 15 Nobiles non subduntur questionibus plebeiorum.
Fallit in Gallia. num. 16.
- 18 Pœna quando grauior infligatur constitutis in dignitate, quàm priuatis.
- 19 Crimen quando dignitate augeatur: & quot quibusuè de causis. & nume. 20.
- 21 Proditoris etiam nobilis, insignia delenda.
- 22 Metij Suffetij Albanorum principis proditio: & grauisimū ob id eidem supplicium illatū.
- 23 Falsitas, proditioni proxima, à nobilitate maxime abhorret, quique in eam impingunt, grauisimū plectendi.
- 24 Leges XII. tabularum, vt falsarium punierint.
- 25 Nobilis errans in fide, grauius puniendus quàm ignobilis.
- 26 Nobilis contemnens Principis mandatum, grauius punitur quàm ignobilis.
- 27 Nobiles in criminalibus mitius puniuntur quàm ignobiles.
- 28 Pœna imponenda delinquenti est ea, quæ magis timetur.
- 29 Pœnam corporalem, vel minimam, esse grauiorem qualibet pœna pecuniaria, vel maxima, quomodo sit accipiendum.
- 30 Nobilis quod mitius puniatur, quàm ignobilis, non vendicat sibi locū in pœnis relatiuis.
- 31 Nobilis, si mandat pauperi vt delinquat, vel pauperi delinquenti auxilium ferat, eadē pœna ferietur atque ignobilis mandatarius.
Et quid, si ignoret mandatarij qualitatem? nume. 32.
- 33 Contumacia facit, vt nihilo mitius agatur cum nobili delincente, quàm cū plebeio.
- 34 Nobilis & ignobilis in quibusnam eadem pœna teneantur. & nume. 35.
- 36 Statuta punientia leuius nobilem delinquentem, quàm plebeium, quomodo sint accipienda.
- 47 Nobilis grauius punitur in foro pœnitentia, quàm ignobilis.
- 38 Nobilium peccata, & in dignitate constitutorum, trahuntur in exemplum ab inferioribus.
- 39 Princeps qualis fuerit in Reipublic. tales cines.
- 40 Nobilem non puniendum, nisi consulto Principe, quomodo sit accipiendum.

Trigesimo-



RIGESIMOPRIMO, propter dignitatē, natales, & maiorū nobilitatē, cū delinquēte agitur mitius. sed antequā progrediamur, dicere voluimus nos hic bonā huius causæ partē mutuari ex nostris Cōmētarijs De nobilitate. c. 20. quod libēter omissemus eum locū designare contenti. sed ne id faceremus, suafit primū, quod ea res priuatim & peculiariter ad hunc nostrū tractatū pertinet: mox, quod illud Nobilitatis opus ingētis molis est, & non modici pretij, vt nō omnibus per facultates emere liceat: hoc verò multò minoris pretij, vt facilē pauperrimus quisque emere possit. Itē, vt non pauca hic illis adisciamus. Deniq̄, vt satisfaciā veteri illi prouerbio, Δις κρη' ἔστι τὸ κάλον. Bis et ter quod pulchrū est. à Platone in Philebo, & in Gorgia, & in lib. 6. de Legibus vsurpatū. Id igitur quod diximus in prin. huius causæ, probat l. sacrilegij pœnā. in prin. ibi, Pro qualitate personæ, & iterū in §. 1. ibi, Aut si honestiore loco natus. ff. ad leg. lul. pecu. & l. Pedius. ibi, si sordidiores erūt. Et iterū l. vlt. ibi, si humiliore loco. ff. de incen. rui. nau. & in l.annonā. §. pœna autē ibi, Humiliores ad opus publicū dari. & l. vlt. ff. de sepul. vio. & l. 1. §. quāquā. ff. de abig. & l. 1. in fi. ff. de furib. balne. & l. 1. §. expilatores, & iterū. §. vlt. ff. de effraet. et l. stellionatus. §. solēt. & §. pœna. ff. de cri. stellio. & l. 2. ff. de ter. mi. mot. vbi Bar. qui eā legem priorē legit, dicit pœnā fustium & verberū à nobilibus esse alienā. & l. 1. §. vlt. iterum q̄ l. 3. §. legis, rursus q̄ l. pe. ff. ad leg. Corne. de sicar. & l. in seruorū. in prin. ff. de pœnis. vbi serui & humiliores in hoc æquiparātur, & l. moris. §. sed enim, et rursus l. capitaliū. §. nō omne. et §. & venenarij. eo. ti. & l. 1. §. pœna militum. et l. 3. §. is qui ad hostes. ff. de remili. & l. 1. & l. veteranos. ff. de priuil. veter. d. l. 3. §. tutores. ff. de suspec. tut. & l. nemo. C. de sum. tri. & fid. catho. & l. Arriani. & l. quicumque. versi. sin. verò ignorante, & ibi Rapha. Fulgo. C. de hæret. & l. vlt. et ibi Sali. C. de pact. & l. 1. C. de aduo. diuer. iudi. & l. 2. et ibi Sali. C. vt nemo priua. et l. ne cui. C. locat. & l. seruos. et ibi glo. C. de vi publ. & l. 1. et ibi glo. in verb. mediocris. et l. milites. & l. diuo. Et vtrobique Sali. C. de quæst. l. 1. C. vt nemo ad suum patri. libro vndecimo. & §. 1. et ibi glo. in verb. viles. in authen. de inc. nup. et cap. pastoralis. in fi. prin. ibi, Dignitati deferat, et personæ. de offic. deleg. & c. vlt. ibi, volentes tamen nobilitati parcere Comitibus, et ibi glo. in verbo, nobilitati. Hosti. Anto. in 2. no. Pet. Anc. et Panor. de pœnis. et cap. qui cōtra. vbi est tex. in id expressissimus, & ibi glo. 24. q. 1. & c. cōtra. & ibi glo. 26. q. 5. & facit etiam c. 1. versi. qui verò. de vsur. lib. 6. & c. cū beatus. & ibi gl. in verbo, grauioribus. 45. diit. & cle. multorum, et ibi glo. in verbo, inferiores, et ibi Cardi. Alex. in 9. no. de hæret. Et præterea voluit gl. in l. aut damnū.

L 4 §. in mini-

§. in ministerium, in verbo, fœminæ. ff. de pœnis. & in cap. vlt. in glo. vlt. in prin. de transac. & in cap. cum quidam, & ibi alij. de iureiuran. Alberi. in l. illicitas. §. qui vniuersas. in fi. ff. de offi. præsid. vbi dicit, quod plerunque nobiles solent deportari, vbi ignobiles decapitentur. Sali. in l. & si seuerior. col. 1. nu. 3. C. ex qui. cau. infra. irro. latè Cæpol. in 5. quæst. & in 6. priuilegio nobilitatis, & plerique omnes vbique.

2 Et hæc quidem adeò procedunt, vt si pœnalis constitutio expressè dicat, nullam misericordiam ex quopiam delicto delinquentem consecuturum, vt in casu cap. 2. de maledi. tamen vt dicit Hosti. ibi, in verbo, misericordiam, si is qui ita deliquit, sit nobilis, quem non decet publicè pœnitentiam agere, de qua is tex. loquitur, & paratus est magno pretio, siue eleemosynis redimere, audiendus est. quod dictum sequitur, & dicit satis æquum Panor. ibi. in 5. no.

3 Ex his autem fit, vt cum pœna laquei sit ignominiosissima, vilissimaque ac fœdissima omnium pœnarum, vt tradit Bal. in rub. de offi. deleg. col. pe. versi. contra notorium. & in l. omnes, & ibi quoque Ioan. Plat. C. de delato. lib. 10. & Angel. in authen. sed nouo iure, ante fi. C. de ser. fugiti. Id quod multis antè seculis dixerat Euripides in Helena:

Αχιμόνες μὲν ἀγγόνας μετ' ὄρσοι,
καὶ τοῖσι δούλοις δουπεπέσ νομίξονται.
*Turpes quidem laquei sublimes,
Et seruis indecorum existimantur.*

id est,

Et Liuius lib. 2. decadis 5. loquens de morte Q. Fuluij Flacci: Hic (inquit) fœda morte perijt. Nam (vt postea subdit) serui manè cubiculum ingressi laqueo dependentem inuenere. Ex quo & id mortis genus informe appellarunt Decreta Canonica à paucis in hoc animaduersa, in cap. sceleratior. de pœni. dist. 3. quod de Iuda loquitur, qui sese laqueo suspenderat. Quam etiam historiam recensens Iuuenecus ita scibit:

Informem rapuit ficus de vertice mortem.

Simileque modo appellauit Iosephus apud Aegesippū lib. 3. Informis (ait) lethi laqueum homines inuenerunt, seræ nesciunt. Et ante hos Virgilius lib. 12. Aeneid.

Et nodum informis lethi trabe necit ab alta.

Quo in loco Seruius informe ideo dicit appellari, quoniam in pōtificialibus libris cautum fuerat, vt qui laqueo vitam finiuiisset, insepultus abijceretur, quod ea mors esset infamissima.

4 Plinius autem lib. 14. cap. 19. scribit in veteri Romanorum religione nefastum fuisse libare dijs vino vitis, iuxta quam hominis mors laqueo pependerit. Idem lib. 2. cap. 25. Hanc pœnam scitè præposteram vocat, quia scilicet includitur spiritus, cui debet quæri exitus. Dicit enim, de terra loquēs, Quin & venena

& venena nostri miserta instituisse credi potest: ne laquei torqueret pœna præpostera, incluso spiritu, cui quæreretur exitus. Quem secutum Sextus Aurelius victor. Maximianus (ait) Hercules à Constantino apud Mafsiliâ obsessus, deinde captus pœnas mortis genere præpostero fractis laqueo ceruicibus luit. Et hanc sanè pœnam veluti grauissimam & infamissimam iussit Deus OP. M. quibusdam idololatri sacerdotibus infligi, Numer. c. 25. Atq; etiam Iosue iudex princepsve Iudæorum hac pœna, vt atrocissima plurimos reges Ethnicos affecit, Iosue. 7. iterumq; 10.

5 Leges autem nostræ suspendiosos (ita vocant eos, qui eam pœnam passi sunt) lugeri vetant. l. liberorum. §. non solent. ff. de his qui not. infra. Alibi autem in illis scribitur, viles & abiectos, & infimæ sortis homines eo genere mortis affici solere, non etiam Decuriones, aliosque honestiores. l. mortis. §. sed etiam. ff. de pœnis. Proindeque dicit glo. in l. 3. §. 1. in verbo, torquentur. ff. de iure mili. milites ex quo delicto plebei suspenduntur, non eo genere mortis plecti, sed, vt dicunt Doct. decapitari, aut alia pœna non adeò graui & ignominiosa affici. Ita enim voluerunt ibi Bart. & Alexan. in addi. illius qui & id trahit ad nobiles, & alios id genus honestiores: & idem Bart. in l. capitalium. §. serui. ff. de pœnis, Bald. in l. data. statim post prin. C. qui accus. non poss. & in d. cap. 1. §. si rusticus. in fi. & ibi Marti. Laud. etiam in fi. & Cardi. Alex. & Matthæ. Afflict. col. 2. tit. de pac. tenen. Idem Bald. in d. cap. cum quidam. in fi. & ibi etiam Panor. col. vlt. & Feli. col. 3. versi. tertia declaratio. de iureiuran. ipse Bald. confi. 426. præmittendum est, in prin. lib. 1. & ipse quoque Panor. in dict. cap. pastoralis, in princ. in 6. not. de offic. deleg. Lucas Pen. in l. quanuis. colum. 2. C. de Decuri. lib. 10. & in l. 1. col. 6. in verbo, degeneris. C. de desert. lib. 12. Ioan. Plat. in l. omnes iudices. post princ. de digni. eod. lib. 12. Roma. in repet. l. si verò. §. de viro. in 4. fal. versic. 2. ff. sol. mat. Ioan. Ana. in cap. vlti. de collu. deteg. Cæpola con. cau. cri. 40. Lucius. colum. 3. versic. & idem vbi id dicit not. Barba. in præmio Clem. in verbo, salutem. colum. 13. versic. 28. Lud. Bol. confi. 37. nobilis quidam. colum. antepenult. vbi dicit dict. glo. ad hoc singu. Philip. Deci. in cap. at si clerici. in 7. not. de iudi. vbi ita dicit se consuluisse, vt fecit confi. 65. statuto cauetur. colum. vlt.

6 Quanquam scio id genus mortis non atrox atque ignominiosum existimari quibusdam populis, vt de Gallis scribit Bart. in dict. l. 3. §. 1. ff. de re mili. vbi dicit eam pœnam non adeo infamem esse in Gallia, vt in Italia. Qui libet etiam nobilis suspenditur apud Gallos, & quod & repetit & dicit not. Cæpoi. dict. consilio. 40. columna quarta, versic. & hoc quantum ad torturam. Nescio autem an temporibus eorum id apud nos obseruabatur: nunc autem video aliter fieri, nisi si nobiles, aut in dignitate constituti crimina quæpiam sordida commiserint, Illud autem scio apud plurimos Germanorum

manorum eam mortem olim non fuisse deformem habitam, vt qui moriētium propinquorum gulam laqueo frangerent, vt memoria, prodidit Bardefanes in dialogo de fato, & eius authoritate Eusebius Cæsariensis, de præparatione euangelica lib. 6. cap. 8. Tibareni quoq; suos impensè dilexerant, fenēs suspendebant in patibulis, vt retulit. D. Hieronymus in Iouinianum lib. 2. Id quod etiam Perfās facere tradit Sextus Empiricus: Sed & apud Erulos Danubij accolās vxor defuncti si nō multò post viri sepulchrū laqueo vitam finiuiſſet, perpetuæ ignominia nota inurebatur, vt Procopius testis est. Aelianus autem lib. 3. de varia historia, ca. 36. tradit quòd cū Olympias miſiſſet Euridicæ Philippi & cuiuspiam Illyridis filia cicutam, laqueum, & ensem, vt mortis genus deligeret, illa laqueum delegit.

7 Nec omitemus vetusto more Romanorū nefas fuisse, virgines strangulare, vt scribit ipse Suetonius in eodem Tiberio, quem refert ob id ipsum, puellas quasdam carnifici vitandas dedisse, deinde strangulandas. Lege autem Mosaica maledictus à Deo qui pendeat in ligno, vt scribitur Deuter. cap. 21. in fin. & repetitur in cap. si verò. 5. tanquam. de pœni. distin. 2. De qua re loquens Alexander Ales summæ authoritatis Theologus, in tertia parte Summæ, quæ est. 47. art. 2. scribit in lege Mosaica quatuor tantum mortis genera fuisse statuta videlicet, Lapidationem, Cremationem, Decapitationem, Suspensionem. Cuius rei rationem reddens, subnectit quatuor esse potissimum, quæ solent in pœnis timeri, scilicet Diurnitatem, Acerbitatem, & eam quam vocat, Irremediabilitatem, & ignominiam. At diurnitatem esse in lapidatione. Acerbitatem in crematione, Irremediabilitatem in decapitatione, Ignominiam verò, siue vilitatem in suspensione: quod, vt subdit, ignominiosissimum est mortis genus. Vnde illud profectū autumat quod nuper adduximus, Maledictus homo &c. Vt non mirum sit, quod scribit Suetonius in Tiberio, cap. 53. quòd cū ipse Tiberius Agrippinam nurum crudelissimè, aliter tamen, quam laqueo interemerat, pro tali clementia interponi decretum passus est, quo sibi gratia agerentur: quod & retulit Tacitus historiae Augustæ lib. 5. Cæterum lex illa horrendi criminis in perduelliones arborem, qua quis suspendebatur, infœlicem vocabat. lib. 1. Infœlici, inquit, arbori recte suspendito: testis Liuius. 1. decadis.

8 At mirum est quòd de superstitionibus huiusmodi suspensiosorum à bonis authoribus scriptum est, quod nos obiter memorare volumus, præfertim, quòd nonnihil ad huiusmodi miserabile, ac veluti prodigiosum monstrosumque vitæ supplicium pertinet: scilicet peritissimos artis magicæ multa ex carnibus, ossibusque horum suspensiosorum ad rem ipsam magicam pertinentia conficere solitos, eaque in magicis beneficijs medicatissima existimare. Quod & testatur Lucanus lib. 6. Pharsaliæ, de Erithone Magices consultissima tradit.

Laqueum

Laqueum nodosq; nocentes

Ore suo rupit, pendentia corpora carpsit,

Abrasitq; cruces, percussa q; viscera nimbis

Vulsit, & incoctas admissis sole medullas, &c.

Et Apuleius Madaurēsis, & ipse magicæ deditissimus, cū m de ferali officina Pamphiles Thessalicæ mulieris, in ea arte instructissimè loqueretur. lib. 3. Metamorphoscos, Hic (ait) nares & digiti, illic carnosus clavi pendentium &c. Cæterum, Plinius lib. 28. ca. 1. scribit Anthemum ex caluaria suspensio interempti catapotia fecisse, contra rabidi canis morsum. Et cap. 4. eiusdem lib. tradit laqueum suspensiosum circumdatum temporibus, dolorem capitis sedare.

9 Sed hæc veluti superstitiosa, & omnimodo ridicula missa faciamus, & ad præcipuū nostri instituti propositum redeamus. Ex his quæ supra diximus, satis constat ex nostris legibus, earumq; interpretum opinionibus, mitius in pœnis agendum esse cum nobilibus, vt & alijs personis honestioribus, & in dignitate constitutis, quàm cū ignobilibus & alijs personis vilioribus. Quod & aliorū authoritate probare possumus. Nā Quintilianus oratorū summus, lib. 6. Institutionum Ora. cap. 1. de cōclusionē differens. Periclitantem (inquit) cōmendat dignitas & studia fortia, & susceptæ in bello cicatrices, & nobilitas, & merita maiorū. Idem lib. 7. quo loco de qualitate loquitur scribit ad pœnarū deprecationem prodesse nobilitatem, dignitatem propinquos, comites. Tullius quoque ante illū, lib. 2. Rhetoricorū de deprecatione loquens, Hæc (ait) ignoscendi ratio quæ retur ex his locis, si plura aut maiora officia, quàm maleficia videbuntur constare: si qua virtus, aut nobilitas erit in eo, qui supplicabit. Idem in defensione Lucij Flacci, maiorum & generis honores, imperium, & rerū gestarum gloriā non prætermisit. Ob idq; in eo etiam si quid errasset, vt ille inquit, omnes boni conuiuendū esse arbitrarentur. Idē quoq; in defensione Aemilij Scauri, meritorum, nobilitatisque maiorū cōmendatione maximè vsus est, vt tradit ipse Quintilianus in eo loco, quem primū citauimus, sed eius oratio non extat: At Valerius Maximus lib. 8. ca. 1. rem ipsam refert, scribitq; Scaurum ipsum, cuius salus obruebatur criminibus, tamen propter vetustissimam nobilitatem, & recētem patris memoriam absolutum fuisse. Apud Liuium. 1. decad. lib. 2. familia Claudia requirit populum, vt Appius Claudius Decemuir, qui reus erat, Claudiorum nobilitati condonetur. Sed & apud Suetonium in Augusto, cap. 5. C. Lectorius, adolescens patricij generis, in deprecanda grauiore pœna adulterij, natales inter cætera allegat. Et huc quoque appositissimè referri potest illud Euripidis apud Stobæum, sermone. 84.

κακὸς δ' ἀποπύωμι, φειδώμεθα

κακὸς δ' ἀποπύωμι, ὡς ἀπὸ τοῦ ἀξιοῦ.

Id est.

Parcamus

Parcamus viris nobilibus, parcamus:

Malos autem respuamus, vt digni sunt.

Sed vt redeamus ad Tullium, facit ad hoc caput quod is scribit in 2. oratione de lege Agraria, Quemadmodum (inquit) cum petebam, nulli me vobis authores generis mei commendabant: sic si quid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me à vobis deprecentur.

- 10 Sed & huc pertinet quod nobiles rei criminis non detinentur in carceribus, vt tradit Lucas Pen. quibusdam iuribus suffultus, in l. mulieres. co. 5. vers. 8. C. de dignitat. lib. 12. Et si quando ex criminis qualitate in vinculis causam dicere debet, non adeò strictè detinendus est: vt probatur in cap. quisquis, & ibi Archi. 2. quæst. 8. super quo vide ipsum Luc pen. in l. quoties. col. 2. vers. item no. secundum. C. eod. tit. de dignit. Sed ita vt non præmittendum sit, quod apud Liuium 1. decadis lib. 3. C. Claudius queritur virum honoratissimæ imaginis, videlicet Appium Claudium, in vincula fuisse coniectum. Ex quo quoque paulò post Quintus Cincinnatus pronuntiavit, Agite, vbi hic curiam circumsederitis, & forum infestum feceritis, & carcerem principibus impleueritis, &c.
- 11 Hincque Bald. in l. 2. col. 2. vers. aut pœna est. C. de exhi. reis. Dum quaeritur (ait) an quis reus criminis sit detinendus in carcere, & quando, & qualiter: Si nondum (inquit) sit conuictus aut confessus, si est vilis persona, debet mitti in carcerem: si nobiles, debet honestè in palatio detineri, atque ita iudex arbitrabitur, per l. 1. ff. de custo. reor. Quod & idem ipsum propemodùm scripserat Cyn. in d. l. 2. in 4. not. Ex quo facilè intelliges nobilem non adeò esse strictè detinendum. In quam etiam sententiam Franc. Are. in l. si quis post accusationem. col. vlt. ff. de testam. tradit honestam personam ratione officij vel dignitatis non priùs debere trudi in carcerem, quàm fuerit conuictus, per l. filio exheredato. §. eius qui agitur. ff. de iniust. testam. & per legè vltimam, circa medium. C. de accusa.
- 12 Quibus etiam ad stipulatur quod ab Angelo proditum est in l. penult. ff. quod metus caus. quod potestas non solum potest assignare nobilitotum palatium pro carcere, sed & totam ciuitatem. atque ita faciens satisfacit statuto disponet quòd, d. accusatus de dilecto debeat poni in carceribus: quod ipsum refert & sequitur Franc. Curt. senior in repet. l. admonendi. & ibi quoque Iason etiam in repe. nu. 174. ff. de iurciur. & ipse Iason in l. si pecuniã §. vlti. in fin. ff. de condic. ob caus. vbi id dicit singul. & diligenter esse notandum. & Catell. Cota in memor. incip. carceres variantur.
- 13 Propterea idem Angel. in l. si à bonæ fidei. ff. de rei vendic. per eum text. dicit se excusauisse in sindicatu quèdam potestatem, qui nobili viro quem Arifiani Bononiæ ei custodiendum tradiderant, palatium pro carcere assignauerat, à quo is nobilis aufugerat: quod dictum multum commendat Barb.

- Barb. in cap. accedens, nu. 2. col. 2. vt lit. non conte. & in ca. i. col. 4. de commod. & in extrau. volentes, in verbo, nobilis. & consi. 62. illud in medium col. 4. lib. 1. & alibi sæpe. Fran. Curt. senior qui id dicit mirabile. in d. l. admonendi, & ibi etiam Iason locis suprâ designatis, & præterea ipse Iason nu. 182. & in d. l. si pecuniam. §. vlt. & in authen. iubemus, col. vlt. C. de iudic. & Feli. in ca. cum contingat. col. 3. vers. prima conclusio. de rescrip. Catel. Cota in memo. nobilitas. Alcia. in tract. de præsumpti. 48. nu. 2. Hippo. Marsil. l. 1. §. ad quæstionem. col. 4. vers. & facit not. ff. de quæstio. Ioan. Lup. in repe. rub. de donati. inter virum & vxor. §. 9. col. 3. nu. 14. Pet. Geral. qui id sing. dicit sing. 30. incip. pro nobilibus.
- 14 Quæ tamen intelligenda sunt nisi is nobilis semel aufugerit à palatio, quod illi fuerat loco carceris assignatum. Nam debet postea in vinculis & carcere detineri, nec debet cum fideiussoribus relaxari. per gloss. not. quæ sequuntur Bal. & Roma. qui illam dicit notatu dignam, in l. lege Cornelia, in verbo, ex vinculis. ff. de Senatusconf. Syllania. Sequitur item ipse Alexan. in dic. l. si pecuniam. §. sed si acceperit, qui est vlt. col. 2. vers. limitat tamen, ff. de condic. ob cau. vbi id declarat, & in addi. Bart. in l. 1. ff. de custo. reo. vbi illam dicit sing. & Angel. Aret. in tract. malef. in verbo, fama publica. col. 32. in paruis, vers. quartò notandum est, vbi etiam illam dicit sing. Fran. Curt. Senior in repe. d. l. admonendi. col. 48. vers. Quod limito. ff. de iurciur. & Barb. qui illam quoque dicit sing. in cap. nullus. de præsump. & cõfilio 76. incip. sapienter scribitur col. 4. & Ioan. Lup. qui in hoc casu nominatim loquitur. in d. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 9. col. vlt. vers. intellige tamen prædicta. Et bene facit quod voluit Bald. in l. nemo. in fi. per illum text. C. de epi. audi.
- 15 Sed ad hoc quoque caput spectat, quod nobiles non subiiciuntur quæstionibus plebeiorum, vt dicit Ioan. Ray. in tract. nobilitatis. in 7. quæst. post princip. per textus. in l. desertorem. §. 1. ff. de re militari. & l. milites. & l. diuo. C. de quæstion. & l. seueram. C. de digni. lib. 12. vbi scribitur seueram indignationem (aut, vt alij legunt, indagationem, quod mihi magis placet) per tormenta quærenti à clarissimo homine submouemus. Sed huiusmodi text. non de omnibus passim nobilibus loquuntur, sed de certis quibusdam, vt etiam expendit Luc. Pen. in dict. l. mulieres. colum. 3. vers. 13. priuilegiati sunt. C. de dignit. lib. 12. Sed est text. omnium optimus pro omnibus nobilibus, vt scilicet non torqueantur in scio principe. in l. nullus. in verbis generis aut dignitatis. C. ad leg. Iul. maie. vbi tamen excipitur crimen læsæ maiestatis: Nisi & illum text. interpreteris secundum alia iura non generaliter loquentia. Et faciunt quæ scribit Barb. consil. 47. scribitur præclare. col. 12. num. 15. & 16.
- 16 Hoc tamen non obseruatur in regno Francia, vbi omnes nullo dignitatis, nobi-

M

tis, nobi-

tis, nobilitatisve discrimine, quæstioni subijciuntur. si res exegerit, vt in Comitibus declaratum fuisse a resto retulit Aufrelius in 4. parte eius operis, cui titulus est, Stylus Parlamenti, cap. 19. Tametsi quæstiones olim non nisi seruis, non etiam liberis vt plurimum adhibebantur, vt satis videre est ex titu. ff. de quæsti. Nam, vt scribitur in §. vlt. in auth. vt nulli iudi. grauior est ipsa tortura, quàm vtriusque manus abscissio vt non leuiter ea danda sit liberis hominibus præsertim nobilibus. Sed eò res progressa est, vt indiscriminatum omnibus, & in omnibus criminibus adhibeatur. Nam et licet Decuriones ex iure communi non torqueantur. l. decuriones. C. de quæstio. tamen inualuit consuetudo vt torqueantur, vti scribit Matthæ. Afflic. in cap. si uoluerit. col. 2. nu. 14. tit. de cap. 1. qui curi. vendi.

17 Ex quibus clarè liquet in criminalibus mitiùs agendum esse cùm nobilibus, et in dignitate cõstitutis. Sed id tamen multis modis intelligendũ est: primò, nisi nobilitas, aut dignitas augeat delictum, quod plerunq; facit d. l. quædã delicta. et ibi Bar. et Alberi. de pœnis. et l. 2. et l. omne delictum. §. augetur. ff. de re mili. & cap. homo, et ibi glo. 40. dist. cap. quia sanctitas. 50. dist. et nullus itaq; et ibi glo. 1. q. 1. et c. nulli. 25. quæst. 1. et cap. vlt. 30. quæst. 1. et c. 1. de cleri. vena. et c. excommunicamus. §. credentes, versu. si verò clericus, & ibi glo. in verbo, exerceatur, quæ concord. citat, de hæreti. c. inter corporalia, versu. sanè quoniam de transla. episc. vbi glo. in hanc sententiam allegat illud Iuuenalis, nomine tamen authoris tacito:

Omne animi vitium tantò conspectius in se,

Crimen habet, quanto qui peccat, maior habetur.

Quod etiam citat Feli. in cap. mulieres. col. 3. de senten. excom. Et facit etiam quod voluit glo. in c. hi qui. 15. q. vlt. cum si.

18 Tunc enim cùm scilicet nobilitas, vel dignitas auget delictum, vt pœna delicto respondeat, iuxta tex. in d. l. quædam. et cap. non afferamus. 24. q. 1. grauiùs puniuntur constituti in dignitate, sicuti grauiùs peccant. d. l. quædam. et ibi Bar. Alberi. & alij. ff. de pœnis. et d. l. 3. §. is qui ad hostes. ff. de re milit. & l. presbyteri. C. de epi. & cleri. quæ et repetitur in §. presbyteri. 5. q. vlt. vbi multò magis pœna digni sunt, quibus cum plurimum honoris per nostram iurisdictionem delatum est, si in occulto crimine inueniantur. et l. omnes. et ibi Bald. C. de Decurionib. lib. 10. & l. 1. in fin. C. de conduc. & procur. li. 11. cùm dicitur, grauior enim pœna constituenda est in hos, & ibi Lucas Pen. & l. per id tempus, & ibi quoque idem Lucas Pen. C. de Decur. li. 12. & cap. cùm quidam. de iureiurando. et c. 1. & ibi glo. Ioan. Ana. et alij de cler. vena. et d. §. credentes. et d. c. quia sanctitas. et cap. nulli. et ibi glo. 19. di. et ca. præcipuè. 11. q. 3. et c. vlt. 30. q. 1. glo. et Bal. in d. §. frusticus. glo. in c. 2. in verbo, sacerdotali. de offic. dele. li. 6. Iacob. Aret. Dy. Cy. Bald. et Sali. in d. l. nemo. C. de sum. tri. et Iacob. Bel. et Bald. in d. §. si quis verò ausu. Ioan. Plat. in l. vitim per illum

per illum text. C. de fabri. lib. 11. Cæpol. dict. consilio. 40. col. 4. versu. tamen ista regula. Et huc pertinet illud Thucidydis lib. 5. Neque hoc minùs vestra refert: qui quò maiores cæteris estis, eò maiori, si labemini, eritis pœnarum magnitudine digni.

19 Tum autem dicitur crimen augeri dignitate, cùm in his peccamus, quæ dignitatem nostram concernunt, atque illius administrationem, vel in his, propter quæ dignitatem vel honorem sumus consecuti: vel cùm delictum cedit in dedecus & cõtumeliam ipsius dignitatis, vt patet ex iuribus citatis in duobus præced. versu. Et ita voluerunt etiam fermè omnes, quos supra citauimus. & præterea Bart. in d. l. quædam. & Alex. in d. l. 2. paulò ante fi. C. vt nemo priua. Vel etiam quando delinquimus prætextu, colore & velamento dignitatis, secundum Ray. & Sali. in d. l. presbyteri, per tex. ibi in illis verbis, quòd nihil metuant. C. de epi. & cler.

20 Diuus autem Thomas 1. 2. q. 73. artic. vlti. scribit ex quatuor augeri crimen dignitate, ex quibus supra aliquot tetigimus. Huius verba hæc, sunt doctioria, quàm elegantiora. Primùm propter specialem repugnantiam actus peccati aut magnitudinem: veluti si Princeps iustitiam violet, qui ponitur iustitiæ custos: & si sacerdos fornicetur, qui castitatem vouit. de quo vltimo exemplo vide glo. in cap. qui viderit. 32. quæst. 5. Item propter exemplum siue scâdalum, quia vt Gregorius ait in pastoralis, In exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia gradus peccator honoratur. Ad pluriù autem notitiam veniunt peccata magnorum, & magis homines indignè ferunt. Tertio propter ingratitudinem: quia omne bonum, quo quis magnificatur, est Dei beneficium, cùm homo sit ingratus peccando: & quantum ad hoc, quælibet maioritas, etiam in temporalibus bonis, peccatum aggrauat, secundum illud Sapientiæ 6. Potentes potenter tormenta patiamur. Quartò, quia faciliùs possunt resistere peccato maiores, vt qui excedunt sciëntia & virtute. Vnde dicit Dominus Lucæ 12. Seruus sciens voluntatem domini, & non faciens, plagis vapulabit multis. Ex quibus non nulla huic loco conueniunt, quædam minimè, sed quisque quod sibi videtur accipiet.

21 Ex his autem fit, vt cùm nihil magis repugnet verè nobilitati, quàm proditio, nam & proditior nobilitatem amittit, quod ex eo constat quòd nobilitatis insignia illius delenda sunt. l. eos qui. ff. de pœnis. quã in id sing. dicit Rom. sing. 476. eorum arma. & iterum sing. 659. an arma. & à principis facie arcendus, vt dicit Matthæ. Afflic. in cap. 1. col. 3. nu. 22. titu. an ille qui interfe. frat. do. citans Bal. ibi, qui tamen in vniuersum loquitur. Certè si nobilis adeò suæ dignitatis oblitus fuerit, vt in proditionem incurrat, non modò pœna ignobilium, sed etiam grauiori puniendus est, testimonio Bald. in d. cap. cùm quidam. de iureiur. vbi & ex hoc limitat quod supra diximus, nobilem ex delicto quo ignobilis laqueo suspenditur, decapitari, aut alias puniri de-

niri debere: vt non procedat, si proditionem nobilis commiserit, tunc enim altioribus furcis suspendendus est vt dicit obseruari in nostro regno Franciæ. Et sequitur Feli. ibi colum. 3. versic. tertius est, & iterū versiculo, quod autem dictum est, & in dict. cap. pastoralis. colum. 1. versic. secundò fallit. de offic. deleg.

- 22 Et ne hac in re exemplo careamus, Quis nescit grauissimum atrocissimumq; ne dicam crudelissimum, suppliciū Metij Suffetij, Albanorū principis ob proditionem ab eo in Tullum Hostilium regem, & Romanos perpetrata: Is enim ad motus duabus quadrigis, in currum earū distentus, & deligatus est, deinde equi in diuersum iter cōcitati, lacerum corpus qua in hæferant membra, portarunt: vt tradit Liuius 1. decadis lib. 1. Dionysius Alicarnass, lib. 3. Aluxarchus lib. 3. rerū Italicarum, & ex eo Plutarchus Paral. c. 14. Plinius secundus (si is est) in lib. de viris illustribus. c. 14. in fi. Gellius lib. 20. c. 1. in fi. Paulus Orosius lib. 2. c. 5. Ex quo illud Virgilij, lib. 8. Aeneid.

*Non procul inde citæ Metium in diuersa quadrigæ
Distulerant*

Et ibi quoque Seruius. Et illud etiam Claudiani in bello Gildonico:

*Et si non cupidus essem præruptus ab astris,
Exemplum sequerer Tulli: laniandaq; dumis
Impia diuersis aptarem membra quadrigis.*

Subdit autem Liuius vbi suprâ, Auertere omnes à tanta fœditate spectaculi oculos: primum vltimumque suppliciū exempli parum memoris legū humanarum fuit: in alijs gloriari licet nulli gentium mitiores placuisse pœnas. Verūm, quod obiter dicere voluimus, id supplicium non primum inuentum fuit à Romanis. Nam Hercules Pyrachmen Euboæ regem à se vitum simili supplicio affecit: vt ex libro De fluminibus tertio prodidit Plutarchus Paral. cap. 13.

- 23 Et cum etiam falsitas sit admodum aliena à nobilitate, nam & hæc est proditioni affinis & cognata: ideo si nobilis crimen falsi commiserit, grauius quoque puniendus est, vt scribit Alberi. in d. l. quædam. ff. de pœnis, Matthæ. Afflic. decis. Neapo. 404. eademque vlti. fuit per illustrem. colum. penult. versic. nec alleuiat, allegans in idem glos. in cap. singula. 89. distinet. vbi tamen nulla est glos. quæ id dicat, quæue de ea re loquatur, nisi mendum sit in meo codice. Sed in id facit bonus text. in l. presbyteri. C. de epi. et cleri. loquens de crimine falsi, vbi ita scribitur. Multò magis etenim pœna digni sunt, quibus cum plurimum honoris per nostram iusionem delatū est occulto inueniuntur in crimine. & alius tex. in l. si quis Decurio. C. de falsis. vbi in crimine falsi Decurio quæstioni subijcitur, licet aliàs minimè. l. Decuriones. C. de quæstion. Luc. autem. Pen. in l. mulieres. columna quinta, versic. vltimò nota. C. de digni. lib. 1. 2. scribit nobilitatem amitti per per-
iurium

iurium & falsum testimonium. Quod & ipsum voluit Matthæ. Afflic. in c. vlt. titu. quib. mod. feud. amitti. & d. deci. Neap. vlti. & Maria. Soci. iunior. confi. 39. per spectis his, num. 41. lib. 2. At Cy. in l. transigere. colum. 3. versic. quidam moderniores. C. de transact. dicit, hominem ad nihilum redigi per falsitatem, vt qui semper posthac sine fide sit, nec ei vnquam credatur. Hæc enim illum lucrifacere, vt nunquam postea ei credatur, vt Aristoteles demendace dicebat.

- 24 Adeò autem id crimen leges 12. tabularum exhorruerunt, vt qui id cōmisisent, è saxo Tarpeio deiici iuberent, vt videre licet ex Gellio lib. 10. cap. 1. Tametsi ea pœna adeo nostris Iurisconsultis cruciabilis, atque inhumana visa est, vt eam omnino aboleuerint. l. si diutino. in fi. ff. de pœnis. Polybius autem lib. 6. tradit eos qui id crimē cōmisisent, fustibus & lapidibus obrui solitos. E nostris, Bar. in l. Lucius. in fi. ff. ad S. C. Turpil. scribit statuta de relaxandis carceratis. non prorogari ad crimen falsi. Sed & Barba. in tract. de præstan. Cardi. quæst. 9. 1. partis. col. 2. tradit id priuilegium, quod nonnulli tribuunt Cardinalibus præstandi immunitatem sceleratis eis occurrentibus, de quo per Bar. & Sali. in l. addictos. C. de appel. non recip. & de hoc quoque dicemus infra in causa. 55. non habere locum in reis criminis falsi. Quæ omnino etiam approbat Marc. Mât. Apophth. 15. incip. occurrit. Quin Ioan. Ana. in rub. de crimine falsi. dicit id crimen tam abominabile, quam aliud nullum. Et Angel. in §. minorem. in authen. de nupt. scribit id esse detestabilius homicidio, & veneficio: quem sequitur Matthæ. Affli. d. deci. vl. & Maria. Soci. Iunior. d. confi. 39. col. 2. nu. 1. lib. 2. Adeo quoque id crimen atrox existimat Hippo. Marsil. sing. 163. incip. crimen falsi, & in practica crimi. §. attingam. col. 2. §. confi. 105. item vltra prædicta. col. 2. vt propter id liceat leges transgredi ex sententia Inno. in c. 1. de constit.
- 25 Hinc item fit, vt nobilis errans in fide, plus puniendus sit, quam ignobilis, aut certè æquè, & secundum formam iuris, ex sententia Archi. in d. cap. qui cōtra. 21. q. 1. & Feli. in d. c. pastoralis. col. 2. ver. sextò fallit, & in d. c. cum quidam. colum. 3. versic. quintus est. de iureiur. Nam quis neget nobilem, qui Deo suam nobilitatem debet, si in fide & religione ipsius D. O. M. errauerit, multò magis in eum peccare, quam ignobilem? quanquam id aliò referri potest, vt dicam postea.
- 26 Sed & ex eo quoque illud fit, vt nobilis contemnens vel transgrediens mandatum principis, grauius puniatur, quam ignobilis, vt magna auctoritate affirmat Bal. in cap. 1. §. si quis verò ausu. per illum text. titu. de pace iura. firman. & nuncupatim sequitur ibi Matthæus Afflic. qui eu m. §. legit cum princ. col. pe. in 10. no. & id dicit no. & Feli. in illis duobus locis, scilicet in dict. cap. pastoralis. col. 2. versic. quartò fallit. & in dict. cap. cum quidam. col. 2. versic. secundus est.

²⁷ Secundò intellige, vt nobiles in pœnis criminalibus mitiùs puniantur: at in pecuniarijs magis puniantur, cæteris quidem paribus. l. properandum. §. fin. autem vtrunque. & ibi Bart. & alij. C. de iudi. & d. §. si quis verò ausu, & ibi glo. in verbo, centum. Bal. Cardi. Alex. & Matthæ. Afflic. tit. de paciura. fir. glo. in c. 1. §. si rusticus. versic. similes rusticum, in verbo, aut diuino. in fin. & ibi Bal. Aluaro. & Cardi. Alex. tit. de pace tenenda. glo. & omnes in d. cap. cum quidam. de iureiuran. glo. in c. non cogantur. 41. dist. & in d. cap. qui contra. 24. quæst. 1. Odo. Cy. Alberi. Bald. & alij in d. l. nemo. C. de sum. tri. Hoffi. & Ioan. And. in cap. ea quæ. de stat. mo. Albert. Gand. in tracta. malefic. tit. de pœnis reor. colum. 31. in paruis, versic. item quæro an pari pœna. Bart. & alij in d. l. quædam. ff. de pœnis. idem Bart. in l. illicitas. §. vlti. ff. de offi. præsi. & in l. 1. col. pe. versic. sequitur in diffinitione acceptus. C. de digni. lib. 12. Alberi. in d. l. presbyteri. col. 1. C. de epi. & cleri. Ioan. Fab. et Angel. Are. in §. 1. versic. licet autem, Insti. qui & ex quib. caus. manu. non lic. Sali. in l. seruos. C. ad leg. Iuli. de vi publi. Lucas Pen. in d. l. 1. colum. vlt. C. de condu. & procur. lib. 11. Ioan. Ana. in d. c. 1. de cleri. vena. & in cap. vlt. col. 4. versic. nota quòd maior pœna. de maled. & in d. c. excommunicamus. §. credentes. col. vlti. ad fi. de hereti. Masuer. titu. de pœnis. §. ad infligendam. Matthæ. Afflic. in c. si rusticus. col. 2. versic. deinde. glo. not. tit. de pace tenenda.

²⁸ Cuius differentie ratio in promptu est. Nam affligitur magis nobilis ex parua quapiam pœna corporali, quàm ex magna ignobilis: Ideoque modica pœna maior in eo censetur, quàm magna in plebeio, & è diuerso in pœnis pecuniarijs, vt dicunt propè omnes quos supra citauimus. Et cum pœna ob id inter alias multas causas imponatur, vt peccantes emendatiores fiant & vt metu pœnæ ipsi & cæteri deterreantur, vt latè diximus in legibus cõnubialibus. l. 9. nu. 224. propterea cum Plato. Consequens est igitur, vt ea pœna imponatur, quæ magis timetur. Pœna autem pecuniaria, nisi magna sit, non admodum timetur nobilibus, & ijs qui in dignitate constituti sunt, vt pote frequenter locupletibus, vt satis patet ex historia memoranda, quã retulit Fauorinus ex Q. Labeone in libris quos ad xij. tabulas conscripsit apud Gellium lib. 20. eodemque vlt. cap. 1. Nam cum lex. xij. tabularum huiusmodi esset, Si iniuria alteri faxit, 25. æris pœnæ sunt. Neratius quispiam homo improbus pro delectamento habebat, os hominis liberi manus suæ palma verberare. Eum seruus sequebatur crumenam plenam asium portitans, & quemcunque depalmauerat, numerari secundum xij. tabulas 25. asses iubebat, propterea hanc legem abolescere & relinquere cœsuerunt, iniurijsque estimandis Recuperatores se daturos edixerunt. Accursius autem noster in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. Præsid. dicit per eum tex. in verbo, lumine vnico, vt ipse legit, quòd tenuioris fortunæ homines non pluris lumen, siue oculum æstimant, quàm porcellum. quod &

annotat

annotat Bald. ibi, & in auth. nisi breuiore. C. de senten. ex peri. recit. & C. pol. in tract. de seruituti. vrb. præd. cap. 34. col. 1. & Geor. Nath. in repe. cle. sepe. col. 77. ver. quæ autè dicatur causa breuis. de verb. sign. Sed vt hoc in trãscursu dicam, mendum est manifestum in eo tex. & in eo vocabulo, lumine, ex quo Accursius illud sumpsit quod diximus, neq; enim lumine, sed limine, pro domo, legi debet, vt scitè tradit Catel. Cot. in memor. incip. Limen pro domo, vt etiam diximus in nostris legibus cõnubialibus. l. 10. nume. 27. Sed & huc. Quanquam Bald. & ipse sequutus Accursij vestigia in auth. sed nouo iure. col. vlt. versic. sed hæc sententia. C. de seruis fug. dum allegat d. §. ne potentiores, in eo legit, lumine, non limine.

²⁹ Cæterum ad confirmationem eorum quæ diximus, Barto. in l. 1. §. vlti. ff. de pœnis, scribit id quod dici solet, quamlibet pœnam corporalè vel minimam, esse grauiorem qualibet pœna pecuniaria, vel maxima, non procedere in personis vilibus, per l. hoc opere. in fin. ff. de oper. liber. Et certè sicut nobili maxima pœna siue iniuria est etiam sola facti infamia l. non debet. ff. de dol. mal. Ita ignobili quælibet infamia quantumcunq; magna, est illi modica, vel nulla pœna, vt probat tex. in l. 2. C. vt intra certum tempus, cuius hæc verba sunt, Et si persona vilior fuerit, cuius damnum famæ non fit iniuria. Et ita illos tex. expendit Bald. cui nihil vt reor, ignotum fuit, consil. 116. quod petitur. post princ. lib. 3.

³⁰ Tertio intellige quod diximus mitiùs agendum cum nobili, quàm cum ignobili, non procedere in pœnis relatiuis. verbi gratia, si nobilis æcuset plebeium, nec probet delictum, eadè omnino pœna punietur, qua puniri debuisset plebeius si delictum probatum fuisset, vt est tex. in l. ad Cõmentariensem. C. de custo. reo. & ibi glo. Gul. Cu. Bald. in vtraq; lect. scilicet in l. lect. col. vlt. versic. vltimò format. & in 2. lec. col. 1. et etiam Ang. in l. athletas. §. item columniator. in fin. ff. de his, qui not. infa. idem Gul. Cu. in l. 2. & ibi quoq; Bald. in fi. C. de fid. instru. Ioan. Ana. in cap. super his. col. pe. de accusa. Fel. in d. cap. pastoralis, colum. secunda, ver. octauò fallit. de offi. de leg. et in d. c. cum quidam, colum. tertia, versic. quarta declaratio. de iureiuran. et in cap. cum dilectus. col. pen. de calum. et Iason. cõsi. 144. facti contingentia, ad fin. lib. 2. Quanquam videtur tex. in contrarium in l. ab imperatore. ff. de præuaric. et ibi Bald. Sed tu hîc vide Ioan. Ana. in d. ca. cum dilectus col. vlti. versic. quæro circa prædicta. de calum.

³¹ Quarto cum nobilis mandauit pauperi, vt delictum committat, vel auxiliatus est pauperi delinquenti. Nam tunc iste nobilis eadem pœna punietur, qua pauper mandatarius, vel cui auxiliatus est, vt voluit Barto. loquens in casu diuerso, cum scilicet nobilis mandato plebeij deliquit, in l. vtrū versic. et istam legem. ff. ad l. Pompe. de parricid. per text. ibi. Ex quo apertè colligitur, inspicere qualitatem, quæ in faciente est, non quæ in mandante: et

M 4 idem

idem Bar. in l. is qui opem. col. vlt. ff. de fur. & in l. qui seruo. §. item placuit, eod. titu. & cōsi. 66. ad declarationem. in fin. De quo et tu vide latè Bald. in l. non ideo minùs. col. 3. in 4. quæst. C. de accus. & Sali. in l. 1. col. octaua, versi. quæro, si propter qualitatem. & 2. sequen. C. de rapt. virg. & Ang. in tracta. malefic. in verbo, dicto maleficio semper astitit. col. 2. ver. quæro qua pœna, & multis sequè. & latissimè Cœpol. cōsi. 34. si vnquam. in 2. dubio. & Franc. Aret. in l. si stipulatus fuero per te. col. 2. ff. de verb. obliga.

32 Et in multis ex illis locis poteris intelligere, an & hoc procedat, cum mandans vel auxilians ignorat qualitatem mādatarij, siue eius cui opitulatus est, de quo quoniam alij quoq; id tenent, alij contrarium, vide Angel. in l. 1. colum. prima. C. de Nili agge. non rumpen. & Fel. post alios in ca. 1. col. sexta versi. tertium membrum. de offic. & pote. iud. deleg. quos tu, si opus sit, videre poteris ne hic diutius immorer ad alia properans.

33 Quintò intellige quod diximus, nobilem aut aliàs in dignitate cōstitutū mitiùs esse puniendum, nisi fortè aliter suaferit fieri nimia contumacia, vt probat text. iisdem verbis vtens in cap. 2. in fin. de offic. deleg. libr. 6. quem ad hoc quod diximus, annotant Ioan. Andr. & Anto. in cap. ea quæ, de statu monac. & Henri. in d. cap. cum quidam, & ibi Felin. columna secunda, versicu. quartus, Luc. Pen. in dict. l. 1. col. vlti. C. de conduc. & procur. lib. 11. Fel. in d. ca. pastoralis, colum. secunda, versicu. quintò fallit. Matthæ. Afflic. in dict. cap. 1. col. vlti. nume. 98. titu. de pac. iur. fir. Et hoc vitium frequens est in nobilibus, ideò que magis in illis puniendum, vt sint exemplo cæteris. l. aut facta. §. vlti. ff. de pœnis.

34 Sextò intellige in pœnis arbitrarijs, quæ scilicet, quoniam certæ nō sunt ex legibus vel statutis, relictæ sunt arbitrio iudicū. quas & ideo nostri difformes vocant. Secus in pœnis vniformiter, certè, & determinatè, indistinctæq; & indiscriminatim impositis. tunc enim ea pœna equaliter puniri debent nobiles & ignobiles, secundum Iac. But. Guil. Cu. & Bald. in d. l. nemo. C. de sacr. san. eccle. Bald. in d. §. si rusticus. ante fi. ti. de pac. iur. fir. Sal. in l. seruos. C. ad leg. Iul. de vi publ. Lucam Pen. in d. l. 1. ad fi. C. de cōduc. & procur. lib. 11. Cæpo. d. cōsi. 40. colum. 4. versi. tamen ista regula.

35 Quod tamen omnino intelligendum, nisi iudex ex iusta & magna causa censuerit, vel grauiùs, vel mitiùs, vt trunq; & nobilem & ignobilem esse puniendum, quàm lege vel statuto præscriptum sit, secundum l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui not. infa. & in l. et si seuerior. C. ex quib. cau. infam. irro. Nam & id expressim in casu, de quo loquimur, voluit Salic. in d. l. seruos. Cui & tu addè not. per Innoc. in cap. 1. & ibi latissimè Fel. et Deci. extrà de cōstitu. & quæ nos latissimè diximus suprà, in præfa.

36 Septimò intellige, nisi aliter expressim disponant, vt scilicet nobiles grauiùs puniantur ex eodem delicto, quàm ignobiles. Cuiusmodi statuta sunt in mul

in multis locis Italiæ, & inter cæteros in Tuscia, vt refert Sali. in d. l. 1. col. 8. versi. & q̄ hic, & in præcedenti. C. de rap. virg. & doct. sæpe, vt postea dicemus: tunc enim ex eorum sententia qui hæc statuta referunt, ea sunt seruanda. Nihil enim impendita quin id statui possit, præsertim in ijs locis in quibus nobiles sunt admodum ad vitia & scelera procliuës, vt diximus in nostro tracta. Nobilitatis, cap. 37.

37 Octauò intellige q̄ diximus, in pœnis fori iudicialis. At in pœnis fori pœnitentialis, quod et forum cōscientiæ appellant, magis puniendus est nobilis & in dignitate cōstitutus, vt qui plus cæteris per omnia paribus, peccare videtur: tum quia magis cōtēnit qui plus recipit à Deo, nec recognoscit ideo maior est ingratitude illius. Ex quo illud in primis istis animaduertendum, & scrinio peccatoris penitissimè recondendū, Sapiētia. 6. Audite reges terræ & intelligite: Discite iudices finiu terræ: Præbete aures vos qui cōtinetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationū: quoniam data est à Dño potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniã cū essetis ministri regni illius, nō rectè iudicastis, nec custodistis legē iustitiæ, neq; secundū voluntatē Dei ambulastis. Horrendè et citò apparebit vobis, quoniã iudiciū durissimū in his qui præsumunt, fiet. Exiguo enim cōceditur misericordia: Potētes autem potenter tormenta patientur.

38 Tum itè, quòd nobiliū et in dignitate cōstitutorū peccata trahi solent ab inferiorib; exēplū, vt dicit tex. in d. c. cū quidā. vbi gl. Imo. Fel. & alij: et hoc dicūt, quod diximus, magis istos puniēdos, in hoc foro pœnitēiali et alius tex. in c. sicut & in ca. pastoralis. 2. q. 7. & c. ex merito. 6. q. 1. et omnium optimus in ca. præcipuè. 1. q. 3. quem aureum dicit Barb. cōsi. 40. clementissimū column. sexta, libro. 4. et text. item in capitu. magnæ. de voto. vbi ad hoc citat gloss. ibi et in dict. capitu. ex merito. illud Claudiani, eius tamen nomine tacito.

Totus componitur orbis

Regis ad exemplum.

Et mox sequitur apud eundem Claudianum.

-- Nec sic inflectere sensus

Humanos edicta valent, quàm vita regentis.

Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

39 Quibus simile est et illud sapientissimi illius Ecclesiastici, cap. 10. Secundū iudicem populi, sic et ministri eius. Et qualis est rector ciuitatis, et tales in habitantes in ea. Et subdit, Rex insipiens perdit populum suum. Est & Platonis sententia à Cicerone Epistolarum libr. 1. ad Lentulum vsurpata, Quales in Republ. principes essent, tales reliquos esse ciues. quam etiam citat Barba. consilio. 1. colum. quinta, versicu. et si quispiam dixerit, quòd loquitur,

quitur, lib. 1. & d. cōsi. 40. cōsi. 6. lib. 4. vbi dicit Platonem huiusmodi sententiam afflatu spiritus sancti protulisse, quod & idem dicit ipse Barb. cōsi. 8. clementissimi. col. quinta. eod. lib. 4. & in proœmio Clem. in versi. quoniã nulla. col. 5. Et ipse Cicero libr. 3. de legibus, legē. 12. tabularū enarrans, quæ cauebatur, vt magistratus vitio vacarent, atque cæteris specimen essent, hæc verba adiecit: Vt enim cupiditatibus principum & vicijs infici solet tota ciuitas, sic emendari & corrigi continentia. Et paulò post: Nam licet videre, si velis replicare memoriam temporum, qualesque summi ciuitatis viri fuerunt, tales totam ciuitatē fuisse. Quæcunque mutatio morū in principibus extiterit, eandem in populo sententiam. Et apud Laërtium, Antigonus Macedonum Rex ad Zenonem scribens cum multa de doctrina et felicitate promisisset, hoc tandem in calce subiecit, Cuiusmodi fuerit dux, vt plurimum subditos fieri necesse est. Agesilaus quoq; ille Magnus & ipse Lacedæmoniorum rex, interrogatus, quare vehementi hyeme sine tunica ea ætate (is enim tum senex erat) circumiret, respondit, Quò iuuenes imitentur, habentes ij quidem & senis, & principis exemplum. Author Plutarchus in Apophthegmat. Laconicis, et Aelianus de varia historia lib. 7. c. 13. Sed Herodianus lib. 4. Solent, inquit, plerunq; hoies vitā principis emulari.

40. Hactenus igitur diximus de pœnis nobiliū, an videlicet ij plus, minusve puniri debeant, quàm ignobiles. Qui locus facit, vt in mentem veniat nonnullorum sententia, qui voluerunt nobiles ipsos non esse puniēdos, nisi prius consulto principe. Hi sunt, Iac. Rau. vt ipse citatur (neque enim ex tant scripta illius quod sciam) in l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offic. Præsid. & Raph. Cu. in l. 1. his quibus. ff. de lega. 3. per tex. in l. diui. §. vltim. ff. de pœnis. Ita enim illos citat Alcia. in c. quod sedem. nu. 85. de offic. ordi. quauis id non repererim in meo codice Raph. Verum ille tex. nō simpliciter loquitur de nobilibus, sed de principibus ciuitatis. Et est alius tex. loquēs de Decurione, in l. 2. ff. de bon. eor. qui sibi mort. cōsci. cum dicitur, Si is de cuius pœna Imperatori rescriptum est, veluti qui Decurio fuerit. Sed hæc in Gallia non obseruantur.

Causa trigesimasecunda.

S V M M A E.

- 1 Mulctæ aut remittenda, aut minuēda propter paupertatem.
- 2 Pœna an propter paupertatem minuatur. & nume. 3.
- 4 Mulctæ etiam iam imposita propter paupertatem minuitur, pœna verò non nisi ante impositionem.
- 5 Bannum remitti potest propter paupertatem. Et Barto. super hoc opinio. nume. 6.

Trigesimo-



- RIGESIMO SECVNDO, Satis constat ex eo quod dixim⁹ in superiori capite, mitius esse agendum cū pauperibus quàm cū diuitibus, cum agitur de pœna pecuniaria, nedū cū de mulctæ tractatur. Nam quantum ad mulctam pertinet, omnibus in confesso est, minui aut remitti posse propter paupertatē, per text. in l. illicitas. §. vlt. ff. de offic. præsid. quem in id dicit not. Bal. in c. at si clerici. col. 4. ver. q̄ro nūquid episcopus. de iud. atq; etiā per tex. in l. eos in fin. C. de mod. mulct. & id quoq; not. gl. in l. & in mulctis. C. de appel.
- 1 De pœna verò non omnes cōueniunt. Bar. enim in l. 1. in fin. principij. ff. si quis ius dicen. non obtemp. dicit mulctam ex paupertate minui, nō etiam pœnam, & idem sentit ipse in d. l. illicitas. §. vlti. & in l. iudex posteaquam. in l. oppo. ff. de re iudi. & Bald. in d. cap. at si clerici. colū. quarta. versi. quæro in quibus criminibus. de iudi. & Ioā. Fab. in d. l. eos, colum. secunda. C. de mod. mulct. Paul. Cast. & Rom. in d. l. 1. §. 1. ff. si quis ius dicen. & Iason in l. si quis id quod. col. tertia, versi. quartò limita. ff. de iurisd. omn. iud.
 - 3 Verum Bald. sibi contrarius, dicit pœnam quoq; propter paupertatē minui. in l. certa ratione. colum. tertia, versi. illud etiam not. C. quand. prouoc. non est necess. quem sequitur Iason sibi quoq; contrarius in d. l. 1. in princ. colū. vlti. ff. si quis ius dicen. dicens hanc videri esse doctrinam Bar. Bald. et Ang. & aliorum in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infra. et in hanc partem videtur inclinare Guid. Pap. in statuto, si quis per literas, in verbo, mitigatione. in fin. & faciunt q̄ suprā diximus in præcedenti causa.
 - 4 In qua nostrorum controuersia, vt eorum opiniones concordēs efficiamus, illud dici potest, mulctā etiam postquam imposita est, posse minui propter paupertatem: pœnam verò non, nisi ante ipsius impositionem, & hæc solutio siue mauius distinctio, elicitur è Bar. in d. l. iudex posteaquam, & eam nominatim adscribunt Bald. Anto. & expressius Panor. in cap. nisi de offic. leg. & Iason vbi suprā proximè.
 - 5 Ex eo aut̄ quod de mulctæ dictū est, sequitur quòd cum bannum mulctæ æquiparetur, vt voluit gl. in l. 1. §. ex hoc rescripto. ff. de vent. inspici. & in l. 1. in princ. ff. de adm. tut. ideo & bannū quoq; remitti pōt propter paupertatē. Ita dicit pulchrè Bar. in d. l. illicitas. §. vlt. post prin. ff. de offi. præsi. vbi hoc dicit esse notādū. seq. Panor. in d. c. nisi de offi. dele. q̄ etiā dicit tex. in l. illicitas. §. vlt. esse multū no. ad duo. Primū ad hoc, quòd iudex possit remittere mulctam etiam impositam, & per consequens bannum, propter paupertatem condemnati. Denique propter inopiam soluendi mulctam, non fit mutatio ipsius mulctæ in corpus.

Illud

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

GREDO.S.USALES

- 6 Illud quoque dictum Barto. sequitur & dicit sing. Angel. Aret. in tractatu maleficiorum, in verbo, qui iudex videns quod inquisiti non comparent, colum. octava, versi. quæro an continuatum sit delictum, ibi, ex quo sequitur. Et id quoque sequitur Guid. Papæ in d. verbo, mitigatione, post princ. & Fel. in c. qualiter & quâdo. huius initij 2. §. vlt. col. 7. ver. quinta causa. de accu.

Causa trigesimalertia.

S V M M A E.

- 1 Fame urgente si quis quicquam admittat, mitius cum illo agendum.
- 2 Neceſſitas magnum pondus ad veniam habet.
- 3 Neceſſitas ſoluta eſt legibus.
- 4 Neceſſitas à multis alioquin prohibitis excuſat: multaq; contra iuris regulas inducit.
- 5 Neceſſitatis graue imperium.
- 6 Neceſſitati ne dii quidem reſiſtunt.
- 7 Neceſſitas multum valet contra iuſtitiam.
- 8 Fames inter neceſſitates primum locum ſibi vendicat.



NRIGESIMOTERTIO, Et id quidem aliquid habet cōmune cum præced. quod etsi nūquam liceat obtentu paupertatis delinquere, vt est tex. in l. palam. §. quæsitum. ff. de ritu nupt. & ca. quando, de simo. Is tamen leuius peccat, qui ob paupertatem, urgente videlicet fame ac neceſſitate, quicquam admittit: ideoque & semper leuius est puniendus, quam si vltro nulla re impellente id fecerit, per ea quæ not. per doct. in d. ca. quoniam de simo. & in

cap. si quis propter. de furt. cum simi. & nominatim voluit Gofre. in Summa de furt. versi. excusatur autem. vbi dicit quod si quis neceſſitate cōpulsus, ea tamen non extrema, quicquam furatus fuerit, licet non omnino excuserur, mitius tamen puniendus est, nec tantum peccat, quantum si nulla omnino neceſſitas adfuisset, per d. ca. si quis propter. quod dictum pro singular. citat Cœpola in repet. authen. sed nouo iure. colum. 25. in paruis. C. de seru. fugit. vbi dicit se ita consuluisse.

- Id quod etiam astruit Demosthenes græcæ eloquentiæ princeps, Fas est (inquit) magis irasci aduersus iniquos diuites, quam pauperes. Neceſſitas enim veniam aliquam habet apud humaniter iudicantes: multa namque cogit liberos inopia facere, in quibus misericordiam iustiùs, quam pœnâ inueniant. Cui cōuenire videtur Plato, qui in legibus ait, pauperū peccata ob huius vitæ incōmoda leuius apud inferos puniri, diuitum verò grauius.

Erunt

- 3 Erunt & qui huc trahent id quod vulgò dicere solemus, Neceſſitas non habet legem, vt dicit text. in cap. sicut. de conse. distin. 1. & glo. quæ ad hoc multa allegat in l. prima, in verbo, expedire. ff. de offic. consulis. & gloss. in litem quanuis. in verbo, neceſſitatem. in fin. ff. commu. diuid. & in l. generaliter. §. spurios. ff. de Decur. & in l. 1. in fin. ff. de oper. liber. Idque est quod alibi dicitur, quod non est licitum in lege, neceſſitas facit licitum. ca. quod non est. de regu. iur. vbi gloss. adducit concord. Item quod alibi scribitur, inculpabile esse iudicandum, quod neceſſitas intulit. in capit. ad limina. 30. quæstio. 1. & cap. 1. 34. quæstio. 1.

- 4 Propterea neceſſitas ipsa siue mauiſ paupertas, quæ & neceſſitatis est species, à multis alioquin prohibitis excuſat, multaque contra regulas iuris inducit, vt latè tractant glo. & docto. in ca. querelam. de iure iur. glo. in c. vlt. 34. quæst. 1. & Archid. in ca. pauper. n. quæst. 3. & in ca. statutum. §. in super. de rescrip. lib. 6. & Zenzel. in extrauag. Ioã. 22. incip. cum ad sacrosanctam. versi. hoc licet, in verbo, paupertati. & Luc. Pen. in l. 1. colum. 2. C. de dela. lib. 10. & in l. curiales. eius initij. 2. post princ. C. de Decur. eo. lib. 10. & Bald. et Fel. in c. si qui testamentū. de testib. idem Bald. & Alber. in l. 1. ff. de offi. con. et Rom. in repet. l. si verò. §. de viro in 25. fal. & iterum in 54. fal. ff. sol. matr. Matth. in vlt. no. Alex. in l. præsidis. quam legit cum l. principalibus. et ibi Iaf. col. 2. ff. si cert. peta. Firmianus in suo repertorio, in verbo, neceſſitas, ferè per totum, & in verbo, paupertas, ver. 61. & multis seq. Barb. in c. significantibus. & ibi etiam Fel. col. 3. versi. & tu notabis, de offic. dele. idē Barb. in ca. 1. de fer. et in ca. 1. de pign. Fel. in ca. cum accessissent. colum. 9. versicu. tertio restringitur. de constit. et in cap. nihil. colum. vlti. de præscrip. et in d. cap. querelam colum. penult. de iure iur. et in cap. ex ratione. in princ. de appel. et in cap. 2. colū. penul. de sponsa. Franc. Cur. senior in repe. l. admonēdi char. 16. colum. tertia, et ibi etiam Iason in repe. col. 74. nu. 214. versi. circa secūdam conclusionem. et seq. ff. de iure iur. et idem Iason in l. 1. in princ. colū. penul. versi. gloss. in verbo, non aliter, et ibi etiam Franc. Purpur. col. penul. et sequent. ff. de eo cui mand. est iur. id. et idem Iason in d. l. principalibus: colū. 2. ff. si cert. peta. & in l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de operis noui nunciat. & in authen. res quæ. colum. tertia, versiculo .ii. & iterum columna. 6. versiculo sexto & vltimò. C. com. de lega. & Cardin. Alex. in cap. non debet. de consang. & affini. & Philip. Decius in repet. cap. 1. versicu. restringitur hæc prima limitatio. de probat. & in l. quæ pro parte. ff. de regul. iuris. Fedi. Loaz. in repet. l. filius familiæ. §. diui. nume. 219. & multis sequen. ff. de lega. 1. & Catel. Cota in memor. incipien. paupertas excuſat. & Gerald. de Petra sancta. in sing. 100. cuius est princip. neceſſitas non habet legē. & Hippo. Marsil. in l. 1. §. præterea. colum. 18. 19. & 20. ff. de quæstio. & Matth. Affli. in cōstitu. Siciliae incip. cum per partes. §. vltim. in 1. not. cum alijs cōcord. à

N me ad-

me adductis in nostris cōmentarijs vtriusq; Retraetus, titu. 1. §. 26. gloss. 1. nu me. 16. incip. illam autem, & multis sequen.

- 5 Sed & hic quoque repetenda ducimus, quæ de necessitatis vi scripsimus in illis iisdem commentarijs quoniam huc maximè pertinent, & alijs rationibus quas dixim⁹ supra in 31. causa. Ea igitur sunt: Orpheus in Hymno notis, scribit grauem necessitatem omnibus dominari, aut si mauis omnia fortificare.

Δεινὴ γὰρ ἀνάγκη πάντα κρατεῖνει.

Thales Milesius apud Plutarchum lib. 1. de Placitis phisophorum, ca. 25. & Diogenem Laertium in ipsius vita, dicit validissimum siue fortissimum quidem necessitatem esse, vt quæ vniuersæ naturæ præualeat. ἰχυρότατον ἀνάγκη, κρατεῖ γὰρ πάντα. Trismegistus in libro de voluntate diuina, qui Asclepius inscribitur, cap. 14. tradit. ἐμπαρμένην id est, fatum, & ἀνάγκην, id est necessitatem ambas sibi inuicem indiuiduo connexas glutino: alterā verò rerum omnium parere initia: necessitatem autem cogere ad effectum. Parmenides verò & Democritus atq; etiam Heraclitus & Plutarchus vbi nuper citauimus, & iterum cap. 27. necessitatem eandem atque fatum esse voluerunt, omniaq; ipsius præscripto fieri. Plato (vt & idem Plutarchus in eo opere tradit cap. 26.) euentorum partem prouidentia, partem necessitati adscribit. Idem & cum eo Stoici necessitatem quidem fixam causam et violentam dicunt, vt etiam refert ipse Plutarchus in illo cap. 27. Idem Plato lib. de Repub. 10. atque Plotinus eiusdem sectæ philosophus necessitatem Deam faciunt, Parcarum matrem, quæ & ipsa ineluctabiles atque inexorabiles vocantur. Nam & Pausanias lib. 7. quo Corinthia tractat, scribit Corinthu Necessitatis ac violentiæ facellum fuisse, quod ingredi minimè cōsueuerant ex quo intelligis & necessitatem pro Dea fuisse, habitam, eandemq; violentiæ coniunctam: tanquam ea cuncta violet. Valerius Maximus lib. 11. cap. 6. quo loco de Cn. Pompeio loquitur, inuictas leges necessitudinis esse dicit. Ibi enim Necessitudo pro Necessitate, vt sæpe fit, tū à cæteris probatis authoribus, tum verò maximè atque perpetuò à Sallustio vbique ponitur.

- 6 Simonidis sententia est ex arcanis Homericis: quo loco de morte Sarpedonis loquitur, ni fallor, deprompta, Necessitati ne deos quidem resistere, ἀνάγκη ἢ δὲ θεοὶ μάχονται. quam aduocat Plato tum in Protagora, tum libro de legibus. 5. rursusq; 7. Eamque expressisse videtur Linius lib. ab vrbe cōdita. 9. cum scribit, Pareatur necessitati, quam ne dii quidem superant. Sed & idem lib. 4. ita facit loquentem Veetium Volscorum regem: Necessitate, quæ vltimum ac maximum telum est, superiores estis. Vnde opinor illud vice prouerbij celebratum, Ingens telum necessitas, quod Plinij nonnulli esse tradunt. Cæterū Euripides in Helena ex sapientum sententia dicit,

nihil

nihil plus posse graui necessitate:
Δεινὴς ἀνάγκης ἔδερ ἰχθυεῖν πλέου.

Item:

κρείσσον ἔδερ ἀνάγκης εὐροῦ.

Hoc est:

Potentius nihil necessitate inueni.

Idem suam Hecubam ita claudit:

Στερόν γὰρ ἀνάγκη.

Id est,

Dura (siue mauis) rigida necessitas.

Nam & hanc quoq; duram sæpius vocat Diuus Augustinus, enarrans illud Psalm. 30. Saluam fecisti de necessitatibus animam meam. Horatius autem libro. 1. Carminum, Ode 35. eandem sæuam vocat:

Te semper anteit sæua necessitas.

Et libro. 3. Ode 24. diram, quod non longè abest:

Si figit adamantinos

Summis verticibus dira necessitas

Clauos.

- 7 Quintilianus auus Declam. 260. Multum (ait) contra iustitiam necessitas valet. Palladius lib. Rei Rusticæ 1. cap. 6. Necessitas ferijs caret. Valerius Maximus lib. 7. tit. 6. qui de necessitate est, scribit, abominandæ necessitatis leges amarissimas esse, & truculentissima imperia. Tullius lib. 2. Offic. necessitati parendum esse iubet. & Herodianus lib. 5. Parendum (inquit) necessitati fuit. Græcus est versiculus Menandri:

ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πάντα δουλοῦνται τάχα:

A necessitate omnia in seruitutem rediguntur velociter.

ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πολλὰ ποῖμαίμερ κακά.

A necessitate multa facimus mala.

Græco autem epigramate πάντολμος ἀνάγκη appellatur, quòd omnia au-deat. Porcius autem Latro in illa in Catilinā declāatione, grauisissimos pronuntiat morsus irritæ necessitatis. Et Plato in Phædro tradit necessitatem omnibus in rebus cuiq; grauem esse, καὶ μὴ τόγε ἀναγκάϊον εἶναι βαρὺ πάντι παρὰ παρὰ ἄν λέγεται, Homerus autem necessitatem fortem vocat, lib. 6. Iliados.

- Κρατερὴ δ' ἐπικείσεται ἀνάγκη.

Et rursus libro. 10. Odyss.

- Κρατερὴ δέ μοι ἐπλετ' ἀνάγκη

- 8 Inter cæteras autem necessitates nulla est sæuior miserioq; quàm fames, de qua loquuntur maxima eorum, quæ supra in princ. diximus.

N 2 Causa



S V M M A E.

- 2 *Pœna aut remittenda, aut minuenda ei, qui deliquerit mandato Principis, domini, patris, magistratus, vel alterius superioris: quæ annis alioqui non sit eis parendum contra ius, in grauioribus. & nume. 2. 3.*
- 4 *Superioris auctoritas licitum reddit: quod alioqui illicitum erat. Limit. nu. 5.*
- 6 *M. Claudio pœna minuitur, quod in re illicita, domini votis obsecundarit.*



- 1 **RIGESIMO QUARTO**, Licet in grauioribus non sit cōtra ius obediendum mandato principis, domini, parentis, magistratus, vel alterius superioris, quæ potest etiã ratione timere. l. sed etsi vnus. §. si iussu domini. ff. de iniur. et l. vlt. in fin. & ibi glo. ff. de bon. damn. & l. seruus, & ibi etiam glo. ff. de actio. & oblig. & l. liberorum. §. excusantur. ff. de his qui not. in fa. & l. liber homo, huius initij 2. in princi. & ibi glo. ff. ad leg. Aquil. & l. is qui in puteum. §. si tutoris. versi. & an ignoscitur. ff. quod vi aut clam. & l. ad ea. ff. de reg. iur. & l. si mulier. §. 1. & ibi gl. ff. rer. amot. & authē. sed nouo iure. in fi. C. de custo. reo. & l. si seruus. & ibi Ioã. Fab. C. de sepul. viol. & l. 1. & ibi Ioã. Plate. C. de cōmea. lib. 12. & cap. vniuersitatis, & ibi Feli. de senten. excō. & c. quicunq;. & ibi not. in verbo, vti, eod. titu. lib. 5. & not. gl. in ca. mulieres. eod. titu. et in c. omnibus. 29. q. 2. et Bar. in l. non solum. §. si mādato. col. 1. ff. de iniur. et in l. seruus. C. de noxa. et Guido. papæ in deci. Delphi. q. 240.
- Et vt eleganter differit Gellius lib. 2. ca. 7. queri solitum est in philosophorum disputationibus, an semper inq; omnibus iussis patri parendum? super qua Græci nostriq; qui de officijs scripserunt, tres sententias esse, q̄ spectandæ considerandæq; sint tradiderunt, subtilissimeq; dijudicarunt: inter quas ea approbata est, in quibusdam parendum, quibusdã non obsequendum: sed tamen ea quæ obsequi non oportet leuiter et verecundè, ac sine detestatione nimia, sineq; opprobatione acerba reprehensionis declinãda sensim, et relinquenda esse dicunt, quàm respuenda. Apud Quintil. auum declam. 257. filius à patre abdicatus, quod vxorem iussu eius non repudiaret, multa in hanc sententiam dicit: Non obsequeris (inquit) mihi, si hoc ad abdicandum satis esset, superuacua erant omnino iudicia ipsa: cur enim nobis defensionis potestatem dedistis? Si nihil nostris cōsiliij libertis relietũ est, seruo mehercule quædam liberiùs ex bona mente faciunt, et aliquãdo iudicium fidei putant, pretio empta mancipia non paruisse. et paulò post: **Nō coges tēpla incendere, non coges operibus publicis manũ inferre.** Leuiora

- uiora certè mediocritatis nostræ esse manifestum est &c. In hanc sententã multa affert Pontanus nostri seculi Cicero (neq; enim eum sine honoris titulo nominare possum) in eo libro, quem eleganter, vt alia, de obedientia conscripsit, quæ quia illic patent omnibus, huc adscribere superfedeo.
- 3 Sed vt quod diximus resumam, licet in grauioribus non sit cuiusuis superioris iussu parendũ, mitiùs tamen puniendus est, qui id fecerit, quàm qui vltro suoq; cōsilio id ipsum perpetrarit. tex. est in l. seruos, & ibi Bald. & Salic. C. ad leg. Iul. de vi publi. & in l. 2. et ibi glo. Fab. et doct. C. de sepul. viola. et illos duos tex. ad hoc egregios appellat Soci. si is est, in tractatu fallētiarum, reg. 202. et ita voluit gl. in d. l. ad ea. et in d. l. seruus. et gl. in l. 2. §. 1. in verbo, obtemperare. ff. de noxa. acti. Host. Io. And. et Panor. in ca. qui ex timore. de reg. iur. et Cæpo. cautel. 66. secundum numerum primæ impressiõis, secundum verò novos codices, 40. cuius initium est, nota quod licet mandatum, per tex. in d. l. seruos. et Philip. Deci. in l. velle non creditur. col. 2. ff. de regu. iur. et in l. eius verò. eod. titu.
- 4 Et facit quod dicit glo. in ca. dixit dominus. 14. q. 5. dixit auctoritatem maioris excusare in illicitis. ad quod multa iura allegat. quibus adde c. de reb. 12. q. 2. et idem dicit l. quod principis. ff. de aqua plu. arcen. vbi gl. quoque multa ad hoc allegat, quæ ad iudicē peculiariter spectant, vt videlicet ostendat iussum iudicis excusare, facereq; licitum, quod aliàs esset illicitum. quibus et tu adde l. ait prætor. quod tamē. ff. de minor. vbi etiã glo. adducit cōcord. et l. nō videtur. §. qui iussu. ff. de reg. iur. vbi nō videtur dolo malo facere qui iussu iudicis aliqd facit. et ibi gl. multa in eã rē affert, vltra quos est in idē tex. in c. quod quis. de reg. iur. li. 6. vbi latè p gl. Di. et Io. An. in Merc.
- 5 Sed et multa in eandem sententiam afferunt doctores. in l. iustè possidet. ff. de acquir. possess. vbi reperies, an et quando istud procedat, vt etiam per Feli. in ca. cum causa, colum. 2. de offic. deleg. et per Iason. in l. si quis maior, colum. 5. in 8. not. versi. quid autem si non impleuit. C. de transact. Alex. in addit. ad Bar. in l. liber. ad leg. Aquil. et per Matth. Afflict. in cōstit. Sicilię, incipien. violentias. colum. 11. in 9. quæstio. et Hippo. Marfil. in l. 1. in princ. colum. vltima. ff. de ficar.
- 6 Idque etiam comprobatur illustri exēplo. Nam cùm M. Claudius cliens Appij Claudij decemviri iussu ipsius Virginiam in seruitutem asseruisset, quo faciliùs Appius ea potiretur, vt scribitur in l. 2. §. et cùm placuisset. ff. de orig. iuris, ob idque ipse Appius in carcerem coniectus sibi mortem consciuisset, bonaque ipsius fuissent publicata, M. Claudio vltima pœna remissa, exilium tantum est indictum. Sed et apud Appianum Alexandrinum in bello Mithridatico, Mithridates Attilium, qui ei insidias struxerat, supplicio affecit: seruos autem, qui Attilio hac in re obsecuti fuerant, impunitos esse voluit, vt pote qui suo domino paruissent.

And. Tiraq. De pœ. temper. Causa trigesimaquinta.

S V M M A E.

- 1 Principū preces, armata. itaq; si quis peccat blāditijs illorū illectus, mitius cū illo agendū.
- 2 Principum preces importunæ iustam metuendi causam inducunt.
- 3 Principum preces, pro iussu sunt & num. 5.
- 4 Papa si quid roget, præcepti vim habet.
- 6 Zeno Antigoni preces, pro iussu accepit.
- 7 Nero equites Romanos operas arenæ promittere subigit, ingentibus donis, Ausonius testatur se carmen condere ad preces Augusti.
- 8 Laberius prodiit scenam & mimos agit ad preces armatas Cesaris.
- 9 Preces superioris inducere iustum metum, quomodo sit accipiendum.
- 10 Seruus meus si quid mihi debeat, nec sit soluendo, & ab alio accipit, mihiq; soluit, in me competit actio de dolo malo.



RIGESIMO QUINTO, Quod de iussu diximus, idem quoq; efficiunt preces & blanditiæ principum, aut aliorum, quos nō temerè metumus. quæ & ipsæ vim quandam iussus habēt, & præcepti iustumq; metum inducūt, vt voluit glo. not. in l. vnica, in verbo, pignora. C. si rector prouinciae: quā sequuntur recēiores in ca. 1. de offic. deleg. & eam dicit valde singu. Barb. cōsi. 60. incip. sapienter scripsit Psalmi lta. col. 6. versi. capio nunc tertium, lib. 1. et cōsi.

vi. col. antepe. versi. modo reducendo, lib. 2. & cōsi. 30. bene etenim cuncta geruntur, colum. 3. versicu. ideo dixit gloss. singularis lib. 3. & cōsi. 45. illud in medium referam, colum. 5. versicu. minæ enim potentum. & lib. 4.

- 2 Sed non multum ab illo disidet quod vice prouerbij citat alia glo. in l. 1. ff. quod iussu, rogatio domini præceptū est, per quā dicit Bar. in tract. de tyrannide in 7. quæst. quod rogamen maiorū iussus est, per illum quoq; dicit Paul. Cast. cōsil. 70. quia frustra disputaretur, col. 4. versi. item non obstant literæ, lib. 1. quod rogatio principis præceptū continet, & necessitatem adfert. Idem ferè voluit Inno. in ca. petitio, in princ. de iureiur. cū dicit not. quod importunæ preces principum inducunt iustam metuendi causam Quod dictum sequitur Soci. cōsi. 26; incip. capio primū, col. 4. lib. 2. versic. preces autem importunæ. Iaso. in §. quadrupli. col. 11. versi. dixit etiam alibi, Instit. de actio. loquens tamen de maritorum precibus. quanquam Innoc. de principibus tantū loquitur.
- 3 Et quod preces principum pro iussu sint, videtur esse tex. in ca. cū inter R. seniore. ibi, ad componendum coëgit inuitum, de elect. iūcta expositione

Causa trigesimaquinta.

sitione Inno. ita dicentis inuitum, id est instantia precum deuictum, quasi Papa non tam illum iussu coegerit, quā precibus. & ad hoc illum text. allegant Barba. & post eum Feli. d. c. 1. de offic. deleg. idem Barb. d. con. 60. lib. 1. & d. con. 30. lib. 3. & d. con. 45. lib. 4. ad id quoque facit tex. in c. nullus. 36. q. 2. Ex quo iuncta glo. palam colligitur, quod nō dicitur liberè fieri quod fit ad postulationem principis.

- 4 Quibus maximè ad stipulatur tex. in c. beatus. in 7. q. 1. & in c. rogo. 11. q. 3. vbi verbū, rogo, à summo Pontifice prolatū, habet vim præcepti. Ideoque glo. vtrobique & Archi. 11. q. exponunt rogo, id est, præcipio. quod & idem facit glo. in c. 1. super verbo, vult. dist. 1. & in c. reuertimini, in verbo, hortor, 16. q. 1. quod Archid. ibi exponit, præcipio. Ad idem quoq; text. illud expressiūs demonstrans in c. 1. §. porrò, de stat. reg. vbi Papa in prin. vtitur illis verbis, rogamus, requirimus, obsecramus, postea verò euidenter ostendit velle se id vicem obtinere præcepti, cū ad id quod prius rogauerat, censura ecclesiastica compelli statuit. & ibi hoc no. Domi. Tex. item in cle. 1. de testi. in verbo, exhortamur, vbi glo. dicit esse illi exhortationi necessariò parendum. An tamen id semper verum sit vt videlicet talia verba vim præcepti habeāt, latè disputant doct. & maximè recentiores in c. nam concupiscentiam. de constit. propterea illuc te relego.

- 5 In hanc autem sententiā versus est tritissimus, authore tamen incerto:
Est rogare ducum, species violenta iubendi.

Quem citat Archi. in d. c. rogo, vbi & ipse dicit, quod preces maiorum pro iussu habentur. & Bal. in l. si mandator. C. quod cum eo. vbi & idem dicit. & in l. 2. col. 1. C. commu. de lega. & cōsi. 121. à capite inchoantes, post prin. lib. 3. & And. Iser. in c. si quis miles, tit. de defen. sine cul. non amit. & Alex. cōsi. 124. omisis superfluis, col. vlti. versic. nec facio differentiam, lib. 1. & Barb. cōsi. supra alleg.

- 6 Huc quoq; vergit quod de Zenone illo Stoicorum principe tradit Laertius, ad quem cū Antigonus rex Macedoniae literas misisset, quibus eum obnixè orabat, vt ad se proficisceretur, respondens Zeno dicit se id facturū quod iuberet Antigonus, nisi ætas obsisteret: cū tamen non iussisset Antigonus, sed orasset: sed Zeno preces pro iussu accepit. Simile est quod apud Virgilium iuris ciuili (vt Flauianus apud Macrobiū ait) doctissimum, Aeneas Didonem alloquens ait lib. 2. Aeneidos, statim in prin.

Infandum regina iubes renouare dolorem.

Cū tamen illa non iussisset, verū postularat: tanquam omnis superioris postulatio apud inferiores pro iussu haberi debeat. Captabat enim Aeneas beneuolentiam ex eo quod se illo verbo, Iubes, inferiorem ostendit, etsi minimè esset. Quod & inibi scitissimè vt aliàs, semper annotauit Donatus vir certè reconditæ eruditionis.

N 4 Idem

7 Idem comprobatur Tacitus lib. 14. cum dicit de Nerone loquens: Notos quoque equites Romanos operas arenae promittere subegit, donis ingentibus: nisi quod merces ab eo, qui iubere potest, vim necessitatis affert. Eodem quoque pertinet illud Aufonij ad Theodosium Augustum, in quadam ad Paulum alias Paculum, epistola,

Scribere me Augustus iubet: & mea carmina poscit

Penè rogans, blando vis latet imperio.

cum de Valentiniano Imperatore loqueretur, Sed quid facerem? iussum est quodque est potentissimum imperandi genus rogabat, qui iubere poterat. Et illud quoque Quintiliani aui declamatione 281. habet gladium, instrumentum parricidij, accedit ad patrem: manuque sublata, rogo dicit, imò iubet: non sunt enim preces, ubi rogandi libertas non est.

8 Illud item quod scribit Macrobius lib. 2. Saturnalium, Laberium asperæ libertatis equitem Romanum Cæsar quingentis millibus inuitavit, ut prodiret in scenam, & ipse ageret minos quos scriptitabat. sed potestas non solum si inuitet, sed etiam si supplicet, cogit: unde se & Laberius à Cæsare coactum in prologo testatur his versibus:

Necessitas, cuius cursus transuersi impetum

Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt.

Quò me detrusit penè extremis sensibus.

Sed & sententia est Platonis in epistola, quam scripsit ad Dionis propinquos, preces tyrannorum necessitati esse permittas. Quod & ex eo usurpauit Tull. lib. epistolarum ad Atticum. 9. cuius initium, Tuas, cuius hæc verba sunt, Ego autem non tam *νοήλαια*, id est, peregrinatione, huius timeo, quam *πειθαρχία*, id est, persuasionem necessitate inferentem *Αίχαρ τυράννων δεήσεις*, inquit Plato, *οἷδ' ὅτι μεμυγμένοι ἀνάγκαι εἰσὶν*, id est, Tyrannorum enim preces (inquit Plato) nosti quam permittæ necessitatibus sint. Mimus quoque est in eam sententiam elegantissimus:

Rogando cogit, qui rogat potentior.

9 Id tamen quod dictum est, preces superioris inducere iustum metum, intelligunt plerique procedere in eo, qui solet sæuire in subditos, non etiam in cæteris: ut voluit expressè Panor. in d. c. cum inter. col. 3. versic. ex quo, & in c. abbas. col. 1. versic. sed quæro hic, quod met. cau. & in c. vl. in fi. post Io. And. ibi, qui clerici vel vouen. ubi hoc dicit esse fing. notandum, & facere ad eam quæstionem, nunquid teneat matrimonium contractum precibus principis? Quod utique verum est, quantum ad rescindendum ea, quæ precibus principum essent facta. Illud autem indistinctè verum est preces ipsas principum, vicem præcepti obtinere, esseque clementius puniendum, qui precibus principis delictum quodpiam commiserit, æquè ac si iussu ipsius id fecisset, per ea quæ dicta sunt.

Neque

10 Neque velim tamen prætermittere, esse apud nos text. supradictis mirè aduersantem in l. seruis tuis. ff. de dol. mal. ubi si seruus meus cum mihi deberet, nec soluendo esset, hortatu meo pecuniam mutuam ab alio accipit, & mihi soluit, danda est in me actio de dolo malo. ex quo certè colligitur hortatum non haberi loco iussus. nam si pro iussu esset, competeret actio, quod de iussu, & non de dolo. quæ tum demum habet locum, cum alia non competit. ut est tex. in l. 1. §. verba. & §. ait prætor. ff. eo. ti. Ideo cogita quid huic obiectioni sit respondendum.

Causa trigesima sexta.

S V M M A E.

- 1 Delinquentes inuiti ac coacti, vi metue impulsu, mitius puniendi.
- 2 Occidens quenquam mandato alicuius, qui alioqui mortem ei minatur, an excusandus. *Co. nu. 5. Vel, an teneatur lege Cornelia de sicar. nu. 3.*
- 4 Delinquentem inuitum metuue coactum excusandum esse, quomodo accipiendum.



1 EXTO ET TRIGESIMO, non solum in precedentibus casibus, sed & aliàs semper, qui inuiti ac coacti delinquant, ut pote vi, metue compulsi, ne vitam aut bona amittant, sunt leuius puniendi cap. sacris. & ibi latè doct. de his quæ vi metusve causa fi. & cap. presbyteros 50. distin. & cap. in primis. versic. episcopi verò. & ibi glo. in verbo, metu. 2. q. 1. & cap. vlt. 11. q. & cap. eos de consec. distin. 4. & no. glo. in cap. 1. in versic. errore. 15. quæst. 6. & è theologis antesignanus ille Theologorum scholasticorum Alexan. Ales in 3. parte Summæ, quæst. 41. membro. 4. articulo. vltim. aliàs. 3.

2 Et propterea pulchrè dicit Bal. in §. iniuria. in verbo, seu furtū. tit. de pac. iura. fir. quòd si aliquis potens mihi mandauerit, ut occidam Titium, aliàs me interficiet, idque ipsum perfecerim, à pœna homicidij excusari debeo. allegat Pet. illud dicentem in l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. ubi etiam per Cy. quod idem voluit ipse Cy. in l. 1. & Ioan. Fab. col. vlt. C. vnde. vi. & idem Bal. in sua Marga. in verbo, homicidiū. ver. vlt. Flori. in l. liber homo. col. 1. ff. ad leg. Aquil. & in l. si quis fumo. §. 1. eo. tit. dum se remittit ad Cy. in d. l. C. vnde vi. & Alex. in addi. Bar. in l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. & Barba. confi. 60. sapienter scripsit Pfalmista, col. 6. versic. capio nunc tertium. lib. 1. Lauren. Calca. confi. 2. licet ista materia, col. 11. & Iason in §. si minus

§. si minus, col. antep. versi. nunquid autem, In sti. de acti. & Hippo. Marfil. in. l. l. col. 12. versi. 18. ff. de sicar. & Philip. Deci. in l. velle non creditur, col. 2. versic. vltimò notandum est, in fi. ff. de reg. iur., & in l. eius verò, eo. tit. & idē sentit Bar. in l. 2. ff. de noxa. sensit & ante hos omnes glo. in l. si familia. versi. & si seruus, in glo. 1. in fi. ff. si fami. fur. fec. dic. quam ibi ponderat & commendat Alex. in addi. Bar.

3 Et profectò si isti intelligant hunc excusari, ne puniatur lege Corne. de sic. sed mitiùs, id haud dubiè verum. Si verò vt omnino non puniatur, non admitterem, sicut nec admittit Panor. in d. c. sacris. qui ad iura & rationes aduersariorum respondet. Cui concinit id quod Plutarchus in Lucullo tradit, ipsum Lucullum Mitylenos, quoniam non sponte à Romanis defecerant, sed metu, mitiori supplicio affecisse. Huiusque rei euidentis est ratio. Nam qui vi metuue compulsus est, is dolo caret. l. imo. ff. de lib. cau. qui autem citra dolum peccat, mitiùs est puniendus, vt suprà latè tradidimus in causa. 36.

4 Sed quæ diximus, intelligenda sunt in coactis conditionaliter (vt vulgò loquimur) videlicet metu maiorū malorum: qui certè puniuntur mitiùs, puniuntur tamen, vtpote qui peccant: vt habetur in iuribus suprà allegatis, & in cap. quisquis. 11. q. 3. & c. si quis coactus. 22. q. 5. & not. glossa in c. non solum. 11. q. 3. & in c. potest, in verbo, neget, de pœnit. distin. 1. quæ loquuntur de his, qui metu mortis Christum verbo tantum abnegant: coacta enim voluntas est, vt habetur in l. si mulier. §. si metū, & l. metū autem. §. sed quod pœtor. ff. quod met. cau. cum similibus. & latè differit Aristoteles Peripateticorum princeps, lib. 3. Ethicorum. c. 1. & Gregorius Nissenus lib. philosophiæ. §. debemusq; potius quælibet mala pati, quàm malo consentire. l. isti quidem. ff. quod met. cau. & c. ita ne. 32. q. 3. Neq; timendi sunt occisores corporis contra iustitiam homines impellentes. c. vlt. 31. q. 2. Ideoque Tullius lib. veteris Rhetoricæ 2. Si quā (inquit) necessitudo turpitudinē videbitur habere, oportebit per locorum cōmuniū implicationem redarguentem demonstrare quiduis perpeti, mori denique satius fuisse, quàm eiusmodi necessitudini obtemperare. Et, vt inquit Liodes Oenonis filius apud Homerum, lib. 21. Odyssæ, multò melius est mori quàm viuus peccare,

εἰπεὶν πολὺ φερτερόν ἔστιν
τέθναμεν ἢ ζώοντας ἀμαρτεῖν.

Et de hac coactione, vt puto, est illud quod à Plutarcho refertur in Apophthegmatis Laconū ignobiliū, de Lacone quopiā, qui ad eum, qui puniebat, et dicebat se inuitū peccasse: Castigaberis (inquit) igitur et inuitus.

5 At coacti absolute siue præcisè, vt cum nostris quoque loquamur, qui videlicet nihil conferunt secundum proprium motum, nihil certè peccant, neque puniuntur: vt qui potius pati quàm agere videantur: vt est tex. in d. c. sacris.

cap. sacris. & ibi glo. & doct. & dict. cap. presbyteros. versic. qui autem fugiētes. & dict. capi. ita ne. & ibi etiā glo. & capi. constat. 1. quæst. 1. & in summa 15. quæst. 1. cū multis seq. cap. & l. 1. §. remouet. ff. de postul. & l. si vxor. §. quis planè, & l. vim passam. ff. de adul. & l. fecidissimam. C. eo. Ex quibus iuribus multa præsertim posteriora loquuntur de muliere vim passa, vt videlicet nihil ei sit imputandum, sicut etiam lex Mosaica sanxit Deutero. 22. Itaque Ouid. lib. 1. Fast. Iunonem increpat, quòd Calistonem à Ioue vim passam, in vrsam mutauerit:

Quid facis inuito pectore passa Iouem?

Quasi nihil ob id pati debuerit.

6 Et de hac præcisè coactione, vt sit omnino impunita relinquenda, scribit etiam Alex. Ales vbi suprà, & Archi. in cap. qui bona, colum. 8. 17. quæst. 1. & assatim Aristot. & Gregor. Nissenus, quibus locis nuper citauimus. Sed antequam hinc ab eam, libet huc adscribere exemplum historicum huic loco accommodatissimum, A. Posthumus Albinus, qui consul cum Lucullo fuit, res Romanas oratione græca scriptitauit, in cuius historiæ exordio scriptum erat in hanc sententiam, Neminem succensere sibi conuenire, si quid in his libris parum compositè aut minus eleganter scriptum foret: nam sum (inquit) homo Romanus, natus in Latio: græca oratio à nobis alienissima est. Ideoque veniam gratiamque malæ æstimationis si quid esset erratum, postulauit. Eam cum legisset M. Cato, Næ tu (inquit) Aule nimum nugator es, cum maluisti culpā deprecari, quàm culpa vacare. Nam petere veniam solemus, aut cum imprudentes errauimus, aut cum compulsi peccauimus. Tibi (inquit) oro te, quis perpulit, vt id committeres, quod priusquam faceres, peteres vt ignosceretur? Author Plinius aut quisquis est in libro de illustribus viris, Plutarchus in Catone Vticensi, Gellius lib. 11. Nocti. Attic. c. 8. Macrobius in prin. Saturnalium, & Suidas.

Causa trigesima septima.

S V M M A E.

- 1 Delictum qui attentauit, nec tamen perfecit, leuius puniendus.
- 2 Delictum incoatum quòd pra consummato habeatur, ex fictione est, & præter rerum naturam.
- 3 Statutorum pœna non habet locum in delictis attentatis. Limit. nu. 4.
- 5 Statutum certa pœna puniens eum, qui rapuerit rem alienam, locumne habeat in eo, qui fregit ostium alterius.
- 6 Statutum si puniat facientem tractatum, delicti consummatio non requiritur. Limit. numero. 7.

TRIGE.



RIGESIMO SEPTIMO, licet de iure cōmuni conatus proximus delicto æquè puniatur in atrocioribus, ac si delictum fuisset consummatum, vt est tex. in l. si quis dicam, & ibi glo. & doct. C. de epi. & cleri. & in l. is qui cū telo, & duabus legibus seq. C. de sicar. quæ omnes repetuntur de pœn. dist. 1. cum multis cōcord. adductis per Feli. in tractatu quem super hoc priuatim conscripsit: tamen si ex statuto delictum quodpiam certa pœna puniatur,

certè qui huiusmodi delictum conatus fuerit perpetrare, quantumcunque proximè ad delictum accesserit, tamen nisi perfecit, non ea pœna puniatur, sed alia mitiori pœna, secundum qualitatem admisi facinoris.

2 Nam quod delictum attentatum habeatur pro consummato, non est secundum rerum naturam atque veritatem, sed est ex fictione, quæ non habet locum in statutis, cū sit quædam improprietas: nam statuta propriè & naturaliter, non fictitiè debent interpretari, vt no. in l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. gest. & in l. quidquid astringendæ. & l. ex ea parte. §. mulier. ff. de verb. oblig. & l. tutelæ. ff. de cap. dimi. & l. Staius. §. Cornelia. ff. de iur. fisci, & l. vlt. C. de his qui veni. ætat. impetra.

3 Et hoc quidem, videlicet quod pœna statutorum non habet locum in delictis attentatis, voluit Bart. in l. 1. §. diuus. ff. ad leg. Cor. de sicar. vbi dicit quod hac ratione conatus non punitur per totam Italiam, vbi omnia fermè delicta secundum statuta puniuntur: & iterum in l. si in rixa, col. 1. eo. tit. & in l. damni. §. Sabini, col. vlt. in prin. & ibi Rom. col. 2. vers. in quatum autem. ff. de dam. infect. & ipse Bar. in l. senatus, col. vlt. de accu. & in d. l. is qui cū telo. vbi hoc dicit esse perpetuò menti tenendum, & ibi etiam Bald. & Sali. & idem Bal. in d. l. si quis non dicam, col. 3. vers. iuxta hoc incidenter cadit ista quæstio, vbi dicit ita tenuisse Iac. Butrig. in quadã quæstione per eum Venzioli disputata. & idem Bal. in l. 1. & iterum in l. si fugitiui, col. 1. & ibi Cœpola in repe. C. de ser. fugi. & ipse Bal. in l. & si percussor. §. si appetitus, in prin. per illum tex. ff. de S. C. Sylla. & in l. vlt. per glo. ibi, in verbo, voluerit. ff. de rer. diui. & in l. 1. §. hæc verba. vbi etiam Angel. in fi. ff. quod quisq. iur. & idem Bal. in l. data, col. 12. vers. item in pœnis statutorum, & iterum vers. dico autem. C. qui accu. poss. & in l. arboribus. §. Iulianus. ff. de vsufu. & in l. qui autem ex his. ff. de his qui no. infra. & in l. si proprietati. ff. de iur. doti. & in §. ite lex Cornelia, Insti. de publi. iudi. & in c. 1. col. 1. tit. quib. mo. feu. amit. & in c. 1. §. iniuria. tit. de pac. iur. fir. & in addi. Specul. tit. de accusatore. §. 1. vers. quid si primò actum fuerit, in addi. quæ incipit, secundum statuta terrarum, & eleganter consi. 294. ad euidentiam præmittendum est, lib.

est. lib. 1. & consi. 361. quidam rumor iam pluribus diebus. in fi. eod. lib. 1. & consi. 136. proponitur quod Titius percussit, lib. 2. vbi dicit, quod in pœnis statutorum magis consideratur ictus, quàm animus. & consi. 430. qui voluit alium facere, lib. 2. & consi. 443. Cæcus confecit venenum, col. 1. & iterum col. 2. lib. 3. & consi. 28. viso statuto apparet, lib. 4. & consi. 301. præsuppositis verbis statuti, quod consi. errore Impressorum repetitum est in con. 356. in eo. lib. & Alberi. in secunda parte statutorum, quæst. 168. incip. Cy. quærit, & iterum q. 218. statuto Bononiensi cauetur. & Imo. in cap. 1. & ibi Panor. col. 1. vers. nunc primò no. & latè Feli. col. 3. vers. fallit nonò, de præsump. & in l. idem Imo. in l. 1. ff. de publicis iudi. & Panor. in cap. inter, ante fi. de purg. cano. in cap. 2. col. vl. vers. secundum dictum. de eo qui mit. in poss. et in c. mulieres, de senten. exc. co. 4. ver. in contrariu facit. Floria. in l. lege Aquilia, circa mediū. ff. ad leg. Aquil. & Pau. Ca. con. 277. in causa carceratoru col. 1. vers. nec obstant. lib. 2. & consi. 296. visa inquisitione supra scripta, col. 2. vers. præterè si aliud statutum, eo. lib. 2. Angel. Are. in tractatu maleficioru, in verbo, & ex interuallo dictus Titius ex dictis vulneribus mortuus est, col. pe. Alex. con. 15. viso processu inquisitionis formata, col. 2. vers. sed præmissis non obstantibus, lib. 1. & Fran. Are. consi. 80. sicut decet. col. 3. vers. nec obuiat præmissis, & consi. 146. visa consultatione, col. pe. ver. secundò quia statuta, Barb. con. 23. sapientissimus, col. 6. vers. etsi quispiam. & multis seq. lib. 2. Socinus in tractatu fallentiarum, in regula. 31. in. 3. fal. & Iason in rub. Insti. de actio. col. pe. & Feli. in c. significasti, eius initij. 2. col. 2. vers. aduerte tamen, de homi. & in d. tractatu quando conatus puniatur, col. 3. ver. fallit. 8. & vlt. & Hippo. Marsil. in l. 1. in prin. col. 15. vers. quod tamen hodie. ff. de sicar. & in l. qui falsam. col. 5. vers. alius est etiam. ff. de fal.

4 Sed hoc procul dubio intelligendum est, quando verba statuti non verificarentur (vt nostri loquuntur) in attentante solum, putà quia statutum punit homicidam, adulterum, & cætera id genus. Secus si verificarentur in solo conatu, verbi gratia, si puniat assassinatum. Nam cū assassinatus crimen sit perpetratum, ex eo solum quod quis pecuniam recepit, vt faciat homicidium, etsi nondum fecerit, vt videtur probare tex. in c. 1. de homici. lib. 6. & ibi no. Domini. & etiam Angel. consi. 14. nos Carolus. Ideoque pœna dicti statuti habet locum in eo qui tunc vulnerauit, vt occideret, quanuis reuera non occiderit. ita consuluit cū ex facto incidisset. Philip. Cor. consi. 249. licet videatur prima facie, lib. 1. vbi ita, vt diximus limitat quod supra dictum est pœnas statutorum non habere locum in attentantibus: respondetq. ad Dy. & Angel. qui videntur sensisse contrarium in l. item apud Labeonem. §. si curauerit. ff. de iniur. vide tamen Bald. consi. 430. lib. 2.

5 Huic autem sententiæ congruit quod scribit Alberi. in tractatu statutorum, in. 2. parte, quæst. 229. quid si statuto caueatur, statutum certa pœna eum

eum puniens, qui rapuerit rem alienam, procedere in eo qui fregit ostium alterius, ut raperet, per textum in l. Marcellus. ff. de verborum significatione. vbi verbo, rapuisse, continetur scissum & fractum, dicitque hoc ibi voluisse Dynum. quod no. ad confirmationem dicti Cornei, qui tamen huius decisionis non meminit. Quanquam id nihil pertinet ad hunc articulum, neque enim rapere est frangere ostium ad rapiendum. Et ego certe putarim hunc non esse puniendum ex illo statuto, sed aliter ob fracturam ostij.

6 Facit quoque quod tradit Panor. in c. tua nuper. col. 2. ver. in glosa. in verbo tractatu, per tex. & glo. ibi, de his quæ fi. à præla. quod si statutum punit facientem tractatum, non requiritur delicti consummatio, & sequitur Alex. not. in addi. ad Bart. in l. vtrum. ff. de parri. & ibi Hippo. Marsil. col. 2. in fi. qui hoc dicit no. & summè notandum. allegat & ad id alia iura quæ nihil ad hoc faciunt, & idem Hippo. in d. l. qui falsam, col. 2. ver. adde etiam prædictis. ff. de fal. Quin & aliàs semper conatus perinde punitur ac effectus, quando dispositio puniens considerat affectum sine effectu. l. & generaliter. §. 1. & ibi doc. ff. de calum. & l. si amicis. ff. de adulte. cum fi.

7 Sed hanc limitationem declara procedere, vbi esset manifesta legis, aut statuti intètio, ut tractatus puniatur: aliàs enim licet verba ipsius simpliciter sonarēt in tractatū & voluntatē, nihilo tamē minùs reducuntur ad intellectū iuris, videlicet si delictū fuerit perpetratum, per glo. in l. vl. in fi. ff. de rer. diui. quæ exponit tex. transcendentē voluerit, id est, voluntariè trāscenderit. quæ sequitur Bar. ibi dicens valere ad statutū, quod si quis voluerit aliquē corrūpere, capite puniatur, ut intelligatur, id est voluntariè corruerit, quod est, ut dicit, notandum. & etiam per glo. in cle. 1. in verbo, mandauerit, de pē. ni. quæ intelligit illum tex. punientē eum qui mandauit, ita videlicet, si secutū est delictū. Et per illas glo. hanc declarationem tradit Fran. Are. in l. si seruum. §. prætor ait col. 3. ver. vnde quando factum. ff. de acquir. hæred.

Causa trigesima octaua.

S V M M A E.

- 1 Delictum attentans tantum, ex consuetudine mitius punitur.
- 2 Consuetudo contra ius diuinum, non admittenda.
- 3 Exodi locus cap. 21. explicatur.
- 4 Testamenti veteris scripta trifariam diuiduntur.
- 5 Moyse præcepta, & præceptorum diuinorum partitio. nu. 6. 7.
- 8 Mosaica præcepta à Christo in multis mutata ac reprobata.
- 9 Moyse leges non excusantes a peccato.
- 10 Delictum attentatum quando puniatur æquè atque perfectum.
- 11 Delicta ferè puniuntur secundum statuta, & non secundum ius commune.

TRIGE-



RIGESIMO OCTAVO, non solum si ex statuto puniantur delicta, sed etiam si ex iure cōmuni conatus etiam proximus delicto, æquè puniatur atq; si delictū ipsum consummatum foret quemadmodum nos amplissimè & copiosè in superiori causa, nempe trigesima septima differuimus, & in casibus in quibus dicitur delictum attentatum æquè puniri ac consummatum. Ex generali tamen consuetudine non tam grauitè punitur qui attentauit, quàm qui perfecit, ut voluit Specul. tit. de accusatore. §. 1. versic. quid si primò actum fuerit. cum dicit quod de consuetudine vulnerans animo occidendi, non tamen occidens, non punitur tanquam homicida, argu. l. aut facta. §. euentus. ff. de pœn. refert & sequitur Cyn. in l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & cleri. & in l. is qui cum telo. in 3. oppo. & ibi etiam Ioan. Fab. Bal. (quem vide) & Sali. & Pe. Iaco. in titu. de act. leg. Aquil. col. 6. in paruis. & Bar. in l. 1. §. diuus. ff. de sicar. & Ioan. Fab. in §. item lex Iulia. col. pe. versic. quidam autem dicunt, Instit. de pub. iudic. vbi tamen distinguit Bald. in l. data, col. 11. versic. item nota, quod pœnæ personales. & iterum col. seq. versic. dico autem. C. qui accu. poss. vbi ita loquitur, ut videatur hoc etiam de iure communi procedere, cessante consuetudine. respondetque ad iura, quæ videntur innuere contrarium: & idem Bald. in cap. vlt. colum. 2. de consuet. vbi dicit hanc consuetudinem esse æquam, & naturalem: æquitas enim dicitur propositū cum actu imperfecto mitius puniri, quàm cum actu perfecto. l. si fugitiui. C. de ser. fugi. vbi & hoc voluit ipse Baldus: & idem Bald. consi. 359. statuto Placentiæ cauetur, lib. 1. & consi. 361. quidā rumor, eo. lib. 1. & consi. 443. Cæcus confecit venenū, lib. 3. Angel. Paul. Ca. Alex. & Ias. in l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisque iur. vbi & hoc Angel. dicit esse notabile, & Paul. Ca. esse perpetuò menti tenendum, dicitque Angel. ita tenuisse Archi. in c. si ergo. 8. q. 1. vbi tamen nihil dicit, & idem Angel. in l. 1. §. fuit iniuria. ff. de var. crimi. & idem voluit ipse Paul. Ca. d. con. 296. visa inquisitione, col. 2. lib. 2. Floria. in l. item si obstetrix. col. 2. ff. ad leg. Aquil. & Masuerus in tit. de pœn. §. item secundum consuetudinem, Rapha. Fulgo. consi. 149. super inquisitione formata, col. pe. versic. superest de tertio. Fran. Are. con. 80. sicut decet. col. 3. & Barb. in l. 4. §. Cato. col. 3. ff. de verbor. oblig. et in addi. Barba. in c. 1. in prin. tit. qui. mo. feu. amit. et con. 64. scribitur libro Hester, col. 9. in fi. cum seq. lib. 1. et con. 23. sapientissimus dixit Ecclesiastes. col. 6. versic. cum ergo in casu nostro, lib. 2. et Alex. con. 15. viso processu, col. 2. et iterum col. vl. lib. 1. et con. 140. videtur in casu proposito, col. 1. versic. et primò præsuppono, lib. 2. et in addi. Bar. in l. qui ea mētē. ff. de furt. vbi hoc

O 2 reputat

- reputat fing. & Corneus con. 23. licet in hac cōsultatione, col. 1. ver. his tamē non obstantibus, lib. 1. & Feli. in c. cōsulere. ante fi. de simo. & in c. significasti, eius principij 2. col. 2. ver. aduerte tamē, de homi. vide Alex. in d. l. 1. §. hęc autem verba. ff. quod quisq; iur. & Matthæum Afflic. in constit. Sicilię incipiente, mala noxia, col. 2. versi. sed aduerte, & Hippo. Marfil. in lege, eiusdem. col. 2. versi. nota etiam. ff. de ficar.
- 2 Videtur tamen hanc consuetudinem non valere, neque esse obseruandam, quoniam sit contra ius diuinum, Exodi 21. c. vbi qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur. cui non potuit consuetudo derogare. c. vlti. & ibi etiam planē no. de consuetudine. & c. quę ad perpetuum, & c. non nulli, & cap. sunt quidam. 25. quęst. 1. cum sim. Neq; enim potest Papa, princeps vel populus, tollere legem superioris. l. nam & magistratus. ff. de arbitr. & c. cū inferior, de maio. & obedi. c. 1. 10. d. & quod tradit Specul. in tit. de leg. §. nunc breuiter. & glo. & doc. in c. cū ad monasterium. de stat. monac. & quod non valeat huiusmodi consuetudo, sentit hac, quā diximus, ratione, Barb. d. con. 64. col. antepe. ver. quinimo dico, lib. 1. subdēs quod istud debēt ponderare iudices, quoniam quotidie hoc accidit.
- 3 Sed quod huic respondeamus, in promptu est. primū enim non satis fideliter illum Exodi locum fuisse conuersum, quoniam in Hebræo scribitur ad hanc sententiam. Qui percusserit hominem, & occiderit, morte moriatur, vt testatur Nicol. Lyr. in expositione eius loci, subiungens quod si nō occiderit percussens, quantumcunque voluerit occidere, non est morte pleētendus. Cui mirē suffragatur quod alibi scribitur Leuitici. 24. in hęc verba: Qui percusserit, & occiderit hominem, morte moriatur. Ideoque secundū hoc non erit hęc generalis consuetudo legi Mosaicę contraria, imō potius conformis, & per omnia similis.
- 4 Sed & illud quoque dici potest, & fortassis melius, ne diuum Hierony. interpretem Bibliorum (si tamen is est) arguam, quod sancita veteris testamenti trifariam diuiduntur. Alia enim moralia, alia cerimonialia, alia rursus iudicialia. quę omnia nominatim speciatimque tanguntur Deutero. 6. cum scribitur: Hęc sunt pręcepta, cerimonię, atque iudicia, & cap. Iudicialia autem quę nonnulli legalia vocant ipsius veteris testamenti, quale est illud Exodi, supra citatum, non ligant, nisi quatenus reperiūtur in nouo testamento approbata, vt ex antiquis voluerunt Tertullianus in libro aduersus Iudęos: Origenes in Exodum Homilia. 10. & in Numeros Homilia 11. Diuus Hieronymus in epistola ad Augustinum, cuius exordium est, Tres simul epistolas: ipse diuus Augustinus, lib. 6. contra Manichæum, per totū propē eum librum. et rursus lib. 19. c. 18. et ad Bonifacium contra duas Pelagianorum epistolas, lib. 3. c. 4. et D. Ambrosius in epistolam Pauli ad Colossenses c. 3. et epist. 72. ad Ironem.

Et ex

- 5 Et ex recentioribus Marsilius Ficinus, verē Theologus simul & philosophus, & medicus celeberrimus, in eo lib. in quo de religione Christiana tam piē quā eleganter differit, cap. 34. vbi pręcepta Moysi multifariam distinguit, ea asserens esse pręcipua, quę in dialogo continentur: Data enim fuisse à Deo absque medio, in tabulis lapideis populo vniuerso, deinde tanquam perpetua in archa testamenti in sancta sanctorum inclusa: cetera verò minutiora esse, ac data per Moysen, & ab eo chartis inscripta, atque extra sancta sanctorum posita. Inter hęc autem alia simpliciter moralia esse, quę quoniam naturę legem imitantur, sempiterna sunt, sicut pręcipua. Alia ad iudicia pertinent, quę in æquitatis arbitrio posita, provt rerum vsus exigat, variantur. Alia rursus ad cerimonias quę sunt parui momenti, idque probat testimonio, ac authoritate ipsius veteris testamenti. Idem quoque voluit atque optimis rationibus comprobauit Paulus Ritus in libello De Christiana veritate, tractatu. 2. parte. 3. c. item. 3.
- 6 Et è Theologis, quos scholasticos appellant, horum primus ac princeps Alex. Ales in 2. parte Summę, quęst. 25. membro. 1. atq; in tertia parte Summę, quęst. 59. membro. 1. & Diuus Thomas Aquinas eius discipulus in prima secundę, quęst. 104. arti. 3. & iterum in secunda secundę quęst. 87. arti. 1. & in quolibeto. 2. arti. 2. & alter eiusdē discipulus Diuus Bonauen. in 4. senten. d. 3. artic. 3. quęst. 2. in qua etiam dist. copiosius doct. omnium subtilissimus Scotus in vlt. q. ad fi. & idem Bonauen. in eodem. 4. senten. dist. 37. art. 2. q. 1. & Richardus in eodē. 4. d. 17. Anto. Flo. in 1. parte Summę, tit. 14. c. 6. in prin. col. 3. ver. tertio differūt. Nicol. Lyr. in Exod. c. 21. in prin. & Angel. Cla. in verbo, decima, versi. 2. & nouissimē Gabriel Biel in 3. senten. d. 37. q. vnica, artic. 2. conclusionē. 5. ad finem: Et rursus in 4. senten. dist. 1. q. 4. artic. 4. dubio item. 4. per totum.
- 7 Nec defunt nobis nostri iuriū interpretes, qui & ipsi huius sententię fuerunt, & in his Cardi. Flor. con. 2. circa statutū, ad fi. Imo. in l. stipulatio hoc modo concepta, col. 3. & ibi etiam Roma. col. 10. ver. duodecimō cū quid. ff. de verb. oblig. idem Imo. in l. 3. col. vlt. & ibi quoque Fran. Are. col. 3. versi. prima ratio. ff. de testa. & ipse itē Imo. in c. vl. col. 3. ver. & ibi Panor. col. 2. in gl. 2. de cōsue. & idē Imo. con. 1. in casu pręmissō, in fi. Bellame. con. 28. in factō mihi tradito, col. 2. ver. ad partem contrariā. Marti. Laud. in tracta. Primogeniturę. col. pe. versi. rursus quæratur nunquid, Alex. con. 13. attentis his. col. 4. versi. pręterea pręcepta. lib. 7. Fran. Are. in l. vlt. col. pe. versi. tertio quod nō valet. C. de pac. Barb. con. 39. clementissimum Deū, col. 1. lib. 2. & Iason in l. qui se patris. col. 5. ver. & nota quod inter iudęos. C. vnde liberi. & Philip. Dec. in c. consuluit. in 2. no. de appel. Zasius con. 1. illustres, nu. 61. lib. 2. & faciunt no. per glo. & Archi. in §. his itaq; per. text. ibi. 6. dist. & per Panor. & alios in c. 1. de homic. & ipsum Panor. in c. 2. col. 3. de probat.

O 3 Nam

- 8 Nam & videmus multa Moyſi præcepta legalia, ſiue iudicialia fuiſſe à Chriſto Domino noſtro mutata, atque reprobata. Matthæi. 5. cap. & iterum. 19. & Marc. 10. & Luc. 16. cap. quod apertè probat legalia hæc non fuiſſe iuris diuini: quia ſi huiusmodi fuiſſent, perpetua & immutabilia quoque fuiſſent vel teſtimonio principis illius vatis pſal. 88. Non prophanabo teſtamentum meum: & quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita. Et Eſaiæ c. 40. Verbum domini manet in æternum. Et ipſius Chriſti, dum dicit Matthæi. 24. Marci. 13. Lucæ. 21. Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea nõ tranſibunt. Et eiufdem, Lucæ. 16. Facilius eſt cœlum & terram prætereire, quàm de lege vnum apicem cadere.
- 9 Vt interim non omittã nonnullas Moyſi leges non excuſaſſe à peccato, vt ea quæ libellũ repudij permittebat. Deutero. 24. in ea enim ſententia fuerunt Nicol. Ly. in eodem ipſo. c. 24. & magna Theologorum pars in .4. ſententia. d. 33. Alex. Ales. in 3. parte ſuæ Summæ. q. 46. membro. 2. articulo. 1. & 2. Et è noſtris gloſa in cap. cum in lege. 23. quæſt. 4. Archi. in cap. qui peccat. 23. quæſt. 4. Hoſti. in capit. gaudemus. col. 3. in verbo, qui autem. de diuort. Bal. aut certè Io. Montegranius inter con. illius conſi. 428. in quaſtione dicta col. 2. verſi. & quod de iure lib. 5. Et ea quæ permittebat ſuam cuique iniuriam ſine iudice vindicare, vt ex autoritate Leuitici tradit Diuus Gregorius in Matthæum cap. 22. cuius ſententia repetita eſt in decretis canonicis cap. cum in lege. 23. q. 4. nam & is peccabat, qui id faciebat, vt ſcribit Archi. in d. cap. cum in lege. Ex quibus illud continuò conſequitur huiuscemodi legem, quam qui ſequebantur, peccabant, ius diuinum non conſtituiſſe, quod nemini laqueum inſcit, & omni labe caret. Nam via domini impoluta eſt, pſal. 27. & lex ipſius immaculata, pſal. 17. Non immeritò igitur dâna ta eſt hæreſis Cerinthi, Ebionis, & Nazareorum contendentium legẽ Moyſi in omnibus eſſe obſeruandam, ſicuti nouum teſtamentum, authoribus D. Auguſtino & Philoſtrato in ſuis libris. De hæreſibus. dicitq; Io. Gerſon in tracta. de contractibus, parte. 1. conſider. 10. hæreticum eſſe ſi quis credat iudicialia Moyſi præcepta nos tenere.
- 10 Valet ergo (vt tandẽ ad principale noſtrum inſtitutum redeamus) conſuetudo, vt non puniatur delictum attentatum, vt perfectũ: nec dici poteſt eſſe contra ius diuinũ. Sed non obtinet in crimine læſæ maiestatis & patriæ: in quo conatus etiam de conſuetudine punitur, atque ſi ſecutus eſſet effectus, vt no. Angel. Paul. Ca. Alex. & Iaſon in d. l. 1. §. vlt. quod quiſque iur. per l. quiſquis. vbi etiã idem Angel. C. ad leg. Iul. maiest. & Barb. d. con. 23. lib. 2. & Alex. in addi. Barb. in l. qui ea mente. ff. de fur. Nam & in hoc crimine ſola conſcientia non reuelata punitur. l. quæſitum. ff. qui & à quibus.
- 11 Sed non eſt prætermittendum, non deeſſe qui hoc caput ſecundũ præcedens intelligant, videlicet Specul. à quo hoc totum depromptum eſt voluiſſe

voluiſſe legibus punientibus conatum eſſe derogatum per conſuetudinẽ contrariam, quoniam fermè vbiq; puniuntur delicta ſecundũ ſtatuta, & non ſecundũ ius commune, & ita requiritur delicti conſummatio, per id quod dictum eſt in præcedenti capite: quali velint quòd ſi ex iure communi puniantur delicta atrociora, conatum quoque puniri, neque eſſe conſuetudinem, quæ huic rei deroget, niſi propter ſtatuta. de quo per Felin. latè in d. cap. 1. de præſumpt. & in tracta. de conatu. & pleroſq; ex his quos ſuprà citauimus.

Cauſa trigefimanona.

S V M M A E.

- 1 Delicta attentata miriùs ferè puniuntur, etiam de iure communi.
- 2 Iudex an poſſit arbitrium extendere, vt ſcilicet procedat in delictis conſummatis, non in attentatis tantũ.
- 3 Iudex arbitrium reformare debet iuxta iuris regulas.



- T**RIGESIMONONO, non ſolũ de conſuetudine miriùs puniuntur atrociora delicta attentata ſolũ, ſed etiam ſemper de iure communi, vbi lex expreſſim non eandem pœnam imponit delicto attentato, & cõſummato, aut nullam pœnam certã & limitatã imponit, id eſt (vt loquar breuiùs) in arbitrarijs miriùs punitur, qui attentauit, quàm qui perfecit, ſcilicet extra ordinẽ iudicantis arbitrio, vt probatur in l. 1. in princ. ff. de extraord. cri. iuncta l. quanuis adulterij. in fin. C. de adulte. Ita voluit Rayn. & poſt eum Bald. dicens hoc eſſe notabile, in l. 1. §. hæc aut ff. quod quiſq; iur. & ſequitur Alex. cõ. in ponderatis verbis in quaſtione. colũ. pen. verſi. prætereã quanuis. lib. 1.
- Quam ſententiam cõfirmat Bald. ipſe in cõſi. 443. Cæcus confeſcit venenum colum. ſecunda, verſi. item non obſtat, quod not. lib. 3. vbi no. limitat gloſſ. reputatam ſingul. in §. in ſumma. Inſtit. de iniur. quæ voluit iudicem poſſe extendere arbitrium vſq; ad pœnam mortis, vt videlicet procedat in delictis conſummatis, non etiã in attentatis ſolũ. & idem voluit Floria. de ſancto Petro in litem ſi obſtetrix. in fin. ff. ad leg. Aquil. quem refert et ſequitur, nulla Bald. mentione facta, Cœpol. in repe. l. ſi fugitiui. col. 12. verſicu. Florianus autem, & iterum col. 14. verſicu. tertio caſu. C. de ſer. fugit. in paruis. & Feli. referens Bald. nulla è contrario Flor. mentione facta, in capi. ex literis. colum. 12. verſi. ſecunda declaratio. de conſtit. & bene facit quod alibi conſuluit idem Bald. cõſi. 34. hoc capite, caſus talis eſt, Guido. in ſi. l. 1.

3 Sed hoc tamen Philip. Deci. in d. l. ex literis. colū. pen. versi. tertio modo. de constit. hoc constantissimè impugnat, ea ratione, quòd iudex debet arbitrium reformare secundum iuris regulas: vt latius dicemus infra, quo loco de pœnis arbitrarijs differemus.

Causa quadragesima.

S V M M A E.

- 1 Delictum attentatum mitius punitur quàm consummatum, de iure communi. Et an iudex cogatur id facere, etiam non obstante consuetudine. nume. 2.
- 3 Voluntas pro facto apud Deum habetur.
- 4 Peccatum operis grauius esse, quàm cordis, quomodo accipiendum. & nume. 5.



VADRAGESIMO, Vt generalius loquamur, etiam de iure cōmuni regulariter (vt ita loquar) minùs punitur delictum attentatū, quàm consummatum, vt est tex. no. in d. l. ad fin. ff. de extra. crimi. cuius hæc verba sunt, perfecto flagitio punitur capite: imperfecto, in insulam deportatur, loquitur autem de eo qui puero stuprum persuaserit, aut mulierem puellamve interpellauerit. & l. si quis aliquid. §. 1. ff. de pœnis. iuncta l. si fugitiui. C. de ser. fug. vbi gl. Jac. Rau. Jac. Aret. Bal. et Cæpol. in repe. col. 3. & doct. in l. 1. §. hæc autē verba. ff. quod quisq; iur. cū cōcord.

- Sed in delictis quoq; in quibus lex æquè punit conatum, atq; actum cōsummatum, potest iudex si velit, vel cessante omni cōsuetudine, mitius punire, qui solum attentauit, quàmquam non cogitur facere. Ita dicit not. Sali. in l. is qui cum telo. C. de sicar. audiuisse se à Bald. viua voce, per tex. in l. aut facta. §. euentus. ff. de pœn. & not. in l. et si seuerior. C. ex quib. caus. infra. irrog. & ita etiā videtur voluisse Bar. in d. §. euentus. & in l. 1. §. diuus. ff. de sica.
- 3 Quid? quòd et si apud Deum O. M. qui solum cor intuetur, votum pro opere, id est, voluntas pro facto reputatur? cap. magna. in fin. de pœn. dist. 1. cum simi. Tamen non debet tanta pœna imponi pro voto, quàm pro facto, etiam in foro conscientie, vt voluit gl. no. in ca. qui viderit. 32. q. 5. quoniam vt dicit gloss. alibi, scilicet in cap. si cui non contingat. in glo. 1. de pœn. dist. 1. plus peccat perficiens, quàm attentans. quam sequitur Archidia. in c. qui bona colunt. 6. versic. confiteor tamen. 17. q. 1. Idemq; voluit alia gloss. in ca. periculosè. in glo. vlt. in fin. eadem dist. quam etiam sequitur Bald. in l. data. col. 12. versi. dico autem. C. qui accus. non poss.
- 4 Et ita etiam è Theologis voluerunt Alex. Ales in 2. parte Summæ quæf.

133. me-

133. membro. & D. Thom. in 1. 2. q. 73. D. Bonauen. in 2. senten. dist. 42. & Anto. Flo. in 1. par. Summæ. tit. 9. cap. 1. §. 1. versi. potest attendi tertia diuersitas. in quibus locis affirmat peccatū operis esse maius, & grauius, quàm cordis. Plato quoq; in suis legibus non tantum punit conatum, quatum opus ipsum. Nam cum homicidium morte punit, eum tamen qui interficiendi consilio vulnerauit, iussit in vicina ciuitate, dum viueret, exulare.

- 5 Cæterum autem, an, & quando, & quomodo puniatur conatus, aut affectus, effectu non secuto, vide latè per glo. & doct. in l. si quis non dicā rapere. C. de episco. & cler. vbi locus est huic rei veluti peculiaris & domesticus. in l. si fugitiui. C. de ser. fug. latius per Feli. post alios in ca. 1. de præsum. & in d. tractatu, quem priuatim de ipsa re conscripsit. omnium autē latissimè per Hippo. Marsil. in d. l. qui falsam. ff. de fal.

Causa quadragesimaprima.

S V M M A E.

- 1 Carceribus diu mancipatus, clementius pleētendus est.
- 2 Carcer libertatem nobis aufert: & ideo miserrimus.
- 3 Carceris pœna, num pœnam exilij minuat, & cæteras etiam.



VADRAGESIMOPRIMO, Cū quis diutiùs in carcere detentus est, clemētius quoque est puniendus: ita videlicet vt à pœna, quā pati debuisset, detrahatur, quod ob diuturnū carcerem passus est. tex. est fortè sing. in l. omnes. C. de pœ. vbi tempus carceri cōputatur in tempore exilij: Nam vt ibi dicitur, sit satis immensorum cruciatuum semel luisse supplicia: ne hi qui diu priuati sunt auræ cōmunis hautu, & lucis aspectu, non intra breue spatium catenarum ponderibus prægrauati, etiam exilij pœnam sustinere iterum compellantur.

- 2 Ex quib; facile colligitur huius rei ratio (vide Io. de Plat. in l. si quis. versi. quid. C. de cōmea. lib. 12.) Quoniā videlicet nō mediocriter afflictus fuisse videtur, cui diutin⁹ carcer (quē malā mētionē vocat Iuriscōf. in litem apud Labeonē. §. q̄stiois. ff. de iniur.) domus fuit pœna omniū miserrima, atq; molestissima, vt q̄ nobis re auferat omniū cōtra gratissimā, atq; pretiosissimā, libertatē dico. rem inæstimabilē, vt dicit tex. in §. vlt. Instit. quib. ex cau. manu. non licet. Et quā nemo bonus nisi cū anima simul amittit, si verum dicit C. Mālius apud Salustium in Catil. Est enim carcer genus seruitutis: per tex. in l. Titio centum. §. 2. ff. de condi. & demonst. & l. 2. ff. de libero homi. exhib. Ex quo pleriq; voluerunt non valere pactum, quòd debitor possit carcer-

carcerari, vt not. per Barto. & alios in dict. l. Titio centum. §. 2. Din. Bart. & alios in l. alia. §. eleganter. ff. solu. matrim. cum concord. vtrouque adductis per recentiores, propterea dicit pulchrè Bald. in cap. 1. §. denique. in verbo, parricidij, titu. quæ fuit prima causa. bene. amit. non minùs atrocem iniuriam facere, qui alterum in carcerem trudir, quàm qui illum interimit, et sequitur Ioan. Ana. in rubr. de his qui fil. occid. in fin. & Hippo. Marfil. qui hoc pro not. allegat in l. accusatio. colum. secunda. ff. de falc. & in l. 1. in prin. ci. colum. 12. versic. quinimo dico. ff. de quæstio. Ex externis autem scriptoribus Libanius Antiochenus ad Mesicheum, scribit grauem esse carceris pœnam.

- 3 Nec tamen hinc ante discedam, quàm dixerim eam l. omnes. non generaliter dicere pœnam minuendam esse ob diurnitatem carceris: sed id tantum quod diximus, scilicet tempus exilij ex tempore carceris minuendū, vel tollendum, si tantum temporis in carcere manserit, quantum exilium esset, ita quidem vt tempus carceris computetur in tempore exilij. Verùm eadem est ratio & in cæteris pœnis, nam cum pœna carceris pœnam exilij minuatur, cur non & cæteras minuet? Et cum eadem sit ratio, idem quoque ius constituendum est, l. illud. in principio. ff. ad legem Aquiliam. cum similib.

Causa quadragesima secunda.

S V M M A E.

- 1 Consuetudo, etiam improba, à pœna excusat.
- 2 Consuetudo super iuramento non obseruando, excusat à pœna temporalis periurij, non à diuina.
- 3 Romani magistratus Barbarorum solitorum hominem immolare dijs, impunitos relinquent, quod id vsu & consuetudine receptum hoc sibi dicerent.
- 4 Consuetudo an à pœna gehennali excuset. & nume. 5.
- 6 Consuetudo quando non excusat à peccato, facit tamen vt leuius peccemus.
- 7 Consuetudo excusatne à peccato in prohibitis à iure positiuo.
- 8 Contractum faciens vel actum quempiam, qui publicè fieri solet, & communiter licitus aestimatur, sapit tamen vsurariam prauitatem, non est propterea vsurarius.
- 9 Culpa non intelligitur, quod consuetudo admittit.
- 10 Consuetudo à dolo excusat.
- 11 Consuetudinem excusare à pœna falsi.
- 12 Consuetudo an excuset à pœna, in his quæ suapte natura sunt mala.
- 13 Taurus Philosophus consuetudinem non admittit in malis.
- 14 Consuetudo cuiusq; priuata, delicta auget. Et quid publica. nume. 25.

QVADRA-



VADRAGESIMO SECVNDO, Cōsuetudo etiam improba excusat à pœna, ne videlicet puniatur in foro iudiciario (de foro autē conscientie statim dicemus) qui fecit quod temerè fieri solitum est, licet præ se ferat speciem delicti. glo. est no. in c. cū venerabilis in verbo migrasse. de cōsuet. quā sequuntur ibi Cardi. Flo. Pet. Anc. Anto. & Panor. qui eam dicit singu. Et per eam dicit ipse Pet. Anc. se excusauisse à pœna priuati carceris quendam Archidiaconum, qui clericos ponebat in cippis, ex eo quod ipsius prædecessores ita facere consueuerant. Sequitur quoque idem Pe. Anc. cōsi. 51. cōsuetudo quæ habet, ad si. vbi per eam dicit etiā se excusasse electū quendam, qui ex consuetudine improba, & itri contraria ante confirmationem administrauerat, & iterū cōsi. 283. iure stricto, & cōsuetudine, vbi per eā cōsultuit, quod cū Bononiæ mos esset puerorū, vt iactu lapidū luderent, & aliquñ vnus alterū, quē lapide offenderat, interemisset, nulla pœna debeat puniri ipse occidēs, propter consuetudinē. Id quod etiā retulit in d. c. cū venerabilis. et post eū Frac. Cre. in no. 149. mos puerorū

2 Sequuntur itē illam gl. Oldra. cōsi. 9. versic. vnde licuit. in fin. & Paul. Cast. cōsi. 289. in fi. & Rom. cōsi. 466. videbatur prima fronte, vbi dicit, quod consuetudo super iuramento nō obseruando, excusat à pœna tēporali periurij, sed non à pœna diuina: quod & idem voluit Anto. Floren. vir fanè nō mediocriter eruditus. in 2. parte. 3. partis. tit. 3. ca. 1. versic. secundū genus pœnarū, sequitur præterea illam glo. idē Rom. sing. 19. an cōsuetudo reprobata, vbi & illam facit sing. & limitat procedere in pœna temporalis, nō diuina, per glo. in c. deniq. 4. dist. quam etiā in præcedenti loco citauerat, sequitur etiā Panor. in ca. vlt. in fi. de cōsti. & Io. Ana. in c. cū in ecclesia. in princ. de simo. & in c. 1. post prin. de tornea. & Alex. in addi. Bar. in l. de quibus. col. 2. ff. de legi. vbi et illam dicit no. & cōsi. 107. pro inuestigatione prædictorū col. vl. lib. 2. & cōsi. 233. ponderatis his. col. 3. ver. accedit lib. 6. & cōsi. 240. perspectis et pōderatis col. 2. ver. 7. et 8. eo. li. 6. et Maria. in c. cū cōsuetudinis. col. 19. de cōsue. Barb. in c. prudētia. col. 2. de offi. deleg. et cōsi. 47. scribitur præclare. col. 3. ver. & ideo dixit. lib. 1. & cōsi. 29. altissimi optimi dei. col. pe. ver. et si opponitur, lib. 2. & cōsi. 51. illud in medium referam. col. 3. lib. item 3. et cōsi. 13. modo quidam. col. vlt. lib. 4. in quibus locis eam facit sing. & cōsi. 51. clemētissimū Deū. col. 2. eo. lib. 1. & cōsi. vlt. eo quoq; lib. 4. vbi etiā facit sing. et Frac. Aret. cōsi. 11. procedendū est breuiter. col. 3. ver. sed tamen his nō obstātibus & iterū cōsi. 154. cōsultatio proposita, circa mediū cōsi. in quibus locis dicit per illam glo. quod cōsuetudo etiam nulla tribuit iustam ignorantię causā, & excusat à pœna (vide Bal. in l. de quibus, char. 5. ff. de legib.) & Bart. Soci. confil.

- cōsi. 209. licet nulla mihi sit exhibitā. col. pe. ver. octauò ad idē Franc. Curti⁹ senior cōsi. 70. Christi nomine, ad fi. & Fel. in c. ex tenore. col. 7. versi. declara etiam omnia prædicta, & in c. non satis. in princ. & in ca. ea quæ de simo. et Iason in d. l. de quibus. col. 3. versi. vltra tamē effectus. ff. de legib. & in l. 1. col. 1. ff. quod quisq; iur. & in l. qui iurasse. col. 2. & iterū in l. ait prætor, eius in iur. §. iurari. col. pe. ff. de iureiur. & nouissimè Philip. Deci. cōsi. 9. de homicidio cōmissio. col. 2. versi. tertio, hoc efficaci ratione probatur. & Bal. nouellus in tractatu de dote. in 6. par. in 16. speciali. col. 3. & Hipp. Marsil. in l. 1. col. 12. ver. 19. ff. de sica. et in rep. l. vlt. in 6. q. extraordinaria. in fi. de probat.
- 3 Iuxta quam sententiam refert Plutarchus author grauisissimus Problemat. capit. 83. quòd cū Romani olim Barbaros quosdam Dijs immortalibus hominem immolasse accepissent, magistratus eorum accersendos, puniendosq; putauerunt. quos tamen postea cū id consuetudine quadam fecisse accepissent, impunitos dimiserunt, aliasque id posthæc facere prohibuerunt. Domitianus quoq; imperator Roma. alioquin sæuissimus, sanguinisque auarissimus, scribas quæstorios ex consuetudine negotiantes, venia in præteritum donauit, cū tamen lege Clodia fuisset prohibitū scribas quæstorios exercere negotiationes. testis Suetonius in vita illius, ca. 9. Huc item pertinet verba Castricij viri quidem summa autoritate, ac grauitate apud Gellium lib. 13. ca. 20. Sed si hic vester (inquit) huiuscemodi vestitus de multo iam vsu ignoscibilis est, soleatos tamen vos populi Rom. Senatores per vrbis vias ingredi, nequaquam decorum est.
- 4 Et quanquam pleriq; vt diximus faciant sing. illam glo. in d. c. cū venerabilis, est tamen & illi in ea re similis altera in cap. denique. supra allega. quæ vt iam diximus, istud intelligit in pœna tēporali, sed nō gehennali, per tex. in c. schisma. 24. q. 2. & c. flagitia. 32. q. 7. & c. nō satis. de simo. quæ & è theologis citat, & sequitur Ang. Cla. in verbo, consuetudo, ver. 15. Imò cōsuetudo (inquit) veniale peccatū facit mortale. §. criminis. 25. disti. de quo vltimo postea dicemus. Sed est alia quoque vtrique similis in capit. sanè. de tempo. ordi. quæ & eandem ponit limitationem, per tex. in d. c. nō satis. & cap. vlt. in 1. respon. de cōsue. & in ca. cū habet. de eo qui dux. in mat. quam pol. per adul. Et bene facit glo. in c. ecce ego. in verbo error. 95. disti. & vide Ioā. Fab. in §. per contrariū, Instit. de hære. quæ ab intest. defer. & in §. iniuria. col. lū. vlt. instit. ad leg. Aquil. vbi idem voluit quod d. gl. quas tamē nō alleg.
- 5 Quin consuetudo interdū à peccato quoque, & ita à pœna gehennali excusat, secundū gloss. in cap. obijciuntur. 32. q. 4. quæ not. consuetudinem à crimine, & peccato interdū excusare, ar. illius tex. qui est huiusmodi, Obijciuntur Iacob quatuor vxores, quod quando mos erat, crimen non erat. vt per illū tex. & glo. not. Lucas Pen. in l. missi. col. 3. versi. consuetudo est altera. ante fi. C. de exac. tribu. lib. 10. quod consuetudo facit delictum non delictū.

Sed &

- Sed & quòd consuetudo à peccato excuset, voluit etiam Inno. in cap. 1. de treug. & pac. & è Theologis D. Thomas quolibeto 2. art. 3. vbi dicit, quòd quāuis cōsuetudo nō possit introducere, ne quis soluat decimas, cū sint quodammodo iuris diuini: tamen in terris, in quibus ex consuetudine decimæ non soluuntur, si ecclesia non petit, non peccant homines non soluendo. Durum (inquit) esset, quòd omnes homines Italiæ, & partium orientalium damnarentur, qui decimas non soluunt. Hæc ille admodum notanda. & idem è nostris voluit Hostien. in cap. à nobis. de deci. quæ nominatim sequitur Angel. Cla. in verbo, decima, versi. 2. de quo vide Ioā. Andre. in d. cap. à nobis. Pen. And. & Panor. in cap. peruenit. eod. titu. de deci. & eundem Panor. in ca. in aliquibus. eod. titu.
- 6 Imò verò quādo consuetudo non excusat à peccato, facit tamē vt leuius peccemus, per id quod scribit Ioan. And. in cap. vlti. super glo. in verbo, cōtrahitur. de cogna. spir. lib. 6. cū dicit, quòd cū vnus nō plures accedere debeant ad suscipiendū infantem in baptismo, per tex. ibi & ca. non plures. de consec. dist. 4. ideo peccant contrauenientes, si tamē sit consuetudo, vt plures accedant, leuis est culpa eorum, qui id ex huiusmodi consuetudine fecerint. sequitur Domi. ibi, & Fel. in ca. nam cōcupiscentiam. col. 3. versi. prædicta tamen. de consti. & ibi etiam Philip. Deci. col. 2. versi. secundò fallit. in 1. lect. & iterum in 2. lect. col. pen. versi. tertio adde.
- 7 Id quoq; voluit Anto. Flor. in 1. parte summæ, tit. 16. capit. 1. §. 4. vbi postea quàm retulit id quod supra diximus, videlicet consuetudinem excusare à pœna temporalis, non gehennali, per glo. in d. ca. deniq; confestim id quoque scribit, facientes illud quod alij consueuerunt, ob id putantes esse licitum, cū tamen sit prohibitum iure diuino vel naturali, nō excusari à peccato mortali, minuitur tamen grauitas peccati propter consuetudinem. Innuit autem Flor. imò verò satis expressè videtur dicere in prohibitis de iure positiuo tantū consuetudinem excusare, non solū à pœna corporali, sed & à peccato, quod etiam sentit gloss. in d. ca. flagitia, & in d. cap. sanè. in fin. & Panor. in d. cap. cū venerabilis. & Philip. Dec. in d. ca. nā cōcupiscentiam. in vtraq; lect.
- 8 Facit & ad prædicta tex. not. in l. quis sit fugitiuus. §. apud Labconē. ff. de ædi. edict. in illis verbis, quia id facit quod ei publicè facere licere arbitrabatur. Ex quo dicit Bar. ibi, quòd si quis facit actum, vel contractum, qui publicè solet fieri, et cōiter æstimatur esse licitus, sapit tamen vsurariam prauitatem, nō est propterea vsurarius. sequitur Alex. cōsi. 39. visis & cōsideratis, post princ. lib. 3. & Cœpola cōsi. 8. dicendū est col. vlt. rursusq; in tract. de simulatione contractuū, in casu positione. col. 2. iterūq; in 5. casu principali col. pen. & Firmianus in tracta. de episco. lib. 3. 1. parte quæst. 14.
- 9 Et per illum quoq; tex. in d. §. apud Labconē, dicit gloss. quam sequuntur

P Barto.

Bar. Bald. Sali. Paul. Cast & doct. in l. pignus, vbi est & bonus tex. C. de pigno. acti. quòd non intelligitur culpa, quã cõsuetudo admittit: ad quod etiam allegat tex. in l. 3. ff. ad Macedo, & hoc etiam dicit Pe. Anch. consi. 348. pro decisione quæ sit. Sed & per eum tex. dicit Bald. in l. 1. col. 3. versicu. sed quid si custos. C. de ædi. actio. quòd non puniendus est, qui ex consuetudine publica quicquam facit.

10 Et etiam bene facit tex. l. si pignore. §. vlt. ff. de pign. actio. Ex quo not. gl. propter consuetudinem à dolo quem excusari, & allegat cõcord. & ibi docto. inter quos Bar. ex eo not. quod qui id facit, quod ab alijs fieri solet, nõ solum non in dolo est, sed ne in culpa quidem. Quod dictum pro bene signando cõmendat Iason in l. certi conditio. §. si numos. in 3. not. in fi. ff. si cert. peta. vbi & illum tex. in d. §. vlt. facit fing. Ante Iason. verò Roma. in d. l. si numos. per tex. ibi not. consuetudinem facere licitum, quod aliàs est illicitum. Quibus adde quod dicit Bart. in l. 1. in fin. prin. ff. quod quisq; iuris quòd iudex qui cõtra legem iudicauit, excusatur, ne in syndicatu teneatur, si ita erat consuetudo. Et quod inter consi. Bald. scribit Ioan. Zenobius vir legum peritissimus. consi. 370. verba rescripti lib. 3. quòd consuetudo generalis bonam fidem inducit.

11 Succurrit & illud hoc loco dicendum, quod tradit Bald. in ca. i. post prinitu. de feud. cogni. quòd Perusij sunt tres conseruatores monetæ, et quando solutiones fiunt in cõmuni, consuevit notarius ponere, et adscribere nomina ipsorum trium, licet aliquis eorum sit absens, quòd licet, vt dicit ipse Bald. sit falsum, excusatur tamen notarius scribens à pœna falsi, propter cõsuetudinem. Consuetudo ergo excusat à pœna falsi, sicut etiam voluit ipse Bald. in l. vnica. colum. 6. versu. modò iuxta prædicta quæro. ibi, item est, sic se habet generalis consuetudo, quæ excusat, & iterum col. seq. versu. modò sequitur alia quæstio, ibi, tamen non ego puto, & c. C. de confess. & in rubr. C. de fid. instru. col. 5. versu. quæro ergo quid de eo quod quotidie fit. Et ante eum Inno. Hostiè. & post eum Ioan. And. Anto. Imo. & alij. in ca. 2. in fi. de fid. instru. & Hosti. in ca. quanto. de his quæ fiunt à præla. & Roma. in fing. 381. fuit interrogatus. vbi tamè limitat, & Ang. in tract. male. in ver. falsario. col. 2. ver. & est aduertendũ, vbi hoc cõmendat. & Alex. in cõsi. 70. viso processu inquisitionis. col. 2. ver. & licet Odoricus lib. 1. et cõsi. 107. pro inuestigatione. col. vlt. ver. ad id quod not. lib. 2. & d. cõsi. 39. post prin. lib. 3. et cõsi. 55. attenta dispositione statuti. col. 2. ver. licet Bald. alibi lib. 3. et cõsil. 41. visis, et optimè discussis. col. 2. ver. sed quod Demetrius, lib. 4. Iason in d. l. quibus col. 3. versu. cõfirmo per id. ff. de legi. & in l. 1. col. 1. ff. quod quisq; iuris. & in l. singularia. col. pe. ff. si cer. pet. vbi dicit se ea ratione defendisse notariũ quendam Placētiniũ, qui sequendo cõsuetudinem notariorũ Placētie, in instrumento apposuerat verbum, numerauit, quãuis non fuisset præsens pecunia.

pecunia. & idem Iason in l. ait prætor, eius initij prima. §. iurari. col. pen. ver. si. secundus modus est. ff. de iureiur. & Philip. Deci. consi. 170. viso themate & his quæ, col. 3. versu. & in simili casu, & iterum consi. 175. in causa falsitatis. col. 7. versu. tertio hoc idem comprobatur, Oldra. consi. 56. & Matthæus Affliet. in constitu. Siciliæ incip. aduocatos. col. pen. versu. an autem consuetudo. & Hippo. Marsil. in l. 1. col. 12. versu. 19. ff. de ficar. & Nicol. Euerardus in locis legalibus. colum. 1. vbi dicit esse menti tenendum. & Rochus Curtius. in ca. vlt. col. 5. de consuet.

12 Illud tamen non prætermiserim, quod videri potest refragari his quæ diximus, quod voluit ille, quem patrem canonum appellat Rom. in repe. l. si verò. §. de viro. fal. 54. versu. 4. ff. solu. matrim. is est Inno. doctrina illustrior quàm papatu, qui scribit in cap. sanè. de offi. ordi. quòd consuetudo nõ excusat à pœna, in his quæ sunt de se mala. sequitur Bald. in l. de quibus. col. 23. ff. de legi. & idem in effectu voluit Panor. consi. 22. in nomine & c. quamquam consultatio. col. vlt. versu. nõ obstat generalis cõsuetudo. Et pro hoc est tex. optimus in ca. vlt. de consue. & in ca. non satis, & ca. cum in ecclesiæ & in ca. ea quæ. & ibi glo. de simo. & in ca. inter dilectos. & quod ibi no. glo. in verbo, autoritas. de excess. prælat. in quam etiam partè multa adducit Hippo. Marsil. in d. l. 1. loco suprà allegato. ff. de ficar. & vide quæ dicam infra in causa. 47. incip. intellige quartò. & sequen.

13 Et his conuenit quod scribit Aul. Gellius lib. Noctium Atticarum. 10. c. 19. Incessabat (ait) quæpiam Taurus philosophus seuera atq; vehementi obiurgatione adolescentem à rhetoribus & facundiæ studio ad disciplinas philosophiæ transgressum, quòd factum quiddam ab eo diceret inhonestè et improbè. At ille nõ ibat inficias fecisse, sed id solitum esse fieri defendebat, turpitudinemq; delicti exemplorũ vsu & cõsuetudinis venia deprecabatur. Atq; ibi Taurus isto ipso defensionis genere irritatior, homo (inquit) stulte & nihili, si te à malis exèplis autoritates & rationes philosophiæ nõ abducunt: ne illius quidem Demosthenis vestri sententia tibi in mentè venit: quæ quia lepidis & venustis vocũ modis vincita est, quasi quædam cãtilena rhetorica facilius adherere memoriæ tuæ potuit. Verum ne dicas sic esse actum sæpenumero, sed hoc fieri, sic decere. Nõ enim, si quid aliquando cõtra leges actum iam est, tuq; id secutus es, propterea iure queas eadere: quinimo eo magis idcirco in te debeat statui: vt enim si prius in aliquè foret animaduersum, tu minimè hoc scriberes: ita si ipse in præsentia punieris, nequaquã deinceps alius scribet. Hæc ibi. Sed & alterum eloquitiæ columnen Cicero in actione quarta in Verrem in eandem sententiã pedibus vadit, sed eius in eam rē verba sunt longiora, quàm vt operis angustia (vt ita dixerim) capi possint: quæ sunt illic omnibus obuia, qui videre voluerint.

14 Sed quod ad iura nostra pertinet, dicendum est, priuatã cuiusque cõsuetudine

tudinem non solum nõ excusare à delicto, sed & delictum augere, per aliqua ex dictis iuribus, quibus cauetur diurnitatem temporis non minuire delicta, sed augere, & per tex. in l. nemo. C. de episc. audi. cū simi. Et grauius quoq; delinquere cõsuetum peccare. per tex. not. in d. §. criminis. 25. di. fin. qui ponit ebrietatem inter crimina, siue peccata venialia, nisi ea sit assuetudo: tunc enim peccatum mortale est.

- 15 Publicam verò consuetudinem, quæ videlicet vno omnium consensu et inducta est, & iam longo tempore obseruata, excusare: modo non sit contra ius diuinum, aut naturale, de quo in d. ca. vlt. de consue. & ibi Panor. cū simi. Et non sit etiam per principem, aut legem abolita, & vt vulgò dicim⁹ cassata, per id quod not. voluit Bald. in authē. nauigia. per illum text. C. de furt. quòd cõsuetudines, & statuta quæ sunt cassata à principe, non valent, nec excusant transgressores à pœna. quod & idem voluit ipse Bald. in authē. omnes peregrini, etiam per illum tex. in versi. vlt. not. C. cõmunia de success. vbi hoc dicit esse menti tenendum. & idem sentit Fel. in d. ca. ex tenore. cū dicit, quòd consuetudo inualida nondum reprobata excusat, allegando d. glo. in ca. cū venerabilis, & idem quoq; voluit Ang. Cla. in d. verbo, consuetudo, versi. 15. et Roch. Curtius in cap. vlt. colū. 10. de cõstit. Bald. in l. iustè. in fin. ff. de acquir. possess. Non tamen excusat iniusta consuetudo ab actione iniuriarum. vt dicit glo. in l. iniuriarum actio, magna. §. vlt. ff. de iniur. quam allegat et sequitur Bal. in sua disputatione, cuius est initium, Accusatus de vi turbatiua, colū. secunda. et Iason in l. de quibus. colū. tertia, versi. et per hoc infert. ff. de legi.

Causa quadragésimatertia.

S V M M A E.

- 1 Pœna mitiore imponenda, qui aliquid admisit leui, aut etiam iniusta ratione motus.
- 2 Causa iniusta an excuset à delicto.
- 3 Bona fides causari potest etiam ex iniustis & temerarijs rationibus.
- 4 Ignorantia, siue iusta siue iniusta, an excuset à pœna corporali.
- 5 Dolus vbi requiritur, non sufficit nimia credulitas.
- 6 Causa modica & iniusta excusat à contumacia, quod & delictum est. & nume. 7.
- 8 Sententia nulla atq; inualida an excuset à dolo.
- 9 Causam iniustam allegans, ad sui defensionem, & doli exclusionem, mitius puniendus est, quòd præsumatur eum causa iniusta ad delinquendum mouisse.
- 10 Causa iniusta quòd à dolo non excuset.
Quod & limitatur. nume. 11.
Et an ad id sufficiat doli præsumptio. nume. 12.
Et quid, si huiusmodi causa sit reprobata à iure naturali. nume. 13.
- 14 Causa quælibet, etiam iniusta, an excuset à lata culpa.

QVADRA-



- VADRAGESIMOTERTIO, Si quis quadam vel leui, aut etiam iniusta ratione motus, quicquam egerit aliàs prohibitum, is certè mitius puniendus est, vt qui à dolo excusatur, text. est vbiq; ab omnibus in id expensus, in l. igitur, versi. & generaliter. ff. de liber. caus. in illis verbis, iustis rationibus ductus, vel non iustis. Et facit etiam alius tex. si tamen illū nõ oscitanter, sed paulò solertiùs introspexeris, in l. de ætate. §. qui iusto. ff. de interro. actio. & in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. & in l. si seruum quis. §. ait prætor. ff. de acquir. hère. vt citatur à Roma. quo loco postea citabim⁹. & in l. clam possidere. in prin. in illis verbis, aut aliqua ratione. ff. de acquir. poss. vt etiam illum in hoc expendunt Frā. Are. & Iason ibi, ille in l. not. hic in .6.
- 2 Idq; ipsum voluit glo. in l. 1. in fin. ff. de abig. quæ dicit expresse iniustā causam excusare à delicto, & idem dicit glo. no. in l. plagij. eius initij. 2. C. ad legē Flauiam de plagiar. & ibi latè Ang. & Bar. in l. 1. §. non autē. col. vlt. versi. assessores. ff. si quis testa. liber esse iuss. sue. & in l. iustè possidet. in fi. ff. de acquir. poss. & Bald. in l. procurator. ff. de pœn. & in l. nouissimè. §. si quis cõpulsus. ff. quod fal. tut. & in l. criminis. C. qui accus. nõ poss. & in l. qui nõ probasse. C. de calum. & in l. 1. C. de pœ. & in ca. si qui testiū. col. 1. ver. quærit. Ber. vtrum testes, de testib. vbi dicit quod leuis occasio excusat. & confi. 401. ad euidentiā dicendorū. col. 2. versi. quintò quia à pœna, lib. 1. & cõsi. 140. hæc quæstio fuit, versi. quartò hoc probatur lib. 4. vbi in eā rem ad verbum refert Iac. Bel. et Iac. But. et idē Bald. cõsi. 345. ille iusta ratione. in princ. eo. lib. 4. et cõsi. 431. in accusatione instituta. ver. 6. eo. lib. 4. et cõsi. 58. quidam est accusatus, ante fi. lib. 5. Alber. li. 1. statutorū. q. 30. itē q̄ro an substituti. Ange. in l. vlt. ff. de adulte. & in l. prætor. §. hac actione. ff. vi bono. raptō. & cõfil. 288. viso themate supradictō. col. 5. versi. non obstat etiā. & Cardi. Flor. in cle. 1. et ibi Pet. Anc. in 2. no. de sepul. & idem Pet. Anc. cõ. 391. videtur prima facie, paulò ante fi. Io. Ana. in c. 2. in princ. de cler. pug. in duel. Paul. Cast. cõfil. 199. licet ista sit quæst. col. 1. lib. 1. & cõsi. 271. præmittendū est ad euidentiā col. 1. ver. postremò dico. eo. lib. 1. & cõsi. 377. quantum ad illa quæ. col. 1. eo. lib. 1. & cõsi. 3. in causa quæ vertitur. in fi. lib. 2. & cõsi. 21. ad primum quæsitum videtur dicendum, in secundo quæsitō. eod. lib. 2. & cõsi. 205. quātum ad primum. in dubio. eo. lib. 2. & cõsi. 361. incipiendo ab vltimo quæsitō, circa mediū. eo. lib. 2. & cõsi. 277. in causa incarceratorū. col. 2. vers. secūdo præmittendū. eo. lib. 2. & cõsi. 456. ecclesia seruorū. col. vlt. eo. lib. 2. & Rom. cõsi. 224. ista captura, fermè in medio & Raph. Cu. cõsi. 134. vulneratus ab aliquo nõ lethaliter. i. fi. Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres col. 9. ff. de ver. obl. P 3 & cõsi.

- & cōsi. 37. nō puto hunc notariū. col. 3. ver. attento quod nedū. li. 1. et cōf. 92. prospectis his q̄ in themate narrata sunt. col. vlt. eo. lib. 1. & cōsi. 75. videtur in præfenti cōsultatione. col. 3. ver. cū ratio. in fi. li. 5. & cōsi. 233. pōderatis his col. 3. ver. quartò blasphemia dicitur lib. 6. Vincē. Palio inter cōsi. ipsius Alexā. cōsi. 106. in hac hæsitacione. lib. 4. Franc. Aret. in l. clam. pōsidere. in prin. in 4. no. per tex. ibi & in l. in ciuilem. C. de fur. Barb. cōsi. 77. præclare scribitur 3. Regum. col. 2. lib. 4. Guido. Papæ cōsi. 31. in Iesu Christo nomine viso ad plenum. col. vlt. vbi facit sing. glo. in d. l. 1. ff. de abig. & Philip. Corn. cōsil. 17. in hac cōsultatione. col. pen. versi. nam quælibet causa etiam. lib. 1. & cōsi. 62. primò aggrediendo. col. 3. eo. lib. 1. & cōsi. 247. quoniā multa. col. 4. versi. aliud est. eod. lib. 1. & cōf. 313. in hac cōsultatione. paulò antè fi. eo. lib. 1. & cōsil. 329. ostenso. col. 7. ver. Ang. etiam. eod. lib. 1. & cōsi. 205. videtur prima fronte. col. 2. versi. quod autem. lib. 2. & cōsil. 211. videtur prima facie. col. vlt. cod. lib. 2. & cōsil. 243. videtur prima facie. col. vlt. eo. lib. 2. & cōsi. 280. visis quibusdam. col. vlt. lib. 3. & idem inter cōsi. Socini. cōsilio. 108. in hac cōsultatione. col. 7. vbi dicit. quod quælibet causa. etiam iniusta. & bestialis excusat à dolo. & ipse Soci. cōsi. 118. visa narrati puncti petitione. col. 4. versi. circa tertiam dubitionem. lib. 2. vbi & illud idem dicit. & cōsi. 59. in causa nobilium. col. pen. lib. 3. & cōsi. 13. insignis doctor. col. 5. versi. secundò respondetur. lib. 4. & cōsi. 54. visa breui narratione. in fi. cod. lib. 4. et Frā. Curt. senior. cōsi. 56. super processu. col. 6. versi. non obstat quintum. et cōsi. 70. Christi nomine. ad fin. Et iunior cōsil. 19. viso ac diligenter considerata. col. 2. versi. omnis enim. & Iason in l. si quis id quod. col. 8. in. 7. & iterū in 8. not. ff. de iurisd. om. iud. et in l. 1. §. vlt. colum. quarta. versi. in eadem gl. ff. si quis iudi. non obtemp. Philip. Deci. cōsi. 178. in causa quæ proponitur. col. 3. versi. et quia quælibet causa. et cōsi. 192. in casu proposito non laborando. colum. 2. versi. et quia quælibet causa etiam iniusta.
- 3 Quibus cōcinit. quod scribit Bald. in l. 1. in fi. per glo. ibi in verbo. recessit. C. vbi causa status. quod bona fides pōt causari nō solū ex iustis sed etiā iniustis ac temerarijs rōnibus. sequitur Barb. cōsi. 18. præclare scriptum est. col. pen. ver. quia bona fides. lib. 2. & cōsi. 45. Illud in mediū. col. 8. ver. & ibi Ang. dixit. lib. 4. & cōsi. 67. clementissimi Dei. col. pe. ver. prætereà accedat. eod. lib. 2. & cōsi. 51. clemētissimū Deum & c. col. 2. ver. & ideo nullū. li. 4. Iason. in d. l. si quis id quod. col. 8. in. 8. not. & in l. si quis maior. post princ. versi. not. hanc decisionem. C. de trās. et Soc. cōsi. 11. in causa dominæ Catharinæ. col. vlt. lib. 3. et cōsi. 38. in causa dñorum marchionū. col. 2. eo. li. 3. et cōf. 66. visa donatione. col. 8. versi. primum patet. eod. lib. 3. Paul. Cast. quorū isti non meminerunt. cōsil. 58. visis quibusdam actis. ante fin. lib. 1.
- 4 His quoq; ad stipulatur quod tradit idem Bald. cōsi. 9. ad euentiam dicendorum. versi. 5. lib. 3. quod ignorantia siue iusta. siue iniusta excusat à pœna corporali.

- na corporali. Estque simile quod idem dicit cōsi. 98. ego præsuppono. ante fin. lib. 3. quod ignorantia supina sufficit ad excusationem doli. allegat l. 1. in fi. ff. si ager veētig. & alibi nisi fallimur. supra diximus. Nec longè abest quod & ipse dicit cōsi. 200. quod incipit. in causa ista. lib. 3. quod redditio malæ causæ excusat testem à dolo.
- 5 Sed huc vergit. quod voluit Angel. in l. mariti. §. plectitur. ff. de adulte. quod vbi requiritur dolus. non sufficit nimia credulitas. Cui non absimile est. quod idem dicit in l. 1. in princ. ad fin. ff. de eo per quem fac. erit. quod quælibet credulitas etiam fatua excusat à dolo & pœna. quod & idē voluit Fran. Are. con. 80. sicut decet. col. 1. ver. pro his facit. Et quod dicit idē Angel. in d. l. plagij. C. de plagiar. quod temeritas à dolo excusat. & Imo. in l. si insulam. ff. de verb. oblig. quod credulitas bestialis à dolo etiam excusat.
- 6 Adde. quod à contumacia quæ & ipsa delictū. l. omne delictum. in prin. & ibi Bar. ff. de re milit. cum si. excusat etiam modica & iniusta causa. glof. in l. vnica. §. vlt. in glo. magna. in fi. ff. si quis iudi. non obtemp. quam sequitur Bar. Bal. vterque. Sali. Angel. Pau. Cast. qui illam facit singu. & recentiores ibi. & Bal. in l. ea quæ. circa fi. C. quomo. & quan. iudex. vbi tamen limitat. & in d. l. deberi. C. de fideicom. liber. vbi eam facit sing. & in c. plerūque col. pen. versic. quæro quare negligentia. de rescrip. Angel. in l. Imperator. ff. de stat. hom. & in dict. l. prætor. §. hæc actio. ff. vi bono. raptor. & in l. 1. §. 3. ff. de vi & vi arma. & Roma. d. cōsi. 224. fermè in medio. & in repe. rub. ff. de arbitr. col. 2. 1. versi. item facit alia glo. Paul. Cast. in l. Celsus. ff. de vsuca. Francif. Are. in l. iuris ignorantia. in fi. C. qui admit. ad bono. poss. vbi illam glo. dicit auream.
- 7 Estque illi glof. alia similis in d. l. ex consensu. ff. de appel. quam Angel. Raph. Cu. & omnes sequuntur. et eam etiam facit sing. Bal. in d. l. 1. ff. si quis ius dic. & Barb. d. cōsi. 77. col. 2. lib. 4. Alia quoque in l. satisque. ff. de in ius vocan. An tamen sit vndecunque verum. vide per Bald. in c. cum parati. in fi. de appel. Alex. & Iason in d. l. 1. §. vlt. ff. si quis ius dicen. & eundem Alex. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. col. 7. versic. sed hæc dist. ff. de verb. obliga. & ipsum Iason. in l. vlt. col. vl. ver. tertio nota quod. C. de carb. edicto. vide omnino Hippo. tit. de quæst. fol. 31. col. 2. post princ.
- 8 Nec longè abest ab his quæ diximus. quod voluit Bart. & alij post eum. in l. iuste possidet. in fin. ff. de acquir. poss. Sententiam nullam atque inualidā excusare à dolo. per d. l. igitur. ff. de liber. cau. et sequitur Alex. cōsi. 160. cuius caput est. visis narratis. col. 2. versic. sed præmissis non obstantibus. lib. 7. Sed et idem voluit Pau. Cast. cōsi. 207. in causa quæ vertitur. ante fin. lib. 2. per illam ipsam l. igitur.
- 9 Sed illud notandum est. quod dicit Bart. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. quod cum quis ad suam excusationem. et doli exclusionē. allegat huiusmodi

iustmodi causam iniustam, certè non præsumitur talis iniusta causa mouisse delinquentem, sed dolus potiùs & animus delinquendi, nisi per probabiles vehementesque coniecturas id ipsum probauerit. & idè voluit ipse Barloquens de errore iuris. & Angel. in l. sed & si lege. §. Si ex. ff. de peti. hære. & idem Angel. Imo. & expressiùs Rapha. in d. l. ex cõsensu. §. vlt. ff. de appel. et Philip. Corn. consi. 230. laboriosa plurimùm. col. 2. versi. nec possunt se excusare lib. 4. & Franc. Are. qui hoc pro sing. celebrat d. con. 80. & Alex. con. 103. videtur prima consideratione. col. pen. versi. & dato quòd comes, lib. 1.

10 Illud quoque non præmittendum, huic quod in vniuersum diximus, iniustam causam à dolo excusare, aduersari tex. in l. doli verbum, ibi, vel alia probata, atque iusta ratione. ff. de seruo corrupto. Vbi non nisi iusta aut probata causa à dolo excusat: & alius tex. in l. 3. §. & generaliter. ff. de lib. homi. exhiben. vbi non videtur dolo malo facere, qui iustam causam habet hominis liberi apud se retinendi: tanquam sit secus, si iniustam causam habeat. Id quod expressiùs ostenditur in §. seq. vbi dicitur dolo malo retinere, qui nõ bona vel probata ratione hoc facit: ideo cogita quid his respondeas. præterquam si dicas non omnino excusare, id est, à toto, sed à tanto: sic enim sæpe dicimus in similibus causis.

11 Sed nec illud omiserim, id quod dictum est iniustam etiam causam excusare à dolo sing. limitari à Baldo in l. qui non probasse. in 2. not. C. de calum. procedere in delictis extraiudicialibus: in delictis verò, quæ in iudicio committuntur, sicut est delictum calumniatoris, non excusat iniusta causa à præsumpta calumnia, arg. illius text. à contrario sensu. Quod dictum not. perpetuò, quia pauci illud ponderauerunt.

12 Sed & hoc alio modo limitat idem Bal. in l. qui contra. C. de incest. nupt. in secunda lect. vt videlicet hoc procedat, quando exigitur verus dolus. secus, si sufficiat dolus præsumptus, vel lata culpa, per text. ibi, & hoc dicit esse notandum.

13 Hoc quoque tertio limitare poteris vt non procedat, vbi huiusmodi causa esset reprobata à iure naturali, aut etiam civili notorio, & indubitato, vt voluit Angel. in d. l. ex consensu. §. vlt. & ibi post eum Imo. col. 17. ver. à dolo autem vero. ff. de appellat. Alex. d. con. 103. quo loco supra citauimus, lib. 1. & Fran. Curt. consi. 56. incip. super processu. col. 6. versi. quia bene scribit, de qua re item alibi diximus.

14 Sed & quarto modo potes limitare, vt videlicet quælibet causa etiam iniusta à dolo excuset, non etiam lata à culpa, vt pulchrè voluit Bart. & alij, si bene aduertas, in d. l. iustè possidet. ff. de acquir. poss. id quod Iason ibi reputat notabile, & id quidem videtur voluisse Bald. in d. l. qui contra. C. de incest. nupt.

Causa

Causa quadragesimaquarta.

S V M M A E.

- 1 Pœna minuenda ijs potiùs, qui peccant tantùm in omittendo, quàm ijs, qui in committendo delinquent.
- 2 Iudex interdum ex omissione & negligentia punitur criminaliter.
- 3 Expressio inepta vel erronea minus peccat, quàm omisio.
- 4 Plato in eodem genere delicti grauius punit omissionem, quàm commissionem.
- 5 Silentij peccatum grauius, quàm locutionis Alexandro Ales.
- 6 Crimina in committendo & omittendo, esse æqualia.
- 7 Decalogi illud, Non occides, explicatur.
- 8 Fame necare, & gladio vel veneno tollere, paria. & 66.
- 9 Indigenti qui denegat, non minus peccat, quàm qui habenti subtrahit, & 67.
- 10 Pauperes possunt denunciare ecclesie, illum qui non dat, vt cogatur dare.
- 11 Res alienas inuadit, qui non soluit quod debet.
- 12 Maritus si vxorẽ agrotantem neglexerit, perinde est, ac si eam ipsum interemerit. & 68.
- 13 Facere videtur is, qui patitur id quod prohibere potest. & 69.
- 14 Pœna apud Lacedæmonios, in eum, qui non obiurgasset delinquentem.
- 15 Testis de falso punitur, qui verum suppressit.
- 16 Notario si quis dicit, & quicquam dolosè omittat, qua pœna plectendus.
- 17 Peccatum eius, qui non facit quod debet, æquat eius delictum, qui facit quod non debet.
- 18 Medicus æquè peccat omittendo medicinas propitias, atque dando non propitias.
- 19 Præceptorum contemptus, æqualis: quanuis illorum alia grauiora, alia leuiora.
- 20 Omisio, in sacris literis intelligitur sub commissione.
- 21 Consciens criminis id ipsum non reuelans, tenetur.
- 22 Peccatum esse minus in faciendo, quàm in non faciendo, Iasoni. In quo reprehenditur numero. 23.
- 24 Peccatum commissionis an grauius omissionis delicto. & nu. 25. 29.
- 26 Peccata quanto sunt grauiora, tanto minus transmissibilia in heredes defuncti.
- 27 Leges prohibentes transigere super criminib. publicis, intelliguntur in his quæ consistunt in committendo.
- 28 Dolosus quod teneatur ad damna & interesse, quomodo sit accipiendum.
- 30 Dolus commissus in faciendo, facit quem teneri de casu.
- 31 Culpa leuissima, quæ in faciendo consistit, & si veniat in actionem legis Aquiliæ: secus tamen in omittendo.
- 32 Culpa leuissima in faciendo commissa, æquiparatur & leui & late in negligendo.
- 33 Culpa leuis in faciendo, punitur criminaliter, non autem in omittendo.
- 34 Libertus in seruitutem reuocatur pro leui culpa in faciendo commissa.
- 35 Notarius delinquens in omittendo, si scùmque, vel Rempub. ledens, vt quia dolosè, omisit scribere solutiones tributorum, manus amputatione punitur.
- 36 Sententia lata contra absentem dolo aduersarij, nulla est ipso iure.
- 37 Aduocatus si præuocatur, aliquid scienter omittendo, & inde causa cadat, an sententia valeat.
- 38 Rescriptum subreptitium, an det iurisdictionem mero iure.

Rescriptum



- 39 Rescriptum ad beneficium, quo quis dicit se modicum habere beneficium, non vitatur.
- 40 Rescripta ad lites nulla sunt ex obreptione, secus autem ex subreptione.
- 41 In rescripto si quid veritatis taceatur, illud solum caput vitatur in quo subreptio facta est.
- 42 Testis quod in parte tantum falsus, omnino falsus habeatur, eiusque testimonium in omnibus cæteris partibus, etiam separatis nihil valeat, quomodo sit accipiendum.
- 43 Minor omittens facere inventarium, restituitur in integrum.
- 44 Pupillus si in omittendo deliquerit, mero iure non punitur.
- 45 Minor xviij. annis, non tenetur de delicto, in omittendo.
- 46 Prodigio parcitur in delictis in omittendo.
- 47 Delictum commissionis quando quis admittit, monitio non requiritur.
- 48 Pater si peccet in administrandis bonis filiorum, in omittendo, non eo tollitur illi administratio.
- 49 Statutum promittens impunitatem alicuius offense, an æquè in omittendo, atque in committendo sit accipiendus.
- 50 Moræ purgatio difficilius admittitur, vbi stipulatio commissæ est propter malè factum, quàm propter non factum.
- 51 Agentes & consentientes pari pœna esse puniendos, quomodo sit accipiendum.
- 52 Error expressus vitiat, non tacitus.
- 53 Peccata mali exempli, grauius punièda.
- 54 Peccata factò commissæ, grauiora, quàm quæ solo animo.
- 55 Virtutis summa laus in actione consistit.
- 56 Virtutis est, honesta potius agere, quàm non agere turpia.
- 57 A malo abstinere non sufficit nisi fiat quod bonum est.
- 58 In delictis num grauius quid censetur in faciendo, quàm in non faciendo. & nu. 59.
- 61 Et quid in iudice delinquente in committendo. nu. 60.
- 62 Expressio inepta an minus vitiet, quàm omisio.
- 63 Iudici an possit auferri iurisdictio propter delictum.
- 64 Nemo mortalium omnibus horis sapit: nedum Plato.
- 65 Silentij peccatum an grauius, quàm locutionis.
- 70 Delictum negligens aut non prohibens perpetrare, an & quando puniatur.
- 71 Verum suppressum non æquè punitur ac falsum committens.
- 72 Veritatem occultare, non idem quod proferre mendacium, August. & 73.
- 74 Bartoli & Iasonis lapsus.



VADRAGESIMOQVARTO, Mitius sunt puniendi qui in omittendo tantum delinquant, quàm qui in committendo: illi enim leuius delinquant, vt voluit glo. illa omnibus notan. in l. si mora. ff. sol. matri. cū qua pleriq; omnes cōueniunt, vt paulò inferius demōstrabimus. Sed primūm videri potest grauius esse, aut certè non leuius, quod in omittendo est, quàm quod in committendo, idq; multis rationibus.

In primis enim iudex, qui per imperitiam aliquē contra ius condēnat, & sic in facien-

- in faciendo delinquit, solum punitur, quantūm videtur æquum religioni iudicātis. l. vl. ff. de var. & extr. cogni. & l. ex maleficijs. §. si iudex. ff. de actio. & oblig. & §. 1. in prin. Insti. de oblig. quæ ex quasi delict. nascū. At iudex qui omisit condemnare in id quod debuit, & sic in omittendo deliquit, punitur in solidum ad integrum interesse. l. properandum. §. si autem alterutra. & §. sancimus. C. de iudi. vbi ex hoc not. Angel. & Paul. Cast. quod grauius delinquit iudex in omittendo, quàm in committendo.
- 2 Quin etiam iudex interdum ex omisione, & negligentia punitur criminaliter. l. mancipia. cum glo. & ibi Bal. & Angel. C. de ser. fugi. & §. 1. in authen. vt dif. iudi. per quem hoc ipsum not. Bar. in d. l. vlt. in fi. ff. de extraord. cogni. vsq; adeò quidem, vt ex hoc morte plectatur. l. addictos. C. de epi. audi. & l. vlt. C. ad leg. Iuli. de vi publ. & ibi no. Angel. & l. 1. C. de priua. carce. Ex quo no. Angel. ibi, iuncto tex. in l. 1. C. ad leg. Iul. maiest. quod magis punitur negligens, quàm faciens. quod & idem no. Alex. in addi. Bart. in d. l. vlt. de extraor. cogni. vbi & ipse rationem adducit, qua ostendit plus peccare iudicem qui negligit, quàm qui imprudēter male iudicat. Et faciunt quæ suprā diximus post prin. huius glo.
- 3 Secundò in hanc partem facit, quod dicit Bar. in l. demonstratio falsa. in prin. 7. q. ff. de condi. & demonst. quod minùs vitiat inepta vel erronea expressio, quàm omisio, per tex. in l. 1. in prin. C. de rei vxor. actio.
- 4 Tertiò id quoque Platonis legibus comprobatur, qui omnium philosophorum grauius fuit & rerum omnium nedum peccatorū iustus æstimator. Is enim in eodem genere delicti non æquè quidem, vt Moyses, sed grauius omisionem quam commissionem puniuit. Nam si quis furtum commiserit, duplum tantum reddi iussit, lib. de legib. 9. Alibi verò liberū qui sciens furtum non indicauerit, infamem esse. Seruum morte supplicij luere voluit. Grauius ergo puniuit eum qui furtū non indicauerit, quàm qui illud ipsum perpetrarit.
- 5 Quartò quod voluit Alex. Ales à quo tanquam doctrinæ quodam seminario multi viri theologiæ peritissimi prodire, in 2. parte suæ Summæ. q. 138. silentium grauius quàm peccatum locutionis, idque multis rationibus & argumentis, vt alia quoque, comprobatur.
- 6 Quintò quod saltem sint æqualia crimina in committendo & omittendo, facit tex. no. in l. necare. ff. de agnosc. libe. vbi necare videtur, nō tantum qui partem perfocat, sed & is qui alimoniam denegat, & est similis text. in c. pascere. 86. d. cuius hæc verba sunt, Quisquis pascēdo homines seruare poteris, si non paueris, fame occidisti. & c. decimæ, ante fi. 16. q. 1. & c. inter cætera. 22. q. 4. vbi matricidium, & fratricidium vocatur, matri & fratri indigētibz nihil alimonix impendere, sicuti & hoc no. glo. ibi.
- 7 Quibus & simile est quod scribit diuus Augustinus libro. 15. contra Faustum:

stum: Istud, inquit, præceptū, quod est, non occides, ex eiusdem erroris peruersitate non seruas. Itaque si incurras in eum famelicum, qui mori possit, nisi porrigēdo cibum subuenias, iam tu homicida teneberis. Et glo. quam ordinariam Theologi vocant, enarrans illud Exodi 20. Non occides, ita inquit: manu & mente vel subtrahendo subsidium vitæ, ei cui dare debes. Et alibi Deutero. 5. in expositione eiusdem præcepti, Non occides, re (inquit) vel voluntate: qui enim odit fratrem, homicida est, vel subtrahendo quod potest præstare. Nec longè abest illud Lactantij diuinarum Institutionum, lib. 6. cui de vero cultu titulus est. c. 11. Qui succurrere perituro potest, si non succurrerit, occidit.

8 Epigrammatarius Martialis, vt de Ethnicis quoque loquamur, Pontiam quandam, quæ duos filios veneno necauerat, de qua Iuuenalis Saty. 6.

Tune duos vna seuisima vipera cœna.

Tune duos. &c.

asserit non esse Galla deteriore, quæ patiebatur filios fame necare. huius autem carmen est huiusmodi lib. 2. epigram. 34. in Gallam ipsam:

Cum placeat Phileros tota tibi dote redemptus,

Tres pateris natos Galla perire fame.

Præstaturo cano tanta indulgentia cunno,

Quem nec casta potest iam decuisse Venus.

Perpetuam Dij te faciant Philerotis amicam,

O mater, qua nec Pontia deterior.

9 Sexto non dissimile est, quod autoritate diuinorum scriptorū dicitur, non minus criminis perpetrare, qui indigentibus denegat, quam qui habenti subtrahit, vt est tex. in summa. 42. dist. vbi ex sententia D. Hieronymi aliena rapere conuincitur, qui vltra necessaria sibi retinere probatur. & cap. sicut hi, ante fin. 47. dist. vbi D. Ambrosius, Neque enim (ait) minus est criminis habenti tollere, quam cum possis & abundans sis, indigentibus denegare. cuius sententiæ autoritate cōcludit Alex. Ales in 3. par. Summæ, quæstio. 36. membro. 5. art. 1. Non minus eos furtum committere, & rapinā, qui pauperibus non subueniunt: quam qui aliena furantur, & rapiunt. Et facit in eandem rem tex. in c. nolo. 12. q. 1. & c. aurum. 12. q. 2. & quod habetur in c. sæpe, & ibi glo. de resti. spol. cum si.

10 Ex quo fit, vt dixerit glo. in d. cap. sicut hi, in verbo, esurientium, quod pauperes possunt ecclesiæ eum denunciare, qui non dat, vt cum cogat dare, arg. cap. ad apostolicam. de simo. quam glo. facit sing. Roma. in repet. l. si verò. §. de viro. in 25. fal. ff. sol. matr. in 3. art. & Fran. Aret. consi. 42. reuocatur in dubium. & sequitur Specul. tit. de instru. edi. §. nunc aliqua. col. 17. vers. sed an pauperes. Panor. & Feli. in cap. humanum genus. 1. dist. Idem Panor. & Ioan. Ana. in c. si quis per necessitatem. de furt. idem Panor. in cap. at si clerici.

clerici. §. de adulterijs. vers. de iudi. Ioan. Ana. in d. cap. ad apostolicam. de simo. Anto. & Imo. in cap. 1. de empt. & vendi. Ia. Zochus in cap. inter opera. de sponsa. Firmi. in tracta. de episcopo. in 4. parte. lib. 4. col. 1. vers. & episcopus. Feli. in cap. 1. de offic. ordin. & in cap. si qui testium, ante fin. de testi. Et idem fermè voluerunt duæ aliæ glo. quas soli ex supradictis Firmi. & Feli. citauerunt. in c. domino, in verbo, necesse. 50. dist. & in c. exigunt. 1. q. 7. cum dicunt elemosynam posse peti officio iudicis.

11 Septimò inuadere videtur res alienas, qui quod debet nõ soluit, vt est tex. in c. decimæ. 16. q. 1. vbi in hæc verba scribitur, Decimæ ex debito requiruntur: & qui eas dare noluerunt, res alienas inuadunt. & est fermè similis tex. in d. c. sæpe. de resti. spol. vbi expressè dicitur, quod non multum interest, an iniustè detineas, an inuadas alienum, & ibi concord. in glossa.

12 Octauò quod voluit glo. not. l. si ab hostibus. §. 1. ff. solut. matri. esse paria si maritus vxorem interemerit, quod in faciendo est, & si illam ægrotantem contempserit, atque dereliquerit, aut, vt dicunt Bald. Rapha. Paul. de Cast. & Iason vbi, si vxori alimenta, atque alia necessaria non suppeditauerit, vnde illa moriatur. quod & idem voluit ipse Bald. in l. quod si vxorem. C. de nego. gest. Et pro dicto illius gloss. est bonus tex. in l. si seruum. in princip. ff. de verb. obliga. vbi paria sunt vel quod quis promissum à se seruum interficiat, vel quod eum morbo laborantem derelinquat. Et per illam glo. dicit Bald. in l. si captiui. post princip. C. de epi. & cler. quod eum quis necare videtur, quem à carcere in quo moritur, non subducit. vide Catellianū, in verbo, maritus punitur.

13 Nonò, qui patitur, quod prohibere potest, id ipsum facere videtur, vt not. gloss. in l. adigere. ff. de iur. patro. per illum text. vbi adigere libertam iururando ne nubat, intelligitur etiam is qui eam iurare patitur. & l. quid ergo. §. certè versiculo, certè. ff. de his qui not. in fa. vbi qui filium vel filiam constituere patitur, ipse quodammodo fecisse videtur. & ibi glo. idem not. quod præcedens, & allegat multas concord. vltra quas adde tex. nota. in l. penult. C. de Caro. largi. titul. lib. 10. vbi pari pœna punitur officialis, qui non prohibet illicitas exactiones, & sic in omittēdo delinquit, atque is qui eas facit, & ibi Baldus eum tex. ad hoc not. expressè, & etiam text. in capit. sicut dignum. §. illi etiam. de homicid. Qui potuit (inquit) liberare à morte hominem & non liberauit, illum occidit: vt non immeritò Maria. in repet. cap. ad euentiam. in 95. quæst. 7. quæstio. princip. eodem titul. censuerit illum irregularem esse, qui non prohibuerit hominem occidere, cum posset, & alia multa in id allegat.

Et huc quoque spectat textus in canone 86. distinctione, & melius in can. non miserenda. vigesimatertia quæstione tertia. vbi hæc verba ex Diuo Ambrosio adscribuntur: Qui non repellit à socio iniuriam, si potest, tamen est in



est in vitio, quàm ille qui facit. & capitulo præterea. 23. quæst. 8. vbi hæc quoque scribitur sententia. Qui crimina quæ poterit emendare, non corrigit, ipse committit.

14 Senecæ quoque tragœdiographi in Hercule furente, sententia est,

Qui non vetat peccare, cum possit, iubet.

Eiusdem, aut alterius, vt plerique credunt, mimus est,

Qui succurrere perturo potest, cum non succurrit occidit.

Ex legibus Lacedæmoniorum qui se præsentem delinquentem non obiurgasset, pari castigationi erat obnoxius, cui etiam delinquens ipse, vt testis est Plutarchus in Apoph. Laconicis. Ex legibus quoque Platonis ad fi. lib. 9. æquè punitur qui aliorum iniurias, cum prohibere possit, non prohibet, atque is qui facit. Agapetus in libello admonitorio, quem ad Iustinianum Imperatorem scripsit.

ισορ τῶ πλημμελεῖν, τὸ μὴ κωλύειν τοὺς πλημμελεῖντας λογιζέσθαι

id est, iuxta peccare & peccantes non cohibere, æstima.

15 Decimò tam falsus est, & de falso punitur testis, qui verum suppressit, omittitque dicere, quàm qui falsum asserit. l. præscriptione, & ibi Iacob. Bu. & Bartolus in fin. & Iason. C. si contra ius vel vtil. public. & l. presbyteri, & ibi etiam Bartolus & Baldus. C. de episcop. & cle. & expressius in c. 1. & ibi Inno. & Panor. & alij. de crimin. fal. & in can. quisquis. 11. quæstio. 3. & 5. primo. & ibi Angel. in authentic. de testibus. & Bartolus in l. ea quæ. ff. de cont. empt. & in l. data. columna sexta, versiculo, falsus testis. C. qui accusare non possunt. & in l. 3. paulò ante fi. C. de calum. vbi & ad hoc allegat l. nec exemplum. C. de falsis. & alia iura. & idem Baldus in l. argentarius. §. cum autem. & ibi, etiam Angel. ff. de eden. & ipse Bald. in l. idem & si. §. si tibi. post. princip. ff. de condi. ob turp. caus. vbi id tamen dicit procedere in teste producto & iurato, non in contumace, qui videlicet non vult venire, aut iurare. & ipse Baldus in cap. 1. tit. si de inuest. int. domi. et vassal. l. ori. et in cap. ab excommunicato, circa medium. de rescrip. vbi ad id dicit notan. dict. legem presbyteri et in cap. fraternitatis. in fin. de testibus, et in sua Margarit. in verbo, testis. Pet. Anc. consilio 224. iste dominus executor, columna prima. Alexand. consilio secundo alias. 11. viso processu in causa inquisitionis. columna tertia, versiculo, alia ratione non probat. lib. 7. et Guido Papæ consilio 21. iuxta materiam processus. columna prima. et Feli. in capite 2. col. prima. de testibus cogen. vbi limitat tribus modis. et nouissimè Hippol. Marsil. in rubri. ff. ad leg. Corn. de fals. col. 3. versu. vltimus circa hanc. et in l. 1. §. sed et si quis eo. tit.

16 Quod etiam procedit in notario, vt dicit Bartolus in d. l. presbyteri. & Baldus in l. iubemus, ad fi. C. de testa. et Pet. Anc. consilio. 224. iste dominus executor. colum. 1. Atque etiam in alio, qui cum dictaret instrumentum notario,

tario, dolosè omisit quædam necessaria, vt voluit Bartolus in l. si quis obreperit, versiculo, quæro cum pars dictaret. ff. ad Leg. Corne. de falsis. Et huic certè capiti concinit, quod scribit Cicero in oratione pro Roscio Comedo post princip. Nam quemadmodum turpe est scribere, quod non debeat sic improbum est non referre, quod debeas. Acquè enim tabulæ condénantur eius qui verum non retulit: & eius, qui falsum perscripsit.

Diuus Augustinus li. 1. de verbis domini, Reus est, & qui mendaciū loquitur: & qui veritatē tacet: ille, quia nocere cupit: iste, quia prodesse non vult.

17 Vndecimò, tantum peccat qui non facit quod debet, quantum qui facit quod non debet, arg. can. 1. 16. q. 6. & cap. abbates. 18. q. 2. & can. si custos. 27. quæst. 1. & ibi hoc. not. Archi. & Hug. & etiam Lucas de Pen. in l. omnes iudices. col. 5. versu. & nota quod interdum. C. de Decur. lib. 10.

18 Duodecimò, quod not. voluit Inno. ille Canonū facilè princeps in c. tuanos. col. 1. de hom. quod medicus ita peccat omittendo medicinas propitias, sicut dando non propitias.

19 Decimotertiò quod scriptum reliquit Diuus Hieronymus: Non ideo (ait) putes aliqua committenda esse mandata, quia leuiora sunt: Tam enim maxima illa, quàm minima imperata sunt: & contemptus cuiusque præcepti, præipientis iniuria est: in quouis præcepto, in quouis gradu æquale peccatum est, vel prohibita admittere, vel iussa non facere. Feli. in capite cum delicta. col. 17. in 10. ampliatione, extra de rescrip. in nouis.

20 Decimoquartò confirmo autoritate legis Mosaicæ. Nam cum Leuitici 4. institutum sit sacrificium pro peccato, quod in faciendo consistit, nulla peccati quod in omittendo est, mentione facta, Nicol. Ly. in ea re Christianos Bibliorum interpretes, vel reclamantibus Iudæis secutus huiusmodi sacrificium & ad peccatum in omittendo trahit tanquam vtriusque sit idem iudicium, eadem culpa & grauitas, idem piaculum: subdens in sacra scriptura omissionem semper intelligi in commissione. Quam ego sententiam verissimam esse arbitror: nisi enim illa sacrificij institutio pro commisso, ad commissum trahatur, videbitur lex Mosaica manca esse, nec sufficienter data, cum alibi nullum sit aliud institutum pro omisso sacrificium.

21 Decimoquintò & id quoque comprobatur ex eo, quod scribitur eiusdem Leuitici cap. 5. Si peccauerit anima, & audierit vocem iurantem, testisque fuerit, quod ipse vidit aut conscius est, nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam. Quem locum enarrans Adamantius Origenes, Sciendum est (ait) quod si quis ea quæ videt in delicto proximi sui, vel non indicat, secundum regulam superius datam, vel in testimonium vocatus non quæ vera sunt dixerit, peccatum quod commisit ille quem celat, ipse suscipiet, & pœna commissi reuoluetur ad conscium.

22 Vltimò ne autoritate alicuius è nostris legum interpretibus ista pars

Q² careat



careat, hanc apertè tenuit Barto. (bone Deus quis author) in l. i. ff. de iur. patro. notans ex eo tex. quòd minus peccatum est in faciendo, quàm in non faciendo. Et in eam inclinare videtur Iason in duobus locis videlicet in d. l. si mora. ff. sol. matri. & in d. l. sancimus. col. pe. versic. sextò not. C. de iudic. per aliquas quidem ex prædictis rationibus.

23 Veruntamen Iason (de Barto. autem quid sentiam postea dicemus) in hoc errasse (pace tanti viri dixerim) videtur, qui à tam vulgata, ab omnibusque probata sententia desciverit, nixus leuibus admodum, infirmisque atque exilibus argumentis, & rationibus. Nam apud omnes in confesso est delictum quod in committendo consistit, grauius esse: ideoque seuerius plecti oportere cæteris paribus, quàm quod in omittendo est. Nã primùm vt à diuinis scriptoribus incipiam, ita voluit Diuus Thomas 2. 2. q. 79. arti. 4. vbi post multa in vtranq; partem adducta tandè concludendo dicit quòd peccatum tantùm est graue quantùm à virtute distat: cõtrarietas autem est maxima distantia, vt dicit Philosophus 10. Metaphysicæ, vnde contrariũ magis distat à suo contrario, quàm simplex eius negatio, sicut nigrũ plus distat ab albo, quàm simpliciter non album. Omne nigrũ est non album, sed nõ conuertitur. Manifestũ est autem quòd cõmissio, siue transgressio contrariatur actui virtutis: omisio verò importat negationem illius: putà peccatũ omisionis est, si quis debitam reuerentiam parentibus non exhibeat: peccatum autem transgressionis, si cõtumeliam vel iniuriam eis inferat, quod est grauius: vnde manifestũ est quòd simpliciter & absolutè loquendo, transgressio est grauius peccatum, quàm omisio, licèt aliqua omisio possit esse grauior aliqua transgressione. hæc Thomas. Ex quibus colligere possumus apertam solutionem ad multa pro contraria parte allegata. Et ante eum licèt non alleget, vt aliàs semper, idem scribit Alexan. Ales eius præceptor in 2. parte Summæ, quæ st. 130. membro. 6. vbi & hoc copiose disserit, multaque obiecta scitissimè dissoluit, & rursus quæst. sequenti, membro 2. & diuus Bonauen. lib. 2. senten. dist. 4. art. i. q. 1. vbi etiam plus dicit, quòd licet committere in præceptum, sit semper peccatum: nõ tamen omittre præceptum semper peccatum est: sed solùm cum actus ipse omittitur, non autem circumstantiæ actus &c. Et idem alibi in eodem 1. lib. videlicet dist. 42. super text. dicit quòd non omnis omisio bonæ circumstantiæ dicitur delictum, sed tantùm omisio boni actus debiti. quod & idem dicit ipse Thomas quo loco nuper citauimus artic. 3.

24 Et vt ad nostros tandem veniamus, iam diximus glo. esse in ea sententia, vt delictum commisionis, sit grauius delicto omisionis, in d. l. si mora. ff. sol. matri. quam literis aureis scribendã dicit Bal. ibi, & sequuntur Imo. Pau. Cast. Alex. Fran. Are. & omnes præter Iaso. ibi: & Bal. in l. legis virtus. ff. de legib. & in l. imperator. in 1. lect. co. pe. ff. de statu ho. & in l. 1. in prin. ff. de eo per

per quem fac. erit, vbi dicit per eã, quæ licèt vna culpa compensetur cũ alia, vt dicit gl. ibi, tamè leuissima culpa in faciendo non cõpõfatur cũ alia leuissima in omittendo: quia prima est grauior. & in l. omnes iudices. co. 4. in verb. quinquaginta. C. de decur. lib. 10. & in c. ex literis. col. 3. versic. pone duo sunt statuta. & in sua margarita, in verbo, culpa. vbi illam glo. dicit singul. & Pe. Anch. in repet. c. peccatum. in 5. oppo. de reg. iur. lib. 6. & consi. 158. ex narratis in facto. col. 6. versic. de suis autem. & con. 411. & prima facie videtur. col. 1. & Roma. consi. 330. circa primum. col. vlt. Barb. in l. 2. §. vlt. col. 5. & iterum in l. si ex stipulatu. col. 6. ff. de verb. oblig. & con. 3. clementissimi Dei patris. col. 2. lib. 2. & in repetit. c. Raynaldus. col. 52. ego adduco rationem de testa. & Philip. Corne. col. 51. in hac consultatione. colum. 3. in fin. lib. 1. & consi. 178. circa primam consultationem. col. 2. co. lib. 1. vbi dicit illam glo. communiter reputari singul. & consi. 38. quanuis in præfenti, columna penulti. versiculo item potest dici, lib. 2. & consi. 40. in hac consultatione. columna secunda, versiculo, & in super. cod. lib. 2. Philip. Deci. in l. posthumo. columna quinta, versiculo prætereà magis. C. de bono. possess. contra tabulas. & consilio 37. in causa rigorosæ accusationis, columna quinta, versic. secunda ratio est. & consi. 192. in casu proposito, columna 2. vbi per hoc pulchrè concordat duas opiniones super liberatione tutoris à testatore facta de non reddendo rationem, nec inuentarium conficiendo: vt videlicet per hoc liberetur tutor à dolo in omittendo, non in committendo. & Ias. ipse sibi repugnans in l. 2. columna quarta, versiculo, sed ego strictius. C. de iure emphyteu. & in l. vlt. colum. trigesima tertia, versic. & pro hac sententia. co. titu. & in authen. qui rem, col. 2. C. de sac. eccles. & in l. nemo, col. 2. ff. de verbo. oblig. & iterum in l. inter stipulantem, §. stichum. ff. cod. & iterum in l. si seruũ Stichum, §. sequitur, col. 2. versiculo quintò not. eo. quoque titu. & in l. qui Romæ, §. cohæredes. col. 5. versic. confirmatur quia mora. cod. titu. & in l. si quis iniquum, §. si filius meus. ff. si quis cau.

25 Sed est & alia glo. quæ hoc quoque voluit, videlicet in l. 2. ff. de S. C. Sylan. quam etiam ponderat Bal. in rub. extrà, de treug. & pac. circa princ. vbi eam quoque facit sing. & Paul. Cast. in l. 1. C. de repud. bono. poss. Alia itè cæteris expressior in l. lege Cornelia. in princip. ff. quam ad hoc annotauit Lucas. Pen. in d. l. omnes iudices. col. 4. in verbo, quinquaginta. C. de Decur. lib. 10. & Corneus d. consil. 178. circa primam. lib. 1. l. 2. & ibi Bal. colum. 2. & Paul. Cast. colum. vlt. C. de liber. & eor. liber. Alia quoque in l. si seruum in glo. 2. ff. de verb. oblig. Et pro illis glo. facit optimè tex. in l. 1. qui vas. §. 1. ff. de furt. & in d. l. 1. ff. de iur. patro.

26 Et hoc certè vltra prædictos voluit Pen. de Bel. Pet. in §. vlti. Instit. de his qui sunt sui vel alie. iur. cum dicit grauius esse facere, quàm non facere, per tex. in l. 4. ff. de impen. in reb. dot. & in l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. &

Q3 voluit

voluit item Cy. in authen. qui rem. in 5. q. C. de sacro. eccles. & Ioan. Fab. in §. non autem omnes, circa princi. Instit. de perpet. & tempor. actio. per tex. in l. si sterilis. §. cum per venditorem, & ibi not. de actio. empti. & in l. ei apud. in prin. ff. de pos. ex hocq. dicit Fab. vbi supra, quod cum delicta, quãtò sunt grauiora, plusque cõcernunt delictum defuncti, tantò sunt minùs transmissibilia in hæredes: ideo actio, quæ datur in officiales & magistratus, ob delictum vel quasi, quod consistit in omittendo, non transit in hæredes. l. Iulianus. ff. de iudi. Si autem in committendo deliquerint, transit. l. 4. §. vlt. ff. de dam. infec. In hac quoque opinione est Barto. in l. cum par delictum. ff. de reg. iur. et in l. licet. §. vlt. aliàs. §. si filius, eius in itij. 2. ff. de pecul. vbi dicit per illum tex. et Bal. in l. nulla. in 3. not. C. de his quib. vt indig. et Sali. in l. vlt. columna penult. C. de iur. emphyt. Raph. Cu. consi. 164. prælat. certæ ecclesiæ. col. 3. versic. cum igitur conditio. Io. Ana. in cap. qualiter et quando. §. vlt. col. 6. de accu.

27 Ex hoc dicebat Dy. in d. l. 2. per gloss. ibi, quam supra allegauimus. ff. de S. C. Syllan. leges prohibentes transfigere vel pacisci super criminibus publicis. l. transfigere. C. de transac. intelligendas in criminibus, quæ in committendo consistunt: secus si in omittendo. quod & idem voluit ipse Dy. in l. 1. §. vsque adeò. ff. de iniur. & Cy. in d. l. transfigere. & Barb. in repet. cap. Raynaldus columna 52. versic. ego adduco rationem, & iterum columna 253. versiculo, pro dicto tamen. de testa. vbi ad hoc facit singul. gloss. in d. l. 2. ff. ad Sylla. De quo tamen vide Bart. in d. l. 2. vide Bald. in l. iuris gentium. §. si paciscar. ff. de pac. & omnino vide in consuetudine Bituri. fol. 41. colum. 2. in medio, vsque ad fin.

28 His quoque conuenit, quod cum dolosus teneatur ad damna & interesse vt est textus in lege vltima. C. de magistratib. conueni. quæ quidem probato dolo, solo partium iuramento probantur: vt patet per l. semper. §. hoc interdum. & ibi gloss. & doctor. ff. quod vi aut clam. & l. si quando. & ibi etiam doc. C. vnde vi. c. vlti. & ibi etiam glo. & doc. de eo quod met. caus. & gloss. inc. dilecti. de for. compe. & doct. in l. 1. C. de senten. quæ pro eo quod inter. profe. & Bal. & Alex. in l. qui accusare. C. de eden. Istud tamen procedit, quando dolus consistit in faciendo: secus si in omittendo, siue in non faciendo: nam tunc ad probanda damna & interesse non sufficeret iuramentum partis, sed deberent plenè probari. text. in l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. & ibi Pet. Cy. Bald. Angel. Sali. Alex. & recentiores ad hoc notant. & facit sing. Bal. in l. vlt. col. pen. in versic. quintò quæro. C. de eden. et Alex. d. l. qui accusare. in fi. et Iason in l. si prius. in 2. quæstio. principali. ff. de oper. no. nuntia. et ita etiam voluerunt Cy. in 3. quæstio. Albert. Iason, et alij in d. l. si quãdo. C. vnde vi Bar. Angel. Imo. et Alex. in d. l. si prius. Barto. in l. si per alium. §. in eum. ff. ne quis in ius voca. vi exi. et Roma. in repet. l.

pet. l. admonendi. ff. de iureiur. & ibi Franc. Curt. in repet. char. 22. colum. 3. versicu. limitat tamen. vbi post Ang. in d. §. cum autem limitat, redditque huius rei rationem, quoniam crimen in committendo maius est, & grauius quàm in omittendo. & ipse Roma. sing. 403. incip. Socin. in tracta. fallen. regu. 190. cuius est initium, interesse per solum iuramentum.

29 Quanquam in contrarium (ne illud omittamus) videtur esse text. in l. in actionibus. §. planè. secundum veram lectu. Azo. & ibi etiam Bart. Angel. Sali. Alex. & Iason. ff. de in lit. iuran. & videtur etiam voluisse glo. si solerter inspiciatur, in l. nummis. eod. titu. et apertè Barto. in l. 1. §. si cista. ff. de posi. et Alex. cõsi. 214. quando dolus, post princ. et iterum colum. secunda. versicu. præterea potest esse. lib. 7. vbi etiam allegat l. si cui. §. 1. ff. loca.

30 Conuenit illi cõmuniori sententiæ et illud, quod dolus commissus in faciendo, facit quem teneri de casu, licet non sit ordinatus ad casum, quia videlicet casus propter ipsum dolum non euenit, vt est tex. in l. 1. §. si rem. ff. de posi. vbi hoc not. Paul. Cast. dolus autem in nõ faciendo non facit teneri de casu, nisi quando est ordinatus ad ipsum casum. l. et in totu. ff. de impè. Paul. Cast. in l. si vehenda. §. 1. ff. ad leg. Rhod. de iac.

31 Accedit & huc, quod licet leuissima culpa, quæ in faciendo consistit, veniat in actionem legis Aquiliæ. l. in lege Aquilia, huius in itij. 2. ff. ad leg. Aquil. Secus tamen, si in omittendo. tex. est not. l. si cuius aliàs incipit, si vsufructus. §. denique. ff. de vsufruct. quem ad hoc multum not. Bar. Bal. Angel. ibi, dicitq. ipse Barto. per illum limitari totum titulum. ff. et C. ad legem Aquil. et idem Barto. in l. qui bona. §. cum inter. ff. de dam. infec. et Bal. in l. data. col. 2. versic. ex hoc sequitur. C. qui accusa. poss. vbi reddit huius rei rationem, quoniam est maior culpa facere, quàm omittere. per not. in d. l. si mora, & idem Bal. cõsi. 144. præsupposito cõmunis Papiæ statuto, colum. 1. lib. 1. vbi ad hoc dicit not. illum tex. quod cõsiliu. repetitur errore impressorum in lib. 3. cõsi. 403. & rursum in lib. 5. cõsi. 436. & idem Bald. cõsi. 441. quidam magister. in princ. eod. lib. 1. vbi dicit illum tex. semper ad hoc allegari & cõsi. 134. nisi probetur culpa, lib. 4. Ioan. Ana. in cap. dilectus, colum. vlti. de homic. & Iason. in l. si stipulatus essem abste, colum. 2. ad fi. ff. de verb. oblig. & in d. l. 2. de S. C. Sylla. vbi ad hoc facit sing. gloss. in d. §. deniq. & Soci. cõsi. 54. visa breui narratione. col. pen. lib. 4.

32 His ad stipulatur, quod à Barto. scriptum est in repet. l. quod Nerua. in 7. quæstio. lib. 1. versic. item quæro vtrum culpa. ff. de po. quod culpa leuissima in faciendo cõmissa, æquiparatur & leui, & latè culpæ in negligendo. vbi allegat corruptè, vt opinor. gloss. in l. si constante. §. si maritus. ff. solu. matri. cum vellet allegare gloss. in d. l. si mora. eo. titu.

33 Cui consonat, quod scribit Bald. ipse in dict. l. data, vbi supra citauimus, quod leuis culpa in faciendo punitur etiam criminaliter. l. si fortuito. ff. de

Q. 4 incen.

- incen. rui. nau. Non autem ea que est in omittendo. l. qui edes. ff. eod. titu. sequitur Ange. Aret. in tracta. maleficiorum, in verbo, incendiario. col. 2.
- 34 Et hanc sententiam confirmat, quod pro leui culpa in faciendo comissa libertus in seruitutem reuocatur. l. 2. C. de liber. & eor. lib. Non etiam pro leui culpa in non faciendo. l. solo. C. de liber. caus. quam ita intelligunt glo. Bald. Salic. & alij in d. l. 2.
- 35 Huc autem vergit, quod notarius delinquens in omittendo, fiscumque ita lædens, vel Remp. vt quia dolose omisit scribere solutiones tributorum, punitur manus amputatione, vt est tex. in §. coges. in auth. de manda. princip. col. 3. & ibi glo. in verbo, amputationem. quæ notat (vt illud obiter attingam) quod vbicunq; debet alicui membrum amputari, de manu intelligitur, et ad hoc illam facit sing. Ioã. Plat. in l. 1. C. de immuni. nemi. cõce. li. 10. Quod si deliquerit in committendo, putà scripturam illicitam faciendo lædensque ab id rempub. debet comburi. tex. est in d. l. 1. vbi ita illum intelligit, distinguitque ab eo §. cogens, ipse Ioã. Plat.
- 36 Ad hoc respicit, quod sententia lata contra absentem dolo aduersarij, videlicet ex falsis allegationibus ipso iure. l. si p̄tor. §. Marcellus. ff. de iudi. Quod si aduersarius falsum non allegauit, sed veritatem suppressit, putà, quia omisit allegare aliquam exceptionem absenti competentem: valebit quidem sententia mero iure, vt voluit Inno. in cap. prætereà. de dila. & Io. Andr. in cap. si duobus. de appella. & Mathesi. not. 18. incipi. not. quod sententia, vbi & huius rei rationem reddit, quoniam minus est delictum facere ius verum aduersarij, quàm falsum exprimere. ca. 1. q. 4.
- 37 Consimile est quod Bald. dicit post gloss. in l. 1. C. de aduoc. diuers. iudic. quod secundum aliquos, si aduocatus alicuius præuaricatur, aliquid omittendo scienter, ex istaque omisione perdit causam, valet sententia mero iure, estque opus in integrum restitutione. l. minor autem. §. 1. ff. de minor. si autem præuaricatur committendo, putà reuelando parti aduersæ secreta causæ, & illum instruendo, aut aliud huiusmodi, sententia est nulla ipso iure, per d. l. 1. quoniam, vt dicit Bald. maior est comissionis præuaricatio, quàm omisionis, vt in simili not. in d. l. si mora.
- 38 Sed & consimilem vim habet, quod rescriptum subreptitium dat iurisdictione mero iure. valet enim processus, nisi opponatur ab initio. Secus si sit obreptitium, vt voluit Inno. in ca. cum olim. de re iudic. & sequitur Ioã. Faber. in l. præscriptione. circa medium. C. si contra ius vel vtil. public. per tex. in d. c. cum olim. de rescrip.
- 39 Ex eodemque fonte manat, quod scribit idem Inno. ac plerique ex antiquioribus, quod etsi vitietur rescriptum ad beneficium, quo quis se dicit nullum habere beneficium, cum modicum aut minus sufficiens habeat, ca. si proponente. de rescript. Non tamen vitiatum si tacuerit se habere modicum,

- cum, quod habebat: veluti non sit tantum vitium tacere verum, quàm mē tiri: sed tamen hæc opinio longè lateque explosa est per gloss. & docto. in d. cap. si proponente, & in ca. proposuisti, eo. titu. Quorum sententia decreto perpetuo comprobata est, in cap. si motu proprio. de præb. lib. 6. idque multis rationibus adductis per Bald. & alios in d. cap. si proponente.
- 40 Et postquam de rescripto loquimur, illud quoque subiungendum est, an tequam ad alia pergamus, quod rescripta ad lites nulla sunt ex obreptione, non autem ex subreptione, quin sunt per exceptionem annullanda, vt not. in cap. cæterum, & ca. plerunq; & ca. si autem. de rescript. cum si. Cuius rei rationem reddens Panor. in ca. quia circa, de consang. & affini. quoniam detestabilius est falsum exprimere, quàm verum tacere. vbi tamē limitat nõ procedere in rescriptis ad beneficia, alijsque gratiosis, de quo latius per eum, & alios in cap. ad audientiam. eius initij. 2. de rescript. & Soci. con. fil. 169. circa primum, in princ. lib. 2.
- 41 Item si in rescripto aliquid veritatis taceatur, illud solum caput vitiatum, in quo subreptio facta est: non autem alia capita ab illo distincta, & separata, vt est tex. in ca. si eo tempore, de rescript. lib. 6. quem ad hoc valde sing. dicit Barba. confi. 33. bene etenim cuncta geruntur, col. 2. lib. 3. & not. etiam in ca. fraternitatis. de hæret. Quod si falsum aliquid fuerit suggestum, non solum articulus (vt cū nostris loquar) in quo id ipsum fuerit factum corruit, sed & alij etiam separati. tex. in cap. sedes apostolica, de rescript. vbi Panor. multum distare in rescriptis, vtrum verum taceatur, an verò exprimat falsum: illic enim totum rescriptum corruit, hic solus articulus: quia non est ita odiosus tacens verum, sicut exprimens falsum. & facit etiam singul. text. in d. cap. si eo tempore, & allegat prætereà in argu. capit. detestanda, in princ. de concess. præbend. libro. 6. & idem voluit Barb. d. cõsil. 33. col. 3. ad fin. libri.
- 42 Nec hinc longè abest, quod in simili dicimus, quod licet testis in parte solum falsus, omnino falsus reputetur, eiusque testimonium nõ solum in ea parte repellatur, sed & in ceteris quoque etiam separatis, vt voluit gloss. in c. in nostra, in princip. de testib. & gloss. in capit. si ad scripturas. 9. distin. & ca. quid ergo. 23. q. 5. Inno. in d. c. fraternitatis. de hæret. Bar. Bald. & alij in l. si ex falsis. C. de transact. Bal. in l. certi cõdictio. §. quoniam, col. pe. ver. decimus. ff. si cer. peta. & in l. 2. C. de fideicom. liber. & in l. si vteris. C. de fide instru. & in l. vlt. in quarto contrario. C. de edict. Diui Adria. tol. & in l. 1. §. si quis simpliciter, vbi & Ange. Imo. Rom. Bar. col. 11. alij recentiores. ff. de verb. oblig. & ipse Bald. in cap. 1. col. 2. versi. idem in positione vel, de constitutu. & in ca. cum adeo, col. 1. de rescript. & Panor. in c. 3. in fi. de fid. instru. & Cardi. in cle. 1. in fi. de testib. Hoc tamen verum est, si falsum commiserit in committendo, videlicet falsum aliquid exprimendo: secus si in omittendo,

tendo, putà, quia verum aliquid interrogatus suppressit, quia tunc valet eius dictum in eo quod deposuit, nec vitatur propter illam veritatis negationem, vt sing. dicit Iacob. But. in l. Lucius. ff. de his qui not. infa. quod dictum refert, cōmendat, & sequitur Ang. cōsi. 194. visis processibus causæ, in fin. 2. colū. Hippo. Marfi. sing. 76. incip. communis cōclusio. vbi hoc dictū dicit sing. & in repe. l. vlt. C. de proba. & facit quod dicit Bald. in §. notandum. titu. de notis feud. & in cap. 1. §. si enim domino, tit. quid sit inuestit.

43 Ad hæc facit quod dicit Ange. in tractatu de inuentario, quòd minor omittens facere inuentarium, restituitur in integrum, cū illud delictum cōsistat in omittendo, & de hoc dicit esse glo. quam facit sing. in l. auxilium. in versi. cessabit. ff. de minor. & sequitur Barb. in repe. cap. Raynal. colū. 152. versi. ita & pariter dicemus, de testa. & Anto. Corf. in suis sing. in verbo, pœna, licet pœna, & c. Et per illam gloss. dicit Barb. d. consi. 3. col. 2. lib. 2. & in l. sed si ex stipulatu. col. 7. ff. de verb. obli. quòd restituitur minor aduersus delictum, quod consistit in omittendo, non autem si consistit in committendo: & ad hoc facit sing. illam gloss. Sed est alia expressior in l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. eo. titu. ad hoc referens opinionem aliquorum ita distinguendum, per tex. in l. vlt. C. si aduer. delict. quorum sententiam quamuis ipsa glo. videatur reprobare, sequitur tamen Paul. Cast. in d. l. 2. col. 3. versi. hinc est quod. C. de libe. & eorum. lib. & consi. 48. vltra ea quæ superius allegata sunt, lib. 2. & Alex. in l. 1. col. 1. in fin. ff. de verb. obli. & cōsi. 103. videtur prima cōsideratione dicendū, col. 6. versi. non obstat lib. 1. & Ang. Aret. in tractatu maleficiorū, in verbo scienter & dolosè, col. 4. versi. quid in prodigo, & Mathesi. in no. 167. cuius est prin. nota quòd minor.

44 Quin etiam pupillus si in omittendo deliquerit, non solūm nō est opus restitutione in integrum, sed mero iure non punitur. tex. est not. in l. §. im pubes. ff. de SC. Sylla. vbi Di. Bar. & alij per hoc limitantes iura, quæ volūt impuberem doli capacē teneri ex delicto, vt scilicet intelligatur de delicto, quod in faciendo consistit: secus si in non faciendo. quod & idē voluit Ci. in l. 1. & ibi etiā Sali. in 15. no. C. de fal. mo. Bald. Ang. Rom. & alij in l. is cui bonis. ff. de verb. obli. & Ioā. Ana. in c. 1. col. pen. de delict. puer. & Hippo. Marfi. in l. infans. col. 2. versi. item scias quod. ff. de ficar.

45 Imò verò minor. 18. annis, nedum impubes, non tenetur de delicto in omittendo, per text. in authen. si captiui cum sua gloss. C. de episco. & cler. & Iac. Aret. & Iaco. But. Sali. & ferè omnes in l. si quis in tantā. C. vnde vi. & Anto. qui ad Barto. remittit in cap. 1. col. 2. versi. nunquid autem ex delicto, de dol. & contum. & Philip. Corn. consilio. 247. quoniam multa veniunt, col. 5. versi. in super lib. 1.

46 Idem de prodigo dicimus: qui tametsi ex delicto, quod in committendo est, punitur etiam corporaliter, putà si hominem interemerit, aut alia id genus

genus perpetrarit, vt decidit Bald. in l. funiosum. ad fin. C. qui testa. fac. pos. & Angel. in l. Fulcinius. §. adeò, ad fin. ff. ex quibus caus. in poss. eat. Si tamē delinquat in omittendo, vel negligendo, putà quia non vindicauit necē defuncti, vel mater prodiga non petijt tutorem filijs, non propterea priuabitur eorum successione: quia in delictis in omittendo illis parcitur, tex. est not. in d. l. Fulcinius. §. adeo. versi. idemq; in prodigo. vbi si prodigus non compareat, ei parcitur. & ita not. Angel. ibi et Bald. ipse Ang. Imo. Iason. et omnes ferè in d. l. is cui bonis. et Maria. Soci. in repet. in cap. ad audientia, in 24. quæstio. quintæ quæstio. princ. de homi. et Angel. Aret. in d. verbo, scienter, et dolosè, col. 4. versi. quid in prodigo.

47 Adde præterà, quod dicit Inno. in ca. extirpandæ, versi. item hæc habent locum, de præben. quòd quando quis committit delictum cōmissionis, non requiritur monitio, sed benerequiritur in delicto omisionis, & sequitur Bald. in cap. 1. §. publici latrones, titu. de pac. tenen.

48 Nec silentio prætereundū est, quod scribit Bald. in l. cū oportet. §. non autē, col. 1. quòd si pater, qui est legitimus administrator bonorū filiorum, malè eam administrationem gerat in cōmittendo. ei aufertur administratio: si in negligendo, secus, sed compellitur administratione, et sumptus facere, l. 1. C. de bon. mater. Nec est (inquit) nouum, quòd aliter punitur culpa cōmissionis quàm omisionis. allegat not. in d. l. si mora. & in d. l. si citius. §. de præteritis. de quo tamen vide Barto. Ange. & alios in d. §. non autē Imo. in l. Imperator. ff. ad Trebel. & Francif. Aret. consi. 72. præsupponitur in facto. in quart. quæstio.

49 Nec alio respicit, quod not. consuluit Ange. consi. 72. pro parte negatiua, factum verò illius cōsi. incipit, statuto antiquo. Quòd statutum promittēs impunitatem alicuius offensæ, quæ fit in cōmittendo, ita debet interpretari ex vi attractiua, vt idem videatur disposuisse in offensa, quæ in omittendo consistit: cū illa sit grauior, hæc leuior. quemadmodum (inquit) in simili dicitur, quod statutum permittens occidere bannitum, videtur etiā permittere illum offendere, quod minus est, per tex. in l. nec in ea. ff. de adulter. vbi qui occidere potest adulterum, multo magis poterit eum iure contumelia afficere.

50 Succurrit & illud quod in hanc sententiam prodit Barto. post Andreā. Pist. in l. si insulam. columna quinta, in sexta quæstione. ff. de verbo. obli. quod difficilius admittitur moræ purgatio quando stipulatio est commissa propter malè factum, quàm propter non factum, per multa quæ illic allegat distinguendo, & sequitur Franc. Aret. consilio. 157. quod incipit, visis diligenter narratis, colū. vlt.

51 Eiusdem notæ est quod not. tradit Ioannes Ma. in lege placet, in 3. nota. C. de excusatione mu. libro. 10. quod illud quod dicimus agentes & cōsenti-

sentientes pari pœna esse puniendos. cap. quanto. de sententia excom. cum simi. intelligendum est de his, qui cooperando consentiunt: secus si negligendo vel omittendo consentirent, sunt enim hi mitius puniendi, per tex. in d. l. placet. & hoc ante Ioannem Plat. voluit gloss. i. in d. cap. quanto, quã sing. no. monet Panor. ibi.

52. Supradicta confirmat, quòd error expressus vitiat, non item tacitus. l. & ex diuerso. §. fin in iudicio, & ibi glo. Imo. & recentiores. ff. solu. matri. & Alex. in l. cum quid. ff. si cer. peta. & ibi Iason in vtraq; lectu. videlicet in. 1. lect. col. 2. versi. tertio limite, vbi dicit ita debere intelligi tex. in l. actus legitimi. & in l. expressa. de regu. iuris, & in 2. lect. colum. quarta. versi. tertia cõclusio, vbi dicit, quòd per hoc redditur dubia dicta decisio in d. l. demonstratio. ff. de condit. & demonstr. dum dicit quòd inepta expressio minùs vitiat, quàm tacita. Et facit quod dicit Bald. in l. eleganter. §. si quis post colum. quinta. versi. ex lectura antiqua. ff. de condic. indeb. quod non est par virtus taciti & expressi quo ad hoc vt actus sit nullus. l. si quis legatum. ff. ad leg. Corn. de fal.

53. Postremò adde omnibus supradictis huiusmodi rationes. Primũ enim delicta cõ grauiora reputantur atrociusq; puniuntur, quò sunt maioris atque perniciosioris exempli. l. 3. §. sed & ex senatusconsulto. ff. de leg. Corn. de sicar. & l. qui abortionis. ff. de pœn. & expressiùs in ca. præcipuè. 11. q. 3. per quem tex. dicit gloss. in cap. nemo. 32. quæst. quarta, quòd manifestè siue palàm delinquēs ob id grauiùs peccare dicitur, quoniam pluribus præbet exemplum peccandi: secundum quam sententiam Cicero libro tertio de legibus: Sicq; (inquit) plus exemplo quàm peccato nocent. quem imitatus Ammianus Marcellinus libro. 22. plusq; (ait) exemplis quàm peccandi licentia læderent multos. Atqui delicta quæ sunt in cõmittendo, sunt lógè maioris, euidentiorisq; exempli, quàm quæ in omittendo consistunt, cum et illa oculis hominum, et animis subiaceant, ista animis tantum, nõ etiam oculis. Nam quæ non fiunt, videri non possunt, sed tantum considerari: et vt scribit Inno. noster in ca. extirpanda. §. quia verò et ibi post eum Hostiè. Ioan. Andr. et alij de præben. non facta latent. cap. cum in cunctis. §. 1. extr. de electione. facta autem patent. cap. quanto, de transla. Nihil est quod tam animos commoueat atq; irriter, quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus, vt vtar verbis Horatij in arte poética. quem citat Accurs. in §. fi. Instit. de gradi. cog. Et facit quod not. voluit Bald. in l. data. colum. octaua. versi. super situ, et etiam in colum. 10. versi. 8. modo. et versic. facere probatur. C. qui accusare non possunt.

54. Deinde certum est, ea delicta esse grauiora quæ manu facta q; sunt commissã, quàm quæ animo: cum ista de iure ciuili nulli pœnæ sint obnoxia. l. cogitationis. ff. de pœn. quæ repetitur in decretis canonicis. c. cogitationis. de pœn.

de pœn. dist. 1. cũ simi. Quod ius nostrũ in ea re videtur fuisse secutũ legem Mosaicã, quæ tantũ manum puniebat, non animũ, vt à scriptoribus annotatum est, & à Paulo Burgensi & Matthia relatum super Geñ. c. 3. & Nico. Lyr. Exod. ca. 20. & glo. ordinaria ad Philip. 3. & ex Israëlitis scriptũ reliquit Iosephus legum Mosaicarũ peritissimus. lib. 12. Antiquitatum. At delictum in cõmittendo manu fit, & factò, alterum in omittendo, animo propè semper consistit, vnde fit vt necessariò sit illud hoc grauius.

55. Præterea, virtus quæ est in non faciendo (si tamen virtus appellari meruit) non tam insignis est, quàm quæ in faciendo. Præcepta enim quæ in faciendo sunt, multò plus habent meriti (vt cũ Theologis loquar) si obseruaris, quàm quæ in non faciendo. imò illa semper meritum habent, ista plerũq; non habent. Nam eum mereri qui Deum toto corde et animo colit, qui parentes veneratur, qui proximum vt seipsum diligit, nemo est qui dubitet: nullus autem vt opinor dixerit non occidendo, nõ furando, & alia id genº non faciendo, quẽquam meritum reportaturum, aut cælestia regna assecuturum, nisi etiam benefecerit, vt est tex. diui Hierony. in c. duo sunt. in fi. 12. quæstio. 1. ideoq; Petrus Lombardus libro secundo Sententiarum, distinctione. 24. Declinare (inquit) à malo, semper vitiat pœnam, sed non semper meretur, sed tamen hoc intelligemus, vbi causa subest, quæ id nos facere monet. Vbi autem non interuenit causa nos ad malum impellens, nõ meremur si à malo declinamus.

56. Nec id ignorarunt Ethnici scriptores Aristote. enim lib. 4. Ethicorum ca. 1. Est ipsius (ait) virtutis honesta potius agere, quàm non agere turpia: Seneca prudentissimus virtutis morumq; æstimator, lib. 2. De beneficijs cap. 23. Arcefilaum inquit nihil fecisse laude dignum, quòd furtum non recepit, videlicet à filiofam. oblatum, pecuniam non accepit. Et alibi libr. 7. Declamationũ, cap. 21. Non est beneficium, à scelere abstinere. quam sententiam citat è nostris Bald. in cap. 1. §. dominus. tit. de for. fidel. Apud Philostratum in Apollonio. Iarchas Brachmanarum princeps, libro tertio eandem propè sententiam edidit. Nam cùm Apollonius ipse paulò antè iustitiæ atq; humanitatis opera esse censuisset, non perdere hominum vitam, & mercatorum facultates non dispergere, subridens Iarchas, videris (ait) existimare iustitiæ quandam speciem esse, iniuriam non referre: quod & omnes Græcos existimare video. vt enim ex Aegyptio quodã qui huc accessit, audiui, veniunt ad vos Romani magistratus, nudam erectamq; securim super vos ferentes, etsi nondum nouerint, bonisne an malis vobis imperent. Vos autem, nisi causarum iudicia peruerterint, iustos illos esse prædicatis, perinde ac seruorum caupones ibidem facere accipi, qui ex Caria seruos captiuos adducentes, cùm eorum mores vobis enarrant, inter primas laudes enumerare solent, non eos fugaces. Magistratus igitur, quibus subestis, tali ge-

R nere lau-

nere laudis subornatos esse, quo etiã serui laudantur, admirantes iudicio vestro dimittitis, &c. Sed & libro eiusdẽ scriptoris. 5. Thomacion adolescens iniuste (ait) egisse nihil, nulla est laus. Quam sententiã cum Apollonius excipisset, ex Iarchæ iudicio comprobauit.

57 Idq; est quod iura canonica conclamant: Non sufficit abstinere à malo, nisi fiat quod bonum est ca. de forma. 22. quæstione quinta. & clemen. vltima, de pœn. & glossa in l. iustitia. §. secundo. ff. de iustitia & iur. & in. §. iuris præcepta. Instit. eod. titu. Diuus Hieronymus libro primo contra Iouinianum, capite septimo, in fine, enarrans illud Psalmi. 33. & iterum. 36. rursum q; 1. Petr. cap. 3. Declina (inquit) à malo, & fac bonum. illud (ait) declinamus, hoc sequamur: in altero initium, in altero perfectio est. Et facit tex. in l. in illa stipulatione. ff. de verb. oblig. quam Barto. Ang. Imo. Raph. Cu. & fermè omnes summant, vt nostri loquuntur, ex illa quam diximus sententia, Non sufficit abstinere à malo &c. Et eam quidem sententiam huiusmodi carmine complexus est Prosper Aquitanicus.

Dignus laude quidem vitam sine crimine ducens,

Et quæcunque sibi sint nocitura, cauens.

Sed non hoc pietas contenta est limite claudi.

Nec iustus, vetitis abstinuisse, sat est.

Maior cura boni est, fratrum releuare labores,

Et ferre optatum tristibus auxilium.

Pascere ieiunos, nudos vestire, ligatos

Soluere, discordes conciliare sibi. & cætera, quæ sequuntur.

58 Itaque cum sit plus laudis, præmij, virtutis, consequens est, vt in generibus delictorum, sit quoque longè plus grauitatis, culpæque, atque pœnæ in faciendo, quàm in non faciendo. Nam vt est testis Aristoteles libr. 7. Ethicorum, maiori bono maius malum opponitur. Et vt idem inquit, & vulgò iam dicitur, quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito. pro quo bene facit tex. quem ita summat Barto. in l. vltim. ff. de legat. 3. & l. si ex toto. in princ. & ibi Imo. Raph. Cu. Paulus Castren. Alexan. ff. de lega. 1. & l. si contra tabulas. ff. de vulga. & pupil. substir. & ibi expressim not. Bart. & alij. & l. vltima. C. de senten. pass. & §. si quis agens, versicul. plus autem, Instit. de action. & ibi hoc not. Ioannes Plat. & Iason, & in capit. secundo, de constitu. vbi & hoc not. Cardina. Flor. Imo. Barb. & Philip. Deci. voluit Barto. in l. inter stipulantem. §. sacram, colum. 4. de verbo. obliga. vbi latè examinat. & Bald. nominatim citans Aristote. in l. colum. secunda. C. quan. lice. ab emptio. disce. & consil. 251. sententia quam tulimus, colum. vltim. libro quinto. & Petr. Anch. consil. 14. in hac causa quia Ludouicus, col. vlt. & Franc. Aret. rub. ff. de acqui. pos. col. 2. ver. cõttingit etiam. Estq; nõ ab simile quod dicimus contrariorũ eandẽ disciplinam esse

riam esse, & naturam, & vt dicit Aristot. Problematon lib. 30. capite. 11. scientiam, & vt dicit Bald. in l. ab emptione. per illum tex. ff. de pact. potentia. de quibus bonus est tex. in l. ff. de his qui sui vel alie. iur. sunt. cū infinitis propè alijs iuribus, quæ abundè, vt cætera omnia collegit Nicol. Eueral. in suo eleganti tractatu De locis legalibus, in loco à cõtrarijs, siue oppositis.

59 Et sic ex supradictis superfluent vt vereor, constat delictum commissiõis multò grauius esse, quàm omisiõis. ad quam comprobãdam sententiam non tam multa coniecissem, nisi Iason vir alioquin maximæ auctoritatis, contrariam vt iam diximus, sententiam tenuisset, totisq; viribus tueri conatus fuisset: nam quod ad Barto. spectat, quem supra diximus eandem contrariam sententiam tenuisse, in l. ff. de iur. patro. dum not. ex eo tex. minus esse peccatũ in faciendo, quàm in nõ faciendo: nemo sanæ mentis nõ intelligit hoc plus satis esse manifestũ, scribendũq; maius, vbi min⁹ scribitur: aut certè illa dictio negatiua, quæ in secundo loco apponitur, in primo loco est ponenda. Nam ille tex. apertè probat contrariũ eius, quod Bar. in mendosis codicibus ex eo not. vt videre licet vel cæcutientibus.

60 Sed reliquum est vt ad rationes & argumenta, quæ ad primã partẽ adduximus, tandẽ respondeamus. Igitur quod primo loco dictũ est de iudice, qui cū in cõmittendo delinquit, iudicis arbitrio punitur: cū in omittendo quanti partis læsæ interest certè tantũ abest, vt probet delictũ omisiõis, esse cõmissiõis grauius, vt magis contrarium esse verius ostendat. Pœna enim cõmissiõis, id est detrimentum partis læsæ, cū iam sit à iure statuta, & determinata, ordinaria est. Omisiõis verò pœna, cū iudicis arbitrio relinquatur, extraordinaria est, quæ multò seuerior confectur, atq; grauior, quàm ordinaria: vt not. per glo. Bald. & alios in l. C. vt intra cer. tẽp. crim. quæst. termi. & Pet. Anch. cõs. 268. de iure diuino, col. vlt. idq; merito: pœna enim ordinaria augeri non põt, vt latè diximus supra in præfatione. Vnde iudex qui in omittendo delinquit, tantũ punitur solũ, quãti est detrimentũ partis: pœna autẽ extraordinaria vsq; ad mortẽ, quod longè grauius est, quàm partis detrimentũ, potest extendi, vt voluit glo. reputata sing. in §. in summa, Instit. de iniur. (& dicã latius in fi. huius glo.) Propterea dicit Bald. post. Iac. Bel. in ca. 1. §. iudices, post princ. titu. de pac. iur. firm. quòd si iudex per dolũ malè iudicauerit, punitur ad interesse partis, & vltra, si iudici videbitur. Subiũgitq; quòd si Iac. illud, vltra, intellexit criminaliter, bene dixit quia in eam rem tex. est ibi, & in l. vlt. C. de pœn. iudic. si autẽ ciuilitè intellexit, ita exponendũ est vt teneatur actione iniuriarũ, ar. l. si verò. §. qui pro rei. ff. qui satisd. cog. & facit l. seuerior. C. de excus. tut. Hæc fermè Bal. ex quibus facilè colligitur, iudicem seuerius esse puniendũ, cū delinquit in cõmittendo, quam cū in omittendo: hic enim tantũ punitur, quantum partis interest solũ: ille verò non in id solũ, sed & vltra, vt dictũ est.

R 2 Quam

61. Quam sententiam confirmant Cyn. & Bald. in l. lect. in l. si dominus. §. duorum. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. dum quærunt, an iudici possit auferri iurisdictio propter delictum, aut abusum. Aut (inquit) deliquit iudex in omittendo, & nunquam propter id debet priuari, sed postea suo tempore puniri. §. super hoc, vt in authen. de quæstore, & §. 1. in authen. vt differ. iudic. Aut in committendo, & tunc priuatur, aut non priuatur, secundum distinctionem, quam faciunt, & quam adscribere supersedi, contentus dixisse quod ad rem nostram facit. ideo si quis ultra scire velit, illic legat.
62. Non omitto tamen quod Bar. in l. 2. §. si tamē hominē. ff. de verb. obliga. ad hoc aliter respondet: videlicet, vt id quod diximus delictum in committendo esse grauius, & c. nō habeat locum in iudice, qui æquē delinquit negligendo facere iustitiam, sicut perperā iudicando, per gl. quā dicit sing. in ca. ea q̄ de offic. ordi. q̄ dicit quod in superiore negligētia est peccatū mortale. in quā etiā sententiā adducit quosdā versus Italico sermone cōscriptos. quos Bal. in c. vlti. de elec. tradidit fuisse literis aureis scriptos sub ostio regis Roberti. Hi sunt:
Negligētia par de damno ogie faro domā faro chagia altrui for de guadagno
Multa alia in eam rem adducit, q̄ (vt dicā quod sentio) nō mihi satisfaciūt.
63. Ad secundū, in quo dictum est testimonio Bar. minū vitare ineptam et erroneam expressionem, quā omissionē, dici potest illud non esse verū, vt satis cōstat ex his, quæ supra dicta sunt, præcipuē nu. 25. incip. supradicta cōfirmat. Aut si illum parentem legum ab ea erroris iniuria vindicare velim⁹, dicendum est hoc illius dictum intelligendum esse (vt aliās semper) secundum legem quam ad hoc allegat, ex ipsius illius sententia, in l. non solūm. §. si liberationis. ff. de libe. lega. quam omnes passim sequuntur. Allegat autem ipse Barto. pro illo dicto. l. 1. C. de rei vxor. actio. q̄ loquitur in eo casu, in quo non requiritur aliquid nominatim exprimi, quia tacitē præsumitur imō fingitur interuenisse: quod tamē si re ipsa interueniat, vitiosē tamen, & inutiliter certē minū vitiat, quā si expressum non fuisset: quia vt ibi dicit glo. si, quod est nullum, aliquid tamen facimus, multo magis quod inutile est, facimus vtile. Ad quod & alia iura allegat. Sed aliās semper satius est omnino tacere, quā vitiosē & inepte siue imperfectē dicere, vt dicit glo. in clem. cōstitutionē. in ver. de nouo. de elect. Per quam dicit Philip. Deci. cōsi. 37. in causa rigorosæ accusationis. col. 3. versi. nec obstat prædictæ cōclusioni, quod plus nocet mala & inepta locutio, quā taciturnitas, ex hocq̄ not. cōsuluit, quod si statuto caueatur valere dicta testium non expressa ratione vel causa scientiæ, tamen si inepta causa scientiæ exprimat, certē vitatur dictum testis. dicitq̄ in eam quoq̄ rem facere regulam iuris, Expressa nocent. & ibi late not. & tex. in ca. cū super abbacia, de offi. dele. & quod voluit Bar. in l. edita. col. 3. versi. breuiter quandoq̄. C. de æden. & in l. 1. in princ.

- princ. ff. eo. quod licet non vitietur libellus generalis sine causa, parte nō opponente, l. vlt. C. de anna. excep. vitatur tamen, si inepta causa exprimat. Et quod dicit Innoc. in ca. in præsentia. de renunt. quod licet valeat sententia sine expressione causæ, cap. sicut, de re iudi. si tamen causa inepta & non legitima exprimat, vitatur sententia. quod & idem dicit ipse Innoc. in c. vlt. de procur. vbi illum sequitur Panor. col. 3. versi. nunc descendo.
64. Ad tertium de legibus Platonis, fateor equidem Platonem summū fuisse Philosophum, & summæ prudentiæ & authoritatis virum, vt etiam attestatur Iuriconsultus in l. 2. ff. de nundi. sed hominem fuisse, qui errare potuit. Imō verò re ipsa in pleriq̄ errauit: si eius discipulo Aristoteli, si omnibus fermē credimus. nemo mortalium omnibus horis sapit, vt eleganter atque grauiter scribit Plinius libr. 7. Naturalis Historiæ ca. 15. Et qui sapientes existimati sunt, multa scisse dicuntur, non omnia, vt dicit Iunius Columella in fi. sui operis. Neq̄ ipsi Ciceroni Demosthenes qui omniū oratorum fuisse perfectissimus dicitur, satis perfectus esse videtur: quem dormire interdum, atq̄ etiam Homerum ipsum eloquentiæ parentem dicit Fab. Quintil. lib. 10. c. 1. & iterum libro. 12. ca. quoq̄. 1. Hinc illud Horatij:
Quandoq̄ bonus dormitat Homerus.
Citat glo. in §. quanuis, 32. q. 7. & Specul. tit. de aduoc. §. iam nūc videndū, versi. ex præmissis. Et Crates Thebanus, de quo in ca. Crates. 12. q. 2. dicebat possibile non esse inueniri qui lapsus non sit: veluti in malo punico granū etiam aliquod putidum est. Nemo ergo est (vt concludam) adeo absolutus, consummatus, perfectus, vt non alicubi erret, siue aliquando dissimilis appareat. Et sanē Plato hic lapsus est: eumque non immērito in ea re reprehendit Eusebius Cæsariensis multijugæ eruditionis vir. 13. Euangelicæ Præparationis, cap. item. 13. quod morte non indicantem furtum crudelissimē puniri præcepit; cum eos qui furta ipsa & homicidia commiserint, viuere patiat.
65. Et ita quoq̄ reprehendi potest, vt ad quartum pergamus, Alex. Ales, qui peccatum silentij opinatus est locutionis peccato esse grauius, vt vel lippientibus & cæcis cernere licet, ex his quæ supra dicta sunt. atque etiam ipsius Alex. testimonio: qui alibi semper sensit omissionem, quā commissionē esse multo leuiorem, vt supra ostendimus. Quanquā non negauerim posse esse casum, vel speciem, in qua plus peccet tacens, quā loquens, habita ratione personarum, loci, & temporis, & c.
66. Ad quintum de necante, & alimoniam denegante, dicendum est, illud quod non probare paria omnino esse delicta, & equaliter punienda, necare & alimoniam denegare: sed illud solūm vtrunque esse homicidium, & qui interimit, & qui alimoniam denegat. At constat inter homicidia aliud alio esse grauius, vt est text. in l. 1. §. diuus. & §. vltimo. cum similib. ff. ad leg.

Cornel. de sicar. Ergo si quis alimoniam denegat, ob idque necare dicatur, non propterea sequitur, eum tam grauius peccare, quàm qui reuera occidit. sunt enim & in eodem genere peccati gradus quidam, vt etiam licet videre in simili. Sunt enim plures causæ, propter quas pater potest exheredare filium, & dominus vasallum feudo priuare: & qui donauit, donationem reuocare. quæ quidem causæ quatum ad illum finem pertinet, pares iudicantur: sunt tamen aliæ alijs grauius, vt manifestius est, quàm vt alia probatione indigeat. Sed & quod in nostro casu non sit tam graue delictum denegare alimoniam, quàm necare, ex eo videre licet, quòd illud irregularitatem non inducit, hoc semper inducit, vt scribit Cardin. in clem. 1. in 34. quæstio. de homici.

67 Ad sextum & septimum quoque idem dicendum: Nam etsi auferre videtur qui indigentibus denegat, is tamen grauius peccat qui aufert, quàm qui non dat pauperi, vt est text. expressus in ca. etsi illi. 12. q. 2. vbi & hoc not. glo. & etiam glo. in ca. sicut hi. 47. dist. fateor tamen quod forsitan plus posset peccare diues qui pauperi in extrema necessitate famis constituto elemosinam negat: quàm pauper qui diuiti quicquam furto rapuerit. & ita certè hoc asserit Archid. post Hugo. in d. c. sicut hi. 47. dist. sed omnibus paribus id non procederet, vt illi affirmant, & satis dictum est. Similiter plus peccat qui re alterius furatus est, quàm qui eius rei restitutionem frustratur: vt est text. in l. merito. ff. de vi & vi arma. & tenuit Petr. Anch. in repe. ca. peccatum in 5. op. po. de reg. iur. lib. 6. & post eum Ias. in l. nemo. col. 2. ff. de verb. oblig.

68 Ad septimum de marito interficiente vxorem vel eam ægrotantem continente, siue illi alimenta non ministrante, satis responsum est ex his, quæ dicta sunt in duobus præcedentibus versu. quæ non est necesse repetere.

69 Sicuti quoque satis ex his responsum est ad octauum, de eo qui patitur quod prohibere potest. Quauis enim iuris interpretatione videatur facere, non id tamen verè facit, nec tam grauius peccat. vt patet ex text. in cap. sicut dignum, de homici. vbi non tanta pœna debet puniri, qui homicidium cum prohibere potest, non prohibet, quàm qui illud ipsum commisit. Et ita dicit per illum tex. Ioan. Fab. in l. raptores. C. de episco. & cler. Et aliàs semper non æquè delinquit consentiens eo consensu, quem negligentiam vocamus ac ipse faciens, vt not. latè per glo. & doct. in ca. 1. de offic. delegat. & diximus supra nu. 51. incip. eiusdem notæ.

70 Imò verò negligens siue non prohibens delictum perpetrari regulariter non punitur nisi aliàs sit conscius & particeps sceleris: vt dicit Barto. nominatim loquens in homicidio. in l. 1. §. sed in eo. per illum tex. ff. de SC. Silla. & Bal. in l. 1. col. 5. versic. octauo quæritur. C. vnde vi. & Rom. consi. 117. ex præmissa statuti particula. post princ. Et ante illos Gul. Cu. in l. vltim. C. de his quib. vt indig. motus quoque ex not. in d. §. sed in eo. quoniam ibi speciale est

le est in seruo, vt teneatur iuuare dominum. ergo in contrarium est ius commune. Item & hac ratione, quòd vt alium iuueni, possum pecuniam accipere. l. metum. §. sed licet. ff. quod met. cau. & l. si potest. §. vlti. ff. de donat. quod vtique facere non possem si aliàs iuuare tenerer. l. pe. & vlt. ff. de condic. ob caus. Denique de hoc est glossa in l. culpa caret. ff. de regulis iur. vbi & ad hoc latè per Philip. Dec. & per Dy. in regula, non est sine culpa. & per doc. in capit. 1. de offic. deleg. & in capit. quantæ. de sententia excom. & recentiores in l. vt vim. ff. de iusti. & iur. Quauis legibus Platonicis grauius quidem punitur, qui cum prohibere potest ne alter alterum pulset aut interimat, non prohibet, cum pluribus in locis, tum maximè ad fin. lib. de Legibus.

71 Ad nonum de supprime verum, illud item dici potest quod in 5. & seq. dictum est, vt videlicet quauis falsum committere videatur, & de falso puniatur, qui verum suppressit, vt qui falsum deposuit: non tamen inde sequitur vt æqualiter peccet & puniatur. Sicut enim in falso, vt in cæteris delictis, gradus atrocitatis sunt, aliudque alio grauius est et leuius. Nec omne falsum punitur, vt falsum, sed tantum illud falsum, quod lex Cornelia de falsis, vel alia ponit sub titulo falsi criminis. l. quid si falsum. ff. ad leg. Cornel. de fals. vt per illum tex. voluit Bal. in l. data, col. 6. versu. & nota quòd quandoque. C. qui accu. non poss.

72 Et in hac specie exploratum est plus esse mentiri, quàm verum tacere, vt nominatim scribit Inno. in c. si proponente. de rescript. arg. c. postulasti. eod. tit. & Angel. in l. qui interrogatus, in prin. ff. de peti. hære. & Francis. Are. in l. si quis extraneus, in principio. ff. de acquir. hæredit. Et hoc etiam apertè comprobatur ex his quæ diximus supra, nu. incip. consimile est, cum multis seq. Propterea diuus August. lib. Contra mendacium. Non est (ait) hoc occultare veritatem, quod proferre mendacium. & è Theologorum sententia, tacere veritatem, non semper est peccatum, quinimo interdum licet: nunquam tamen licet falsum dicere. vt per diuum Thom. 2. 2. q. 69. art. 2.

73 Ad decimum, vndecimum, & duodecimum de eo qui non facit quod debet & de medico qui omittit dare medicinas propitias, & de eo quoque qui iussa non facit, in promptu responsio est ex illis ipsis quæ dicta sunt d. versu. 5. & seq. & idem quoque dici potest de 14. & 15.

74 Ad vltimum verò, quòd Bar. & Iaso. adduximus illius sententiæ assertores, non necesse est respondere, cum constet Bart. si illud ita scripserit, & Iaso. in hac re lapsos esse: quauis Bart. non id mihi scripsisse videtur, vt satis ostendi supra nu. incip. & sic ex supradictis. Sed vereor ne in re tam aperta longius euagati simus. Illud tantum dixerimus, futuros fortasse plurimos, quibus hoc primum & quadregesimum caput non conuenire huic loco videbitur: in quo de causis minuendæ pœnæ à iure aut consuetudine

statutæ differimus, non etiam de criminum peccatorumque discrimine. Quibus illud statim respondebo, posse & hoc caput multis casibus, quos sciens prudensque prætereo, ne sim longior, instituto negotio congruere, si rectè animaduernerimus. Sed quocunque se res modo habeat non hoc duxi silentio prætereundum. Sed ad alia pergamus.

Causa quadragesima quinta.

S V M M A E.

x Iudex num dispensare possit cum eo, qui pœnam non capitalem à iure vel consuetudine statutam verisimiliter meritus est. & nu. 2.



VADRAGESIMO QUINTO, cum propter pœnam non capitalem à iure, vel consuetudine statutam, & determinatam, delinquens ipse verisimiliter moreretur, si ea pœna puniretur, iudex potest cum eo dispensare, & mitiorem pœnam imponere ne moriatur, per id quod eleganter voluit Bald. in l. quicumq. col. 4. versi. quarto casu. C. de ser. fugi. quòd si statutum sanciat puniendum manus amputatione qui aliquid fecerit, & is qui tale huius-

modi commisit, sit ita iuuenis, senex vel debilis, vt moreretur si ei manus amputaretur, potest iudex si velit, illi mitiorem pœnam infligere, non tamen cogitur: nec propterea potest appellari: arg. l. qui posthumus, in fi. in ratione. ff. de Senatuscon. Silla.

b Quod dictum sequitur Alex. ibi, in addi. ipsius. & etiam in l. 1. C. si aduer. delic. in addi. ad ipsum Bal. & Angel. Arc. in tracta. malefi. in verbo, quas si non voluerit infra decem dies, col. 3. versi. & aduertat quod in. & Gaspard. Valass. in repe. l. imperium, col. 49. versic. & est notandum quòd quando tortura. ff. de iurisd. omni. iudi. vbi hoc dictum sing. dicit.

Causa quadragesima sexta.

S V M M A E.

x Scandalum facit, vt aut remittatur pœna vel certè minuatur. Limit. nu. 4.

2 Punitur interdum quis propter scandalum, aliàs non puniendus.

3 Propter scandalum multa fiunt contra ius commune.

QVADRA-



VADRAGESIMO SEXTO, propter scandalum minuitur, aut omnino remittitur pœna delinquenti, putà cum interuenit clamor, aut tumultus popularis. tex. in l. qui cede. ff. ad leg. Corne. de sica. & ita dicit per illū tex. glo. in c. si ergo. in verbo, clamoribus. 8. q. 1. & est etiam tex. in c. vnusquisque. & ibi glos. 22. q. 4. & in hanc sententiam dicit glo. in c. si quis ordinatus. in glo. vlt. 92. diit. quòd aliàs excōmunicandus excommunicari non debet, si scā-

dalū timeatur. glo. not. in c. lator. in verb. reddere. 2. q. 7. quod propter scandalum receditur à pœna. l. si quis in tantam. C. vnde vi. Et Inno. in c. 1. de cler. coniug. quòd propter scandalum toleratur clericus priuandus. Et diuus Thomas. 2. 2. q. 8. art. 1. in fi. quòd princeps non punitur, vbi timet de scandalo. allegat gl. super illud Matthæi 13. Sinite crescere vrticas, ne fortè eradice tis & triticum. vbi ex hoc dicit, quòd princeps propter scandalum non punitur, nisi fortè peccatum illius maius esset, quàm scandalum. Et faciunt ad hoc quæ dicam infra cap. seq. versi. intellige sextò.

2 Sed non hoc mirum videri debet, quoniam propter scandalum interdū punitur non aliàs puniendus, vt dicit Bald. in l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. per tex. in l. qui cædit. ff. de sica. Sed certè non id verum est, quia vt dicunt Dy. & Barto. in d. l. qui cædem. nunquam occiditur, qui non delinquit, propter tumultum popularem, per text. in l. decurionū. C. de pœn. vbi glo. ex hoc infert Pilatum malè Christum condemnasse, bene autem pœna acceleratur, vt est tex. in d. l. qui cædem. secundum eos, & ita etiam intellexit Roma. sing. 573. licèt iudex.

3 Sed aliàs propter scandalum multa fiunt contra ius commune. de quibus latè per Ro. in repe. l. si vero. §. de virò. in 7. fal. ff. sol. matri. & Barb. con. 11. scripsit bellissimè, col. 8. versi. & ad hoc accedat, lib. 1. & con. 20. illud afferam in medium. col. 13. versic. & sic oriretur. eod. lib. 2. & latissimè per Feli. in cap. 2. de præscript. & Philip. Dec. consi. 151. diuino implorato præsidio, maximi ponderis est. col. 3.

4 Sed tamen illud animaduerte, quòd contra illud quod suprà diximus propter scandalum pœnam remitti, videtur esse text. apertus in d. l. decurionum. in illis verbis, obnoxium crimine absolui. cui difficilimum est respondere, nisi dixeris illum text. loqui de vocibus populi citra scandalum. Sed certè illum text. omnes intelligunt in scandalo, ad idque allegant, vt propter scandalum populi non sit innocens puniendus. sed an rectè intelligant, alij viderint.

Causa

S V M M A E.

- 1 Multitudo vbi deliquit, mitius de pœna statuendum. Et quomodo id accipiendum nume-
7. 10. 13. & 14.
- 2 Multitudo quando punitur pœna corporalis in pecuniariam commutatur.
- 3 Multitudo facit, vt opem, auxilium, consiliū vnde præstantes, non eadem pœna punian-
tur ac principalis.
- 4 Romanorum decretum, quando peccabat multitudo, atque etiam in disciplina militari.
- 5 Venia opus, vbi totus exercitus defœuit
- 6 Platonis consiliū, vbi contingit plures ex ciuitate, priuato consilio, sineq; communi au-
thoritate, aut pacem inire, aut bellum mouere.
- 8 Multitudo vbi deliquit, quomodo in pœnis procedendum.
- 9 Athenienses Mitylenensium authores tantum, qui à se defecerant, morte mulctant: ce-
teris parcunt.
- 11 Multitudo delinquentium excusatnr à pœna temporali, non autem à crimine.
- 12 Multitudo peccantium, errori non patrocinator, Hieronymo.
- 15 Multitudo peccantium nihil facit ad minutionem pœnæ, in religiosis personis.



QUADRAGESIMO SEPTIMO, cum multitudo deliquit, mitius quoq; agendū est. Nam cum non huius aut illius periculum, sed multorum strages iacet, detrahendum est aliquid seueritati, vt scribitur in c. vt constitueretur. in fi. 50. d. c. ordinationes. in fi. & c. ipsa pietas. ante fi. & c. nō potest. & ibi gl. & c. quisq; 23. 4. et bene facit c. deniq; & ibi glo. 4. d. & c. comestationes. 44. d. vlt. vbi magis monēdo, quàm minando, agendum cum multitudine

peccantium, seueritas autem exercenda in peccata paucorum. & c. quotiēs à populis. 1. q. 7. & c. sanè. de tempor. ordi. vbi citat eum vulgarem versum:

Ob populum multum crimen pertransit inultum.

Et tex. in c. vlt. de transac. & c. latores. & ibi glo. de cleri. exc. vel depo. mi. et ita etiam voluit glo. iuris ciuilis in l. aut facta. §. vlt. ff. de pœn. per tex. in l. pe. ff. de sica. quæ tamen nihil facit. & Angel. in illa ipsa l. pe. et in l. is qui opem. ff. de ser. fug. cum infinitis similibus.

- 2 Propterea dicit Inno. in c. dilectus, huius initij 2. ad fi. de simo. & clariùs in c. grauem. circa medium. de senten. excom. quòd pœna corporalis, cum multitudo punitur, in pecuniariam commutanda est. de quo latè per Bart. in d. l. aut facta. §. vlt. ff. de pœn. & per Lucam Pen. in l. siue. col. 3. vers. alij dicūt, & multis seq. C. de exac. & exec. li. 12. & Panor. in d. c. dilectus. de simo.
- 3 Ex hoc quoque Imo. in c. 1. col. 4. ver. his autem. de offic. deleg. per text. in d. c. la-

d. c. latores, limitat id quod dicitur, præstantem opem, vel auxilium æquè puniendum, ac principalem, vt procedat, nisi esset magna multitudo opem præstātium; quem videtur sequi, cum illum allegat. Augu. Ari. in addi. Angel. Are. in tractatu malefi. in verbo, dicto maleficio semper astitit. col. 2. & sequitur etiam pro no. Hippo. Marfi. in l. si in rixa. col. 8. versic. vlt. et ad de ff. de sica. Angel. in l. is qui opem. ff. de fur.

- 4 His autem conuenit, quod scribit parens linguæ latinæ Tullius in ea oratione, quæ à nostro Iurifconsulto citatur in l. Cicero. ff. de pœn. videlicet pro Aulo Cluentio habita: Statuerunt (inquit) maiores nostri, vt si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduertetur: vt metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret. Id quod cō probat quod scribit Lilius 1. Deca. lib. 2. Appius (inquit) Claudius Consul, Ceteriones. Duplicariosque qui reliquerāt ordines, virgis cæfos, securi percussit. Cætera multitudo sorte decimus quisque ad supplicium lecti. De quo etiā Dionysius Halicarnassæus lib. 9. & Iulius Frōtinus lib. 4. stratagematon, c. 1. & eandem quoque decimationem fecit. M. Crassus apud Appianum, li. 1. bellorum ciuiliū, & Plutarchū in vita ipsius Crassi, vbi tradit hunc morem Romanorum peruetustum fuisse, qui minorem damno ignominiam continet, plurimumque aspicientibus horrorem iniicit. Et Iulius Cæsar nō semel apud eundem Appianum lib. 2. eiusdem operis, & Augustus apud illū ipsum in Illyrico, & Antonius apud eundem in Partico, & Plutarchū in vita ipsius Antonij, & Frontinū quo loco supra citauimus, vbi alios quoque memorat qui idem fecerunt. L. Appianus apud Cornelium Tacitum lib. 3. At Scipio ex principibus factionis, qui in obsidione vrhis, cui Loces nomen erat, parere illi recusarent, cum eos in medium sortitus esset, tres duntaxat mali authores supplicio affecit, vt tradit Appianus in Lybico.
- 5 Stoicorum Romanorum princeps Anneus Seneca, lib. 2. De ira, In singulos (inquit) seueritas imperatoris distinguitur: At necessaria venia est, vbi totus defœuit exercitus. Plutarchus in Scipione Aphricano scribit, quod Scipione ipso ægrotante, cum esset orta inter milites magna seditio, rem ipsam Scipio ad consiliū retulit, cuius maior pars in eos à quibus initium tumultus ortum erat, animaduertendum, & reliquis ignoscendū censuit. Sic enim fieri posse, vt pœna ad paucos, exemplū ad multos perueniret. Idē in Crasso author est, Crassum ipsum dum bellum aduersus Spartacū gereret, ex his qui fugam ceperant, quingentos fugæ authores in quinquaginta decurias fuisse se partitum: inde ex earum qualibet vnum sorte delegisse, quem in totius exercitus oculis vltimo affecit supplicio: peruetustū sanè (vt ille subdit) Romanorum puniendi morem reuocans. Apud Aegesippū lib. 5. cap. quinto, Titus Imperator dicit animaduersionem in singulos vsque ad factum promoueri debere: in multitudinem verbotenus: nā vsque ad pœnā istam, vsque

vsque ad correptionem. Quod & idem retulit Iosephus lib. 6. de bello Iudaico c. 4. inquit: Namque vnus hominis animaduersionem vsque ad factum promouendam putabat: multitudinis verò vsque ad veniam. Idem Aegissippus eo. lib. 5. c. 25. Impediuit hoc (ait) vindictæ seueritatem, quia innumeri reperti sunt tanto furori obnoxij. ideoque Titus qui vallare circumfuso exercitu Syros & Arabes proposuerat. contemplatione multitudinis reuocauit sententiam. cuius etiam rei meminit Iosephus li. quem supra citauimus. c. 18. Sed & Vegetius de re militari idem tradit.

6 Plato ille Philosophiæ & legum peritissimus, à quo maxima pars legum Græcarum manauit, vnde & Romanæ ex maxima etiam parte deriuarunt, si Liuius lib. 3. & Pomponius noster in l. 2. ff. de orig. iur. verum scripserunt, Plato (inquam) lib. vlt. de Legibus, Si plures (ait) ex ciuitate, proprio consilio, sine authoritate cõmuni pacem iniuerint, aut bellum mouerint, huius rei authores tantum in morte puniri iussit, nulla aliorum mentione facta, tanquam impunè id sint laturi.

7 Id tamen multifariam intelligendum est. Primùm videlicet vt procedat, nisi ipsa multitudo vellet delictum, quasi ex authoritate defendere: quo casu non esset ipsi multitudini quoquo modo parcendum: cap. 1. ante fin. & ibi glo. in verbo, recidenda, de pœn. dist. 6. & etiam voluit gl. in d. c. quoties. Et vt alibi scribitur, seuerius plectendus est, qui sua nititur crimina authoritate defendere c. plurimos. & c. quia aliquanti. 82. dist. & c. prædicator. 16. q. 1. & c. inter dilectos. de excels. præla. vbi dicit ita voluisse Inno. in cap. nisi cum pridem. col. pe. in glo. distinguendi. de renunt.

8 Intellige secundò, vt sit seueritas detrahenda à multitudine delinquentium, non autem à præcipuis, primisque facinoris authoribus, qui debent puniri pro suo ipsorum delicto, & aliorum, vt cæteri metu deterreantur l. quoniam. C. ad leg. Iul. de vi pub. & in d. l. siue versu. prioribus eius militiæ. C. de exac. & excu. lib. 12. & ibi no. Lucas Pen. col. 2. in fin. ver. & no. ex hac lege. vbi latè prosequitur, & cõprobat (ibi vide alios) & d. l. latores. de cler. excõ. mini. vbi & hoc no. Panor. in 3. not. & ita voluit per illum tex. Inno. in d. c. sanè. de tempor. ordi. & Panor. in c. clericos. per text. ibi. de cohab. cler. & muli. & Bal. in sua Margarita, in verbo, multitudo. & consil. 367. venerabilis in Christo pater. col. 2. lib. 3.

9 Apud Thucydidem libro belli Peloponnesiaci. 3. Cùm Mitylenei aliquando ab Atheniensibus defecissent, præcipuos defectionis authores tantum Athenienses morte mulctarunt: in cæteros nihil est animaduersum. Arrianus item lib. 7. de gestis Alexandri, scriptum reliquit, quod cùm Macedones aliquando seditionem fecissent sese militiæ sacramento absolui petentes, Alexander seditionis tantum authores numero tredecim, alijs impunitis, interfici iussit. quod & Curtius lib. 9. memoriæ prodidit. Liuius quoque

4. decad.

4. decad. lib. 3. scribit M. Acilium prætorem oppressa coniuratione seruorum quæ infestam Hetruriam fecerat, principes coniurationis crucibus affixisse, alios dominis restituisse. Et iterum eiusdè deca. lib. 8. recenset, quod cùm militum magna multitudo authoribus Albio Galeno, & atrio Vmbro seditionem fecissent. eos Scipio longa & eleganti oratione coërcuit, quam his verbis tandem conclusit: itaque quod ad vos vniuersos attinet, si erroris poenitet, satis superque poenarum habeo. Albius Galenus & Atrius Vmber, & cæteri nefariæ seditionis authores sanguine luent, quod admiserunt: vobis supplicij eorum spectaculum, non modò non acerbum, sed lætum etiam, si sana mens redijt, debet esse. Et id quoque videre est ex alijs quæ scripsimus supra, num. 4.

10 Intellige tertio procedere in his casibus, in quibus habet locum dispensationis remedium: alioquin si locum habere non possit, non est aliquid à seueritate canonica detrahendum, propter multitudinem: vt puta in matrimonio, secundum tex. in c. ex parte. de transac. & ita per illum tex. dicit glo. in d. c. comestationes. 44. d. & sequitur Feli. in c. dilectè in Christo. col. 5. verfic. quod autem de excommunicatione. de excep.

11 Intellige quartò eo modo, quo supra de cõsuetudine iniqua diximus capite 42. vt videlicet multitudo delinquentium excusetur à pœna temporali, non tamen à crimine, & pœna diuini iudicij, vt scribit vir iuris diuini, & canonici peritissimus Anto. Flor. in 2. parte. 3. partis principalis, tit. 30. cap. 1. Pro quo tex. est elegans in c. multi. in fi. 2. q. 2. cum dicitur, Nec gaudeant, quia plures inueniant sibi similes. Nam propterea nõ minus ardebunt, quia cum multis ardebunt. & d. c. flagitia, in illis verbis, Quæ si gentes omnes facerent, eodem criminis reatu tenerentur. idque not. glo. quod ratione multitudinis non excusetur quis à culpa.

12 Hinc illud Hieronymi ad Ausinum, Peccantium multitudo non parit errori patrocinium. Et ad Oceanum, sic vnum tuere, vt plures accusare videaris: & quem ratione non possis, societate peccantium defendas. Et alibi scribens in quendam iuuenem qui virginè corruerat: Nec tibi (ait) de multitudine peccantium blandiaris, & dicas, Hoc solus non egi, multos habeo socios. Sed recogita quod multitudo sociorum impunitatè non facit criminum: & in Sodoma & Gomorra & in totis quinque ciuitatibus innumera-biles vtique habitabant. Sed ecce omnes pariter qui libidinosè corpora sua tractauerunt, in bribus igneis conflagrati sunt. Solus autem Loth de illo incuitabili incendio effugit, quia ab illa turpitudine se præstiterat alienum.

13 Intellige quinto hoc non procedere in maximis grauissimisque delictis, vt voluit Domi. in c. denique. d. 4. per c. flagitia. 32. q. 7. & latè Lucas Pen. in d. l. siue. C. de exac. & excu. lib. 12. & Feli. in d. c. dilectè in Christo. col. 5. versu. quod autè. de excep. & in c. dilectus. huius initij. 2. col. 1. de simo. vbi & idem

S videtur

videtur voluisse Panormit. post Barto. in l. aut facta. §. vlti. ff. de pœn. Et ad hoc referri potest, quod ex sententia Hieronymi dictum est, in præcedenti capite, de Sodoma & Gomorra: illic enim erat grauissimum & nefandissimum peccatum, de quo etiam loquitur dict. cap. flagitia. Huc quoque quadrat, quod Exodi. 32. Moyses propter peccatum idololatriæ occidi præcepit. 22. millia hominum. Quod vir ille iustissimus nunquam præcepisset, nisi iustum fuisset peccantem multitudinem humano iudicio condemnari.

14. Intellige sextò, vt aliqui contendunt, secundùm caput præcedens, vt videlicet tunc multitudo mitius puniatur cum timetur scandalum, non aliàs, vt voluit glo. in d. c. comessationes. & in d. c. quotiens. & in d. c. in verbo recedenda, de pœn. d. 6. & in d. c. latores. & ibi Panor. Sed certè ego in casum sententia, vel citra periculum scandali, vt cum multitudine sit clementius agendum, ea ratione motus, quòd iura de ea re loquentia, magis causantur quòd in punitione multitudinis strages multorum iaceat, quàm quòd scandali periculum timeatur, vt omnibus videre licet. In qua planè sententia est & glo. in c. denique sacerdotes. 4. dist. in verbo, venia. dum ab altero alterum distinguens, dicit ignoscendum esse propter multitudinem, vel scàdalum. Sustinenda enim esse crimina ratione scandali & ratione multitudinis. & pro vtroque iura separatim aduocat.

15. Intellige septimò vt hoc nō procedat, cum multitudo religiosorum deliquit, faciendo contra votum aut obseruantiam monachalem, vt no. voluerunt Ven. Gof. & Hosti. in cap. ea quæ, per illum text. in verbo, in parcendo. de sta. mo. Feli. & sequitur Archi. in dict. cap. vt constitueretur. 50. dist. dicens huius esse rationem, quia ex quo veniunt contra obseruantiam religionis, non potest superior contra illam dispensare. cap. cum ad monasterium. in fi. de stat. mona. sequitur quoque Domi. in dict. capit. comessationes. in fin. & Feli. in dict. capi. dilectè in Christo. de excep. & in dict. capit. dilectus. huius initij 2. colum. 1. versicul. 3. de simo. vbi hoc dicit singul. Sed certè ista limitatio secundùm rationem Archid. dependet ex 4. limitatione suprâ.

Causa quadragesima octaua.

S V M M A E.

- 1 Pœna minuenda, cum eius qui deliquit, conditione considerata, alij ad meliorem frugem trahantur.
- 2 Pœna scelerum non modò delinquentem ipsum respicit, sed & ceteros omnes.

Q V A.



VADRAGESIMO OCTAVO, cum eius, qui deliquit, considerata conditione, alij ad frugem melioris vitæ facilius traherentur, si pœna minuatur, est ob id certè minuenda, arg. capit. vlti. de his qui fil. sunt legi. & cap. vlti. de diuor. & cap. conuenientibus. 1. quæst. 7. (vide ea loca) & ita per illa iura suprâ allegata, voluit Lucas Pen. in l. 1. col. 13. versic. igitur iudex. C. desert. lib. 12. & in l. si apparitor. col. 9. versic. magis illud. C. decohor. lib. 12.

2 Et ad hoc certè facit, quòd pœna scelerum non modò ipsum delinquentem respicit, sed & ceteros omnes: vt illi videlicet à criminibus formidine pœnæ deterreantur, vt latius dicam infrâ: imò verò causa quæ ceteros respicit, eo magis videtur consideranda, quàm quæ delinquentem solùm cõcernit, quo latius patet. ergo si impunitas aut pœnæ diminutio alijs est profutura, quàm pœna, consequens est, vt potius eo casu impunitum crimen relinqui debeat, aut certè pœna minui, quàm omnino delinquentem puniri.

Causa quadragesima nona.

S V M M A E.

- 1 Pœna aut remittitur, aut certè minuitur propter delinquentis, aut etiam maiorum & proximorum ipsius merita, beneficiaque in Rempubl. collata. Et quomodo id sit accipiendum; nu. 13. & 47.
- 2 Leges, pœna afficiendos esse delinquentes, non præmij, quomodo sint accipiendæ.
- 3 Deprecatio, quid. Et quando ei sit locus nu. 11.
- 4 Marcus Aquilius à Romanis iudicio soluitur, quòd cum fugitiuis fugitiuus bellum fortiter gesserit, multis aliò qui criminibus testimonijsque conuictus.
- 5 Marcus Horatius populi Romani iudicio absoluitur, virtutis admiratione potius, quàm iure cause.
- 6 Virtutis admiratio facit, vt delicta aut remittantur, aut certè minuantur.
- 7 Darius Sandocem ad crucem adigit.
- 8 Ionathas populi precibus liberatur à morte.
- 9 Statutorum prouisiones generales recipiunt tacitas exceptiones, ob casus emergentes.
- 10 Merita maiorum, ad posteriores transeunt.
- 12 Apicius cum in vincula ducitur, maiorum merita in Rempub. commemorat.
- 14 Manlius Capitolinus ob affectatum regnum è saxo Tarpeio præcipitatur, etiam post multa in Rempub. merita.
- 15 Tyrannidis affectatores morte multarunt Romani.
- 16 Leges etiam transgredi licitum ob sceleris grauitatem & atrocitatem & nu. 20. 26.
- 17 Pœna crescere debet ob facinoris immanitatem.
- 18 L. diuus. ff. de falsi. vt sit accipienda.

S 2 Leges



- 19 *Leges transgredi, an liceat superiore inconsulto.*
- 21 *Appellationem tollit sceleris magnitudo. Limi. nu. 22. & de crimine læsæ maiest.*
- 23 *Sceleris atrocitas facit, vt prohibiti accusare, accusent.*
- 24 *Crimen proprium consistentem neminem esse super aliena conscientia scrutandum. Fallit propter sceleris immanitatem.*
- 25 *Testem aliàs non idoneum, admitti propter sceleris acerbitem, vt sit accipiendum.*
- 27 *Tortura potest etiam adhiberi diebus paschalibus, propter criminis immanitatem.*
- 28 *Clericus punitur à iudice seculari, propter sceleris grauitatem.*
- 29 *Sententia mandatur executioni ob criminis atrocitatem, intra tempus decem dierum concessum ad appellandum.*
- 30 *Aduocatis denegatur accusatio in grauibus delictis.*
- 31 *Sententia criminalis in grauibus delictis executioni mandatur diebus etiam feriatis.*
- 32 *Delicti enormitas facit, vt liceat alteri alterum è medio tollere.*
- 33 *Delicti grauitas facit, vt priuato liceat sine mandato iudicis aliquem capere.*
- 34 *Accusator non probans, in grauibus delictis non dicitur calumniari.*
- 35 *Infamatus ob sceleris grauitatē à beneficio suspendi potest, quoad se canonicè purgauerit.*
- 36 *Clericus degradatur, & curiæ seculari traditur in enormibus delictis & nu. 37.*
- 38 *Ecclesia plures poenas imponit vni delicto, quando delicti grauitas adest.*
- 39 *Animal etiam brutum puniri ob sceleris immanitatem.*
- 40 *Furiosus quando immane est scelus, capite punitur, ex crimine ante furorem commisso.*
- 41 *Actori quandoque defertur iuramentum propter summam sceleris immanitatem.*
- 42 *Corpus suspensi traditur feris deuorandum in delictis immanibus.*
- 43 *Crimen morte delinquentis, non tollitur in enormibus.*
- 44 *Sceleris immanitas facit, vt quis aliquando ad bestias condemnetur.*
- 45 *Infantes & furiosi & alij non culpabiles pro aliorum delictis puniuntur, propter criminis atrocitatem.*
- 46 *Nobiles etiam suspenduntur, ob criminis immanitatem.*



QUADRAGESIMONONO, propter delinquentis aut etiam maiorum aut proximo rum ipsius merita beneficiaque in Remp. collata, ei parcitur: vt de primo scilicet ipsius delinquentis meritis ac beneficijs, est tex. not. in l. 2. §. postea cum Appius. ff. de orig. iur. vbi cum Flauius scriba librum legum Appio surripuisset, eumq; populo tradidisset, nō solūm nō punitus fuit quod surripuerat, sed & præmiū ob id quod populo Ro. tradiderat, consequutus est. Et ibi gloss. notat aliquem ex dolo præmium consequi. Et text. quoque æquè celebris in l. non omnes. §. vlt. ff. de remilit. vbi scribitur ei esse parcendum, qui transfugit, & postea multos latrones deprehendit, transfugasque demonstrauit. & illos tex. vt notab. citat Ro. consi. 310. in casu propositæ consultationis. col. 4. versiculo cæterūm videmus & seq. & per d. §. postea, dicit quod vbi ex delicto alicuius quicquam vtile Reipub. obuenerit, non solūm

poena

- poena remitti, sed & ipse delinquens remunerari potest, licet aliàs delinquentes egestate debeant laborare. l. bona fides. ff. de positi.
- 2 Alibi autē idem Ro. in repe. l. si verò. §. de viro. in 48. fal. ff. sol. matri. per illos ipsos text. limitat leges generaliter dicētes, poenis afficiēdos esse delinquentes, nō præmijs, vt videlicet nō extēdatur ad casum, quo quid vtile pro Rep. egerint: quia tunc in remunerationē poterit superior eis dare impunitatem, eosq; multis donare præmijs. Et ita etiā illos tex. pōderat Barb. cō. u. illud afferā. col. 4. ver. vbi quis remuneratur. lib. 2. & cōsi. 26. sapiēter scripsit. col. pe. eo. lib. 2. Et postremum quoq; ad hoc notat Raph. Fulgo. con. 124. præsuppositis statutis. col. vlt. vbi & in id allegat tex. in l. quinque summates. C. de Decur. lib. 10. qui tamen nihil mihi videtur facere. illum quoque tex. in d. l. non omnes. ad hoc annotant ipse Roma. sing. 538. nullus nisi princeps, atque ex eo pulchrum casum decedit, & Alex. consi. 19. circa primum, ad fin. lib. 7. vbi & ad hoc allegat l. si quis in graui. §. is quoque. ff. de S. C. Syllan. Annotat quoq; & illū tex. in d. l. nō omnes. Soci. aut quisquis est, in tractatu fallētiarum, in reg. 229. cuius est prin. lex generaliter loquens, ver. fallit ratione beneficij. Sed tu præter illos tex. ad alios id quoque (si non oscitanter inspiciantur) probantes scilicet in l. 1. ad fi. ibi, ob merita indulgit. ff. de consti. princ. et similem in §. sed & quod principi. ver. planè ex ijs, Insti. de iur. nat. vbi gl. in verbo, ob meritum, Ioan. Plat. & Angel. Are. ita eum tex. intelligunt.
 - 3 In quam sententiam locus est apud Oratores, quam Deprecationem vocant, de qua Tullius lib. veteris Rhetoricæ. 2. Deprecatio est (inquit) in qua nō defensio facti sed ignoscendi postulatio continetur. Et paulò infra, huius rei exemplum subiicit, vt si pro aliquo claro aut forti viro, cuius in Rēp. multa sint beneficia, dicere possis, &c. Et ipsemet Tullius & alij, quos tibi citabo inferiūs, nu. 11. incipi. cuius rei quoque. & rursus in §. 1. causa. nu. 24. incip. huc quoque. Et hoc quidem genere deprecationis utitur ipse Tullius in oratione pro Annio Milone in ipso propè exordio, deprecans vt Clodij interitus Miloni propter multa illius præclara in Rēp. merita condonetur.
 - 4 Idem in oratione pro Lucio Flacco refert Marcum Aquilium multis avaritiæ criminibus testimonijsque conuictum, quia cum fugitiuis tum fugitiuis fortiter bellum gesserit, à Romanis iudicio liberatum. Cuius etiam rei meminit idem Tullius in 7. eademque vltima aetione in C. Verrem, statim post prin. & in li. 2. de Oratore. Et eius autoritate Florus in Epitome Liuij libr. 70. in prin. Addit autem Cicero in ea ratione pro Flacco, se consulem, C. Pisonem defendisse, qui quia consul fortis cōstanque fuerat, incolumis est reip. reseruatus. refertque alios ob id ipsum quoque absolutos. & paulò post, Semper (ait) graues & sapientes iudices in rebus iudicādis, quid vtilitas ciuitatis, quid cōmunis salus, quid Reipub. tempora poscerent, cogitauerūt.
 - 5 Ipse autem Liuius 1. Decad. li. 1. tradidit. M. Horatium, qui paulò antè imperium

S 3

perium Po. Ro. aduersus virtute peperisset sua vt qui tergeminos Curiatios interemerat, sororemq; suam dū rediret à victoria obuiam sibi factam mortem vnus ex Curiatijs, cui desponsata fuerat, flentem, gladio trāsuerberauit (siue transegit) à Pop. Ro. absolutū fuisse, magis admiratione virtutis, quàm iure causæ: vt tamen cædes manifesta aliquo piaculo lueretur, imperatū patri Horatij, vt filiū expiaret pecunia publica. Quam historiam etiam conscripsit Aristides Milesius in libro Italicarum rerū, & Dionysius Halicarnassensis lib. 3. & Cicero in illa oratione pro Milone, Valerius Maximus lib. 6. c. 3. & iterum lib. 8. c. 1. & Aristides Milesius in lib. rerum Italicarum, & ex eo Plutarchus in Paralellis. c. 1. vbi & testimonio Demarati rerum Arcadicarum lib. 2. eandem quoque refert historiam contigisse apud Tegeatas, & Festus Pœpeius, quo loco de Sororio Tigillo loquitur.

6 Sed & aliam historiam, ad hanc rem maximè pertinentem refert ipse Plutarchus in Fabij Maximi vita, & Apophthegmatis eiusdē, quòd cum miles quidam Lucanus apud Nonum Fabiū esset accusatus quòd mulieris amore, noctu sæpe in castris vagaretur, alioqui verò mirabili armorum virtute vir esse narraretur, mulierem quam ille miles deperibat, deprehēdi eo clam iussit, & ad se duci: & accersito homine, quòd præter legē (inquit) per noctes haud me latuit, ac ne prius quidem latuerat, quòd probitati studeres: quare fortiter tuis ac rectè factis errata condonantur. At posthac nobiscum eris, habeo enim sponsorem. & adductam mulierculam ei commendauit, ac tradidit. id quod etiam recensuit Plinius, siue is est Suetonius, vt alij contendunt, siue Cornelius Nepos, vt & alij existimant, in libro de viris illustribus, quo loco de Fabio Maximo scribit, & Valerius Maximus lib. 7. c. 3.

7 Sed et huc quoque pertinet alia historia ab Herodoto relata, in Polymnia, qui liber est 7. Darium illum primum Persarum regem, Sandocem Aetolidis præfectum ob hanc causam cruce affecisse, quòd cum è regijs iudicijs esset, iniquam sententiam ob pecuniam tulisset: sed eius in cruce suspēsi Darius reputans plura peccatis esse beneficia in domum regiam collata, hoc reperiens agnoscentque properantius se, quàm prudentius egressse, hominem soluit.

8 Et id quoque exemplo diuinorum Bibliorum comprobare possumus. Ionathas enim Saul regis filius cōtra ipsius regis edictum fauum mellis ante vesperum comederat: tamen quia illa ipsa die Philisthæos deuicerat, salutemque in Israël fecerat, pijs populi precibus liberatus est à morte edicto regis proposita, sicuti scribitur primo Regum. c. 14. & repetitur in decretis canonicis 22. quæst. 2. §. vl. Et hoc quidem ad hoc nostrum propositum annotauit Io. Ligna. in tractatu de bello, capite. 29.

9 Ad stipulatur & præcedentibus quod scienter ex facto respondit Bald. consi. 5. 8. item prouiderunt, & ordinauerunt. lib. 2. quòd prouisiones generales sta-

les statutorum recipiunt tacitas exceptiones, propter casus emergentes, in quibus oportet specialiter prouideri. vnde suadere causa speciali cessat prouisio generalis. Hinc est, quòd propter singularia merita singularis fit prouisio, quæ secundum generalia statuta nō posset fieri, per d. ca. si quis in graui. §. is quoq;. qui legitur cum. §. vtrum. ff. de SC. Syll. vbi dicit not. Barto. quòd si est prohibitum forensi acquirere possessionem in ciuitate, tamen propter singulare meritum, vt quia multum operatus est in recuperatione alicuius castri, potest hoc ei concedi. Et hæc quidem Bald. vbi supra: qui ad hoc dicit facere d. l. Aquilius. & l. si pater. ff. de donat.

10 Quod autem in principio de maiorum meritis et beneficijs, vt profint ad dimittendā, aut certè leniendam pœnam delinquentis, ex hoc satis probatur, quòd maiorū merita ad posteriores transeunt, vt pulchrè voluit Bald. cōsi. 355. præmittendum est. col. 2. vers. quid igitur lib. 1. quem refert et sequitur Soci. cōsi. 84. accuratissimè. col. 3. vers. ex quibus in proposito. l. 3. Et hoc quidē verissimū. Nam et nostris legib. filij remunerantur ex parentum meritis, vt videre licet ex l. nemini. vers. filios autem. et l. petitionem. vers. filijs scriberet. C. de aduo. diuerso. iudicior. et l. iubemus. vers. et filio. C. de aduo. diuer. iudicium. quas leges in id citat Rom. cōsi. 29. in causa maioris.

11 Cuius rei quoque locus est apud Oratores. Nam et Tull. lib. 2. de Inuentione, vbi de deprecatione differit, Oportebit (inquit) omni, qui sibi vt ignoscatur postulabit, cōmemorare, si qua sua poterit beneficia. Et paulò post: Deinde maiorum suorum beneficia, si qua extabunt, proferre. Hincque Marius apud Salustium in Iugurtha: Ad hoc alij si deliquere, vetus nobilitas, maiorum facta fortia præsidio adsunt. Quintilianus lib. 6. ca. 1. Periclitantem cōmendat dignitas, et studia fortia, et susceptæ bello cicatrices, et nobilitas, et merita maiorum. Hinc apud Liuium 1. decad. lib. 2. Appius cū in vincula duceretur, maiorum merita in Rempub. collata commemorabat, vt pœnam deprecaretur.

12 Suntq; eius rei exempla. Nam Berenice, alijs Pherenice dicta, cognomento Callipatera, cum virum habitu mentita ludis mulieribus interdictis interfuisset, vbi Pisithodum filium coronatum vidit, meritis tamen suorum absoluta est, cum aliàs secundum legem ex Typeo prærupto monte precipitarentur, quæ id fecisse essent deprehensæ. authores Pausanias lib. 5. et Aelianus de varia historia lib. 2. cap. 7. Liuius. 1. decad. libro. 4. scribit M. Posthumum Tribunum, ob rem malè ab eo gestam, decem millibus æris grauis fuisse damnatum, verum postea ab omnibus tribubus fuisse absolutum ob memoriam Cognati patris, venerabilis viri et iam exactæ ætatis. Sed et Tacitus li. 2. refert Plautio Laterano mortem quam ex sceleribus meruerat, fuisse remissam ob patris egregium meritum.

13 Illud tamen quod diximus de pœna remittenda, aut minuenda propter delin-

S 4 delin-

delinquentis aut maiorum in Rempub. merita, intelligendum arbitror, nisi quis atrocissimum, grauissimumq; in ipsam Rempu. facinus comiserit: nihil enim magis sua ipsius merita, & beneficia à punitione huiusmodi tã scelesti facinoris vindicare censuerim, quàm olim vindicariat Sp. Calsium quem affectatæ tyrannidis conuictum, nulla rerum gestarum, & honorũ promeritorum ratione habita, populus Romanus capite mulctauit, vt scribit Dionysius Halicarnasseus Antiquitatum Romanorum lib. 8. & libr. 10. In oratione Siccij Dentati. vbi refert illum ter consulem, bis triumphantẽ, tot honoribus, tot rebus domi forisq; gestis insignem, & nemini atate sua secundum, ob tyrannidem de rupe datum præcipitem. De qua etiam Liuius. 1. decad. libro. 2.

14. Atque etiam Manlium ob defensum Capitolium, Capitolinum dictum: qui etsi 16. annorum voluntarium militem pro Repub. se obtulisset, 37. miliaribus donis à suis ducibus ornatus, vigintitres cicatrices in pectore habuisset, capta vrbe author in Capitolium fugiendi quadã nocte clangore anseris excitatus, Gallos ascendentes deiecisset, Patronus à ciuibus appellatus, & farre donatus fuisset, donũ etiam in Capitolio publicè accepisset: tamen quoniam regnum affectare, & ita libertatẽ Reipu. opprimere conuictus est, nulla suorum in Rempub. meritorũ ratione habita, ex sententiã Ro. è saxo Tarpeio præcipitatus est, domus illius diruta, & bona publicata: in eiusq; notam factum senatusconsultum, ne cui de Manlia gente Marco cognomen esset. Cuius rei testes sunt locupletissimi Liuius. 1. decad. libro. 6. Val. Maximus lib. item. 6. ca. 3. Plinius (aut quisquis is est) in libro De viris illustribus, & Plutarchus in vita Camilli.

15. De qua re & alijs multis similibus loquens Porcius Latro, orator clarissimus, in eleganti illa declamatione in Catilinam: Rectè (inquit) maiores nostri summis laudibus efferendi sunt, qui Sp. Melium, qui Græchos, qui Mālium Capitolinum, qui Drusum, qui Saturninum, fortissimos homines et Reipublicæ sæpenumero non mediocriter opitulatos, quod deuenissent in affectatæ tyrannidis suspicionem, morte mulctandos esse putauerunt. Nec Sp. Meliũ fauor amplissimus ciuitatis, nec Gracchos aui sui amplissimi viri memoria, nec Manlio celeberrima gloria Capitolij liberati, nec Druso sanctissimi sui penates, nec Saturnino ius sacrosanctæ dignitatis auxiliata est. Hæc ille. Cui adde quantum ad Spurium Melium, Liuium 1. decad. li. 4. Et bene facit quod in simili scribit Cœpola cautel. 3. incip. propter maximã de quo dicemus infra, in seq. causa, num. 2.

16. Neq; id quidẽ mirũ videri debet, cum & aliàs ex Inno. sententia propter sceleris immanitatẽ, atrocitatẽ, grauitatẽ, licitũ sit leges transgredi. Ita enim passim allegatur ipse Inno. in ca. 1. de cõstit. vbi dicit, quod iudices possunt ratione casuum emergentiũ leges transgredi, & pœnas ordinarias augere. quem

quẽ sequitur Hosti. ibi & Specu. dum ad illum in ea re simpliciter remittit in tit. de cõstit. §. 1. in fi. & Archi. in ca. qui bona. col. 7. versi. itẽ causa cognita. 17. q. 1. & Bal. sæpe, videlicet in l. obseruare. §. proficisci. in. 11. q. ff. de offic. proc. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. col. 4. ff. de his qui no. in fa. & in l. si quis filio ex hæredato. §. hi aut omnes. in fi. ff. de iniusto. testa. & in l. 1. C. de precib. imper. offer. & in l. 1. col. 5. C. qui accusa. nõ poss. & l. et si seuerior. col. 2. versi. secundò opp. & ibi etiã Sali. C. ex quib. caus. in fa. irro. & idẽ Bal. in l. 1. in fi. C. de iur. calum. & in auth. hodie, vbi & Sali. C. de iudi. & in auth. sed nouo iure. col. 1. C. de ser. fugi. in quibus duobus postremis locis hoc intelligit solũ procedere in maioribus magistratibus, vt hoc obiter recenseam, & idem Bald. in rubr. extrã de constit. & in ca. 2. in fi. de re iudi. vbi dicit, quod hoc verbũ multũ defedit assessores, qui pro bono publico quælibet statuta transgrediuntur. & in ca. 1. tit. qualiter olim feud. alie. poss. & in ca. 1. §. iniuria. in prin. tit. de pac. iura. fir. & in ca. 1. tit. in quib. cau. feud. amit. & cõsi. 152. plura tangũtur, circa mediũ. lib. 1. & cõsi. 364. quia quæstio ista. col. 1. lib. 3. & cõsi. 443. Cæcus cõfecit venenum. col. 2. eod. lib. 3. & Ange. in l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ædi. edict. Panor. in ca. super his colũ. pen. de accusa. dum etiam simpliciter remittit ad Inno. in d. ca. 1. Ioan. Ana. in ca. 2. de adulte. & in ca. vlti. de fur. Ioan. Plat. in l. omnes. col. 2. C. de dela. lib. 10. Rom. cõsi. 429. considero in proposita consultatione. col. 1. & Alex. cõsi. 61. plura concurrere videntur. col. 3. versi. accedit. quia inquit libro. 1. & cõsi. 41. habita super præteritis, col. 3. versicu. accedit, quia vt inquit. lib. 2. Angel. Aret. in. §. 1. Instit. vi bo. rap. & in §. ex maleficijs. colum. tertia. Instit. de a. etio. & in tracta. maleficiorum, in verbo, & vestem cœlestem abstulit. col. 4. & Cœpol. in repet. l. si fugitiui. col. 13. in paruis. C. de ser. fugi. & Barba. in repet. ca. Raynaldus. col. 17. versicu. limita etiam prædicta. de testa. vbi hoc dictum Inno. reputat sing. & in rub. de rescrip. in clem. col. 6. & cõsi. 47. scribitur præclare apud Ecclesia. col. 11. versi. & cum dicitur, libr. 1. vbi & illud dictum dicit esse sing. & elegans. & cõsi. 64. scribitur libro Hester colum. secunda, eod. libr. 1. vbi item facit sing. & cõsi. vlti. col. 9. libro. 2. & cõsi. 8. vbi Christus. col. pœn. lib. 3. & Feli. in cap. qualiter & quãdo. eius initij 2. §. ad corrigendos. col. 7. versi. sed pulchrè dubitari. de accusa. vbi & hoc dicit sing. & in ca. ita quorundam, post princ. de Iud. & nouissimè Matthæus Afflict. in constitutione Sicilia incip. Castellanus. col. vlti. et in constit. cuius est initium, Patterenorum. col. antepen. et Hippo. Marsil. in repet. l. vlt. col. 73. et seq. C. de proba. et in l. 1. colum. 7. versicu. sed prædicta pos. sent. ff. de ficar. vbi et hoc dicit not.

17. Sed Roma. sibi contrarius in repet. l. si verò. §. de viro in. 46. fal. ff. solu. matri. posteaquã hoc dictum Innoc. allegauit, dicitque pro eo posse allegari tex. optimum in l. vlt. versi. nec tamen ad huiusmodi. C. de mod. mulct. & aliu m

- alium quoq; tex. meliorem in ca. fœlicis. §. ceterū. de pœn. lib. 6. vbi expresse dicitur, quod propter immanitatem criminis debet pœna crescere. Cui est & alius tex. similis, licet non alleget, in §. hoc autem. 33. q. 2. Tandem tamen ipse Roma. hoc dictum reprehendit, per tex. quem dicit sing. in l. diuus, ei⁹ initij 2. ff. de fals. secundum intellectum cōmunem, & gl. in verbo, nō pos-
sint, vbi ad hoc vt pœna augeatur propter sceleris atrocitatem, consulendus est superior: nec id potest iudex facere propria autoritate, inconsulto prin-
cipe. Et secundum hoc: vt dicit, debent intelligi iura allegata pro sententia
Inno. Quod dictum pro sing. re-assumit Iason, aut quisquis is fuit in d. §. ex
maleficijs. col. 2. versi. accedat quod sing. Instit. de actio. vbi tamen dicit esse
diligenter considerandū circa illum tex. d. l. diuus quia peregrinus est, nec
ei videtur vrgenter probare dictum Roma. Sed & idem voluit ipse Roma.
in suis sing. & hoc sequitur, & dicit esse verius, Capol. in d. auth. sed nouo
iure. col. 21. in paruis, versi. præterea dicit. & Feli. in d. c. 1. col. 17. versi. nihilo-
minus. Ludo. de constit. & Hippo. in sing. 244. incip. tu scis illud.
- 18 Verūm tex. in d. l. diuus, vel refragante ipso Hippo. parum facit, sicuti iam
ex sententia Iaso. diximus, ad dictum Rom. nam ille tex. loquitur in eo, qui
habebat iurisdictionem limitatam, & casus de quo ibi agebatur iurisdic-
tionem ipsius excedebat, sicuti dicit glo. ibi. & Barb. in d. cap. 1. de constit.
& post eum Philip. Deci. in 2. lect. colum. vlt. vbi dicit, quod pro dicto Ro-
ma est melior tex. in l. 1. §. fin. ff. de quæstio.
- 19 Ipse tamen Barb. in rubri. C. qui admit. char. 6. col. 2. versi. item dico in hac
re distinguit, ex mente ipsius, eo tamen tacito: An videlicet de facili possit
recurri ad superiorem, & consulendus est superior: per d. l. diuus. aliàs po-
test iudex eo inconsulto in nostro casu leges transgredi, secundum Innoc.
sententiā, & hanc distinctionem sequitur Philip. Deci. in rub. col. 1. & dicit
facere bonum tex. in l. ad bestias. ff. de pœ. & in d. l. 1. §. vlt. & quod ibi vo-
luit Bar. ff. de quæstio. subiungitq; eandem distinctionem in ca. si quis con-
tra. de for. compet. & in ca. dilecti eius initij 2. de appel. vbi & ipse Decius
eius rei affert concord. Et idem videtur voluisse Feli. in d. ca. 1. in 7. fal. ante
fin. de constit. Quibus adde quod in simili not. Panor. in ca. vlt. col. 3. versi.
omnia prædicta. de eccles. ædi. & quæ ibi allegat.
- 20 Sed quocunq; hoc modo se habeat, illud certum est, multa contra huius
modi immania flagitia à legibus esse introducta cōtra cōmunes iuris regu-
las. Imprimis tex. est in eam sententiam. in d. l. 1. C. de preci. imper. offer. vbi
seruus alioquin incapax admittitur ad supplicandum, & impetrandū re-
scriptum, propter sceleris grauitatem. & ex eo not. Bald. in 2. not. quod pro-
pter enormitatem delicti non cōcedenda conceduntur.
- 21 Secundò in eam sententiam tex. est in d. l. si quis filio ex hæredato. §. hi au-
tem omnes. ff. de iniust. testa. vbi sceleris magnitudo tollit appellationem:
nec

- nec propter eam suspenditur executio sententiæ. Et per illum tex. not. Bal.
in d. l. 1. ad fin. C. de iura. calum. quod in delictis enormibus, licet interdū
legem transgredi. Illi autē tex. similis est in l. constitutiones. ff. de appellat.
quem ad hoc facit sing. Gaspar Val. in repe. l. imperium. col. 58. versi. vltra
istam doctrinam. ff. de iurisdic. omni. iudi. Alius quoq; in l. 2. C. quo. app.
non recip. vbi ad hoc illum tex. ponderat Bald. & Sali. & alius in l. 1. C. de
fal. mo. quem etiam ad hoc not. Feli. in ca. sicut de fimo. & alius deniq; in c.
vt inquisitionis. de hæret. lib. 6.
- 22 Verūm Franc. Aret. vir emunctissimę naris in l. Pantonius. §. rei perduel-
lionis. in princ. ff. de acqui. hæred. hinc occasione sumpta, quod gl. ibi sen-
tit, quod condēnatus læsę maiestatis auditur appellans, dicit illā approbans
cōtra Ro. quod magnitudo & atrocitas sceleris non tollit appellationē, nisi
aliàs immineret periculū maioris sceleris, aut dāni, vt probat tex. in d. §. hi au-
tem omnes ibi, nō pœnæ festinatione, sed præueniendi periculi causa: aut
nisi reus esset cōuictus simul, & cōfessus: per d. l. 2. C. quor. appel. nō recip.
- 23 Tertiò tex. in l. mulierē. ff. de accus. & in l. in quæstionibus. ff. ad leg. Iul.
maiest. & in ca. tanta. de fimo. Per quos not. Rom. in d. repet. l. si verò. §. de
viro. in 46. fal. ff. solu. matr. quod propter sceleris atrocitatem, mulieres, &
alij accusare prohibiti, possunt accusare.
- 24 Quarto non absimiles sunt tex. in ca. per tuas. de fimo. & in ca. in fidei. et
ca. accusatus. §. licet de hæret. lib. 6. vbi propter facinoris grauitatem, cōsors
criminis admittitur in testimonium, alioquin non idoneus. Et ita etiā not.
illos tex. Rom. in d. 46. fal. Cui adde gl. in l. vlt. C. de accus. quæ dicit illum
tex. quo cauetur neminem de proprio crimine confitentem, super cōscien-
tia aliena esse scrutandū, fallere in multis casibus illic à se enumeratis, pro-
pter immanitatem scelerum. quam glo. ad hoc expendit Fulgo. confi. 173. in
causa inquisitionis, col. 1.
- 25 Verūm lector amantiissime, ne fallaris, illud te admonitum velim, quod
diximus de teste aliàs non idoneo, ex tex. in d. ca. in fidei, satis liquet, non ei
omnino esse credendū, nec passim, sed tum demū si ex numero testium,
personarum tam ipsorum testium, quàm reorum qualitate, & alijs circun-
stantijs huiusmodi testes vera dicere præsumuntur: quod tibi admodū no-
tandum: quia multi decipiuntur, affirmantes ex eo simpliciter, huiusmodi
testes esse recipiendos.
- 26 Quintò huc vergit tex. in l. si quis in hoc genus sacrilegij. C. de episco. &
cler. per quem not. Ang. Aret. in tracta. malefi. in glo. 1. col. 4. versi. secundò
principaliter, quod propter immanitatem criminis potest procedi ad spe-
cialem inquisitionem, aliàs prohibitam.
- 27 Sextò suffragatur tex. omnium elegantissimus, in l. nemo. C. de episco.
audi. ex quo not. Bal. in ver. deinde not. quod in diebus etiā paschalibus po-
test ad-

- test adhiberi tortura ad inuestigationē enormium delictorum: sed & per eundem tex. idem Bald. in versu item not. arg. dicit, quod quando alicui cōceditur arbitrium excarcerandi captiuos, sicuti videmus quotidie in principibus, non possunt illos excarcerare, qui propter enormitatem sceleris detinentur.
- 28 Septimò eiusdem notæ est tex. in l. addictos. C. eo. titu. per quē no. gloss. ibi, quod propter sceleris immanitatem punitur clericus à iudice seculari: secundū tamen distinctionem, quem ibi ponit, & satis cōcordat tex. in ca. perpendimus. de senten. excom. & quod ibi dicit glo. in verbo, cogatur, in illis verbis, Vel immiscendo se enormitatibus. quæ & concor. adducit.
- 29 Octauò ad aliud quoq; huic loco accommodatissimum notandus est tex. in d. l. addictos, quod propter criminis atrocitatem sententia executioni demandatur infra tempus decem dierum ad appellandum concessum. & ita illum not. Bald. super quo tamē vide Paul. Cast. ibi Bar. & ipsum Paul. Ca. in l. addictos. C. de appel. & Bar. in l. qui vlti. ff. de pœn.
- 30 Nonò huc pertinet tex. in l. per omnes. C. de defen. ciui. vbi propter delicti grauitatem denegatur accusato aduocatus. & ita illum text. allegat Ro. in d. repe. l. si verò. §. de viro. in d. fal. 46. Ange. Are. in tracta. malefi. in verbo & vestem celestem abstulit. char. 2. versu. & nota bene. & Barb. d. cōsil. 46. scribitur præclare. col. 14. versu. cū ergo in casu nostro. lib. 1. & d. cōs. vlt. col. 9. lib. 2. vbi etiam facit sing. & d. cōs. 8. col. pen. lib. 3. & in l. 4. §. Cato. col. 38. vbi rursus facit sing. dicitq; se audiuisse illum tex. allegatum fuisse ab egregio quodā aduocato coram Eugenio Papa in publico consistorio, ad hoc quod manifesto vsurario erat denegādu aduocatus, corruptè tamen illic allegat l. iubemus. pro d. l. omnes. & idem Barb. in ca. quarēti. col. 10. de offic. deleg. Et hoc quoq; ponderat Fel. in cap. 1. col. 16. in 7. fal. de constit. (vide Bald. in authē. sed nouo iure. C. de ser. fug. & alicubi in authē. habita. C. ne fili. pro patr. & Hippo. Marfil. in repet. l. vlti. in 74. char. C. de probat. & in l. 1. in princ. col. 8. versu. & in quantum. supra. ff. de quæstio.
- 31 Decimò, accedit tex. in l. prouinciarum. C. de ser. vbi propter facinoris enormitatem sententia criminalis quocunq; die etiam feriarum diuinarum potest demandari executioni, & hoc ibi not. Bald. quanuis aliàs fieri nō debeat, vt dicit ipse Bald. per tex. eo. titu. l. vlt.
- 32 Undecimò, tex. in l. 1. C. quan. lic. vni. sine iudi. autho. se vind. per quē tex. dicit Bald. in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi. quod propter grauitatem sceleris licet alteri alterum propria auctoritate impunè interimere: & ad hoc etiam est bonus tex. in l. 2. C. eod. titu.
- 33 Duodecimò, huc spectat tex. in l. vlti. C. de malefi. & mathe. ex quo not. Bal. in sua Margarita, in verbo, delictum, quod propter delicti atrocitatem potest quis capi à priuato, sine mandato iudicis, licet aliàs secus. per tex. in l. vltim.

- ultim. & ibi docto. C. de custo. reo. cum simi.
- 34 Decimotertiò prædicta confirmant tex. in l. 1. C. de fal. mo. & in §. vlti. in authē. de non ali. per quos not. glo. in l. athletas. §. præuaricator. ff. de his qui not. infam. quod propter enormitatem criminis accusator non probans dicitur calumniari, vt quis ad accusationē illius facilius profiliat, licet tamen regulariter secus. l. 1. C. de aduo. diuer. iudi. & hoc sequitur Panor. in ca. 2. de calum. Quod nō passim admitterem, sed tum demum, si probabili ratione aut præsumptione verisimili motus ad accusationem profilierit.
- 35 Decimoquartò, vt ad ius canonicum accedamus, facit tex. in cap. inter. in prin. & ibi glo. vlt. de purg. cano. vbi propter delicti grauitatē infamatus à beneficio quoq; nedum ab officio suspendi potest, donec se canonicè purgauerit, licet aliàs secus. & ibi Panor. dicit illum tex. esse ad hoc notabilem.
- 36 Decimoquintò in hoc albo est & tex. in ca. nouimus. de verb. sig. vbi in grauioribus et enormibus delictis clericus degradatur, & curiæ seculari traditur, licet nondū sit incorrigibilis: quanquam aliàs id non fiat, præterquā in tribus casibus, & cū est incorrigibilis, secundū glo. in ca. ad abolendam. de hæret. Et ita illum tex. intelligit & sing. facit Panor. ibi in 3. nota. & etiam voluit idem Panor. in d. c. ad abolendam. & in ca. 1. col. vlt. de his qui fili. occid. & in ca. at si clerici, & in c. cū non ab homine. de iud. & ibi etiam Petr. Anc. & idem Pet. in ca. ea quæ. in 19. quæst. de reg. iur. libr. 6. vbi dicit ita fuisse decisum Venetijs in horrendo quodam homicidio. & Domi. in ca. non licuit. 17. dist. & Barb. d. confi. 64.
- 37 Quæ sententia nihil omnino dubia videbitur, si considerauerimus clericos, vel citra degradationē posse puniri à iudice laico, propter enormitatem scelerū, vt dictū est. & verum dicit glo. in ca. cū non ab homine, in verbo, nuntius, ibi, sed secus, si enormitatibus se immisceat. de sent. excom. per tex. ibi. & glo. in d. ca. perpendimus, etiam per illum tex. eod. titu. & etiam per tex. in ca. in audientia, eo. quoq; tit. & gl. item in ca. contingit, in verbo, ordinati. in eo, rursus titu. vide Panor. & Felin. in d. locis.
- 38 Decimosexto, huc quoq; respicit tex. in ca. ita quorūdā. de Iudæis. ex quo not. Fel. ibi in 1. no. quod propter immanitatem delicti ecclesia plures pœnas vni delicto imponit: licet regulariter secus. c. at si clerici. §. de adulte. de iudi.
- 39 Decimoséptimò, tex. in ca. mulier. 15. qō. 1. vbi propter sceleris atrocitatem brutum quoq; animal punitur, & ita ad hoc ponderant illum tex. Ro. in d. fal. 46. & Barb. d. cōs. 64. lib. 1. & d. cōs. vlt. lib. 2. vbi facit illum tex. sing. in d. §. Cato. vbi etiam facit sing. et Fel. in d. ca. 1. vbi supra citauimus. de consti. & illum etiam tex. multum cōmendat Imo. in l. defuncto. ff. de publ. iudi. & Iason in l. furiosum. col. vlti. C. qui testa. face. poss.
- 40 Decimo octauò, mirum in modum hoc comprobant, quod supra diximus in 3. causa, nu. 6. incip. dicit tamen. & seq. quod furiosus, qui aliàs non

T punitur

punitur ex crimine ante furorem commisso, tamen propter immanitatem facinoris capite punitur.

- 41 Decimononò eiusdem notæ est, quod scribit gloss. vt iam tex. relinquamus, in l. admonendi. in gloss. magna, paulò ante fin. ff. de iureiu. quòd de fertur interdum a tōri iuramentum propter enormitatē criminis. per text. in l. si quando. C. vnde vi.
- 42 Vigesimo, quod voluit alia glo. in l. 2. ff. arbor. fur. cæsa. quòd propter delicti magnitudinem debet delinquens, postea quàm laqueo suspensus est bestiis quoq; tradi deuorandus, licet tamen aliàs nō animaduertatur in corpus mortuum, per totum tit. C. si reus vel accus. mor. fue. etiam si post latā sententiā reus ipse obierit, vt voluit Cyn. in l. 2. C. qui testa. fac. pos. & Bald. in l. 1. col. 1. in fin. C. ex delict. defunc. & ita illam glo. intelligit & dicit not. Rom. in d. fal. 46. & post eum Gaspar. Valast. in d. l. imperium. col. 7. versi. di etiam tamen glo. ff. de iurisd. omn. iud. & ibi quoq; Iason qui illam dicit sing. col. 13. versi. secundus gradus, sed & illam glo. ad hoc not. Barb. d. consil. 64. lib. 1. & d. cōsi. vlt. lib. 2. vbi eam facit sing. & in d. cap. Cato. & Feli. in d. ca. 1. quo loco supra citauimus. de constit.
- 43 Vigesimo primò non longè ab ea gloss. disidet, quòd licet aliàs crimen morte delinquentis extinguatur. C. d. tit. si reus vel accusa. per totū, tamē in enormibus quibusdam, & accusari & condēnari possunt post mortē eorum qui ea perpetrarunt, vt per hoc memoria eorum damnetur. tex. et glo. in §. per contrarium. Instit. de hæredi. quæ ab intest. defer. quam gloss. facit sing. Imo. in ca. quoniam frequenter, vt lite non cōtest. & in l. defuncto. ff. de publi. iudi. & Barb. in d. cōsi. 64. & d. §. Cato. et nouissimè Hipp. Marsil. in l. accusatio. col. vlt. versi. & circa hanc materiam. ff. de fal.
- 44 Vigesimo secundò, non desunt qui glo. in d. l. 2. ff. arbor. fur. cæsa. ad hoc allegant, quòd propter ingens facinus quis nō vulgari mortis genere plectendus est, sed ad bestias debet condēnari, veluti horrenda atrocisq; pœna, vt cui secundum atrocitatis locum inter pœnas dederit Bald. in l. data. col. 2. C. qui accus. non poss. Quauis huiusmodi pœna non sit hodie in vsu, vt dicit Ang. in l. eiusdē. §. legis. ff. de sicar. Cui glo. sic intellectu ad stipulatur, quod refert Suetonius in vita Claudij, ipsum Claudium in maiori fraude cōuictos legitimā pœnam supergressum ad bestias condemnasse.
- 45 Vigesimo tertio, propter scelerum immanitatem, infantes, & furiosi, & alij nō culpabiles pro delictis aliorum puniuntur, vt patet in §. item paruulos. l. 1. q. 4. & latè probat Lucas Pen. in l. sine col. 5. C. de exac. & tribu. lib. 12.
- 46 Vigesimo quarto, his postremò concinit, quòd licet aliàs nobiles nō debeant furca suspendi, vt voluit glo. in l. 3. §. pœna militū. ff. de re milit. & dixi latè in cōmentarijs Nobilitatis c. 20. fallit tamē si enormiter deliquerint, putà quia proditiōne fecerunt, vt voluit Bald. in c. cum quidā. de iureiu. et sequitur

sequitur Hippo. Marsil. sing. 15. incip. proditores, & diximus etiam in d. tratu Nobilitatis, eod. cap.

- 47 Postremò, alia pleraq; omnium copiosissimè in eam rem congesit Hippo. Marsil. in l. 1. in prin. col. 9. versi. 3. & possunt. ff. de quæstio. & rursum in l. vnus facinoris. §. cogniturum. col. 13. versi. item inquatum, cum tribus sequet. col. quæ huc adscribere superfedi, quoniā de his iam satis, & propè nimum diximus. ex quibus illud affatim probatur quod supra diximus, nō esse parcendum etiam benemerito de Repu. si immane quodpiam facinus præsertim contra Rempub. ipsam cōmiserit. Quod ad alios quoque casus trahi potest, quibus pœnam aut minuendam, aut remittendam esse contendimus, sed iam ad alia pergamus.

Causa quinquagesima.

S V M M A E.

- 1 Delinquens potest propter insigne aliquod artificium, vel robur, impunitus dimitti, cōsulto tamen antè Principe.
- Excipe latronem manifestum, seditiosum, factiosum, & id genus sceleratum. nu. 2.
- 3 Tiberius Cæsar insignem artificem, qui vitrum flexibile componebat, è medio tolli iubet.



- 1 **Q**UINQUAGESIMO, Propter insigne aliquod artificium, vel excellēs robur delinquentis, potest delinquens ipse, consulto tamē principe, impunitus dimitti. tex. est not. qui ad hoc vbique allegatur in had bestias, in illis verbis. Sed si eius roboris vel artificij, & c. ff. de pœn. & illum tex. dicit valde not. Alex. cōsi. 19. circa primum. in fi. lib. 7. & facit sing. Iason in l. 1. col. 2. versi. item propter. ff. de legi. & per illum dicit Lucas Pen. in l. 1. col. 13. versi. verum est tamen. C. de defer. lib. 12. & in l. si apparitor. col. 9. C. de cohar. eo. lib. 12. quòd ratione publicæ vtilitatis, potest iudex minuere pœnam. Ad quod etiā vtrò bique allegat tex. in ca. suas. 7. quæstio. 1. qui parum mihi facere videtur. vide D. Thomam. 2. 2. quæstio. 65.
- 2 Hoc tamen limitat procedere Cæpol. cautel. 3. incip. propter maximam, nisi iste insignis artificij, vel excellentis roboris, esset latro manifestus, seditiosus, factiosus, & id genus sceleratus: tunc enim morti adiudicandus est, & tradendus, vel inconsulto principe. per tex. in l. filio exheredato. §. hi autem omnes. ff. de iniusto rupt. testa. quod not. ad ea quæ latè diximus in. 49. causa, nu. 13. incip. illud tamen, & alijs multis seq.
- 3 Miror autè quod dicitur, de Tiberio Cæsare, quòd cum quispiam illi obtulisset

T 2 tulisset

tulisset pateram vitream eo artificio factam, ut vitrum flexibile esset, ab illo sciscitatus est, à quo didicisset, & an alterum id docuisset: qui respōdit ipsū se sine authore & magistro didicisse, neminem autem docuisse, cōtinuo illum interim iussit, atq; totam illius artificis officinam abolere, ne aris, argēti, auri metallis, quibus ipse abundabat, pretia detraherentur. Cuius rei testis est Plin. lib. 36. ca. 26. vbi tamen eam famam crebriorem dicit, quàm certiore, fuisse. Sed si id verum fuit, crudelissimus certè Tiberius Cēsar, in ea re, vti & in cæteris fuit: qui hunc artificem etiam si deliquisset, vita potius donare debuisset, ob tam mirandum & insigne artificium.

Causa quinquagesima prima.

S V M M A E.

- 1 Delicta eorum, qui aliis moribus, & vitæ integritate summa claruerunt, mitius accipienda sunt. & nume. 23. 49. 51. 52. 56. 67. & 162.
- 2 Dido, quàm lento pede desciverit à virtutis habitu, miris modis prius oppugnata, quàm victa.
- 3 Bonus semel, semper bonus præsumitur.
- 4 Dissimulatio magna, obscuriq; recessus in animis mortalium.
- 5 Iustus ut quis sit in conspectu hominum, non tamen in conspectu Dei, fieri potest.
- 6 Citharædi non omnes qui citharam habent.
- 7 Iustum ab iniusto, probum ab improbo, discernere, soli Deo competit.
- 8 Presbyter nemo ordinandus ante legitimam ætatem, quantumvis sit dignus.
- 9 Hominis excellentiam facere, ut recedatur ab omni iure, omniq; statuto. Limita. numero. 10. & 13.
- 10 Appellasse si quis se dicat, vel procuratorem esse ad petendos Apostolos, ei non creditur, nisi legitime doceat, quantumvis sit famæ celebris.
- 11 Personæ honestas, vitæ probitas, & fama electi, non supplet defectum illegitimationis. ideoq; dispensatio necessaria est.
- 12 Intellectus ad ca. nobilissimus. 91. distinct.
- 13 Medico soli, alioqui bono viro, dicenti vulneratum mortuum esse ex febre, non creditur, cum agatur de magno præiudicio.
- 14 De animæ periculo vbi agitur, viri sanctitas nihil facit, vbi quidpiam dixerit, vel præceperit.
- 15 Ficta omnia, & simulata, diu subsistere non possunt.
- 16 Res quæque ad suam naturam facile reuertitur.
- 17 Hominis probitas & integritas vnde colligatur.
- 18 Cum simoniaci quem commendat antea cæta vita, mitius agitur.
- 19 Religiosus peccans occultè, & sine scandalo, non ex contemptus, nec contra religionis votum, in eodem genere peccati mitius est puniendus, quàm secularis.
- 20 Deum diligentibus omnia cooperantur in bonum.
- 21 Deprecationi quando sit locus.
- 22 Leges probos viros quanti fecerint.
- 23 Credendum non est temerè. Et quomodo id accipiendum. nume. 27.

Emens

- 28 Emens ab alio tanquam testamenti executore, aut aliàs nomine alieno, si dicat se audiuisse se à viris fide dignis illum esse executorem, præsumitur bona fide emisisse.
- 29 Credulus nimium non dicitur, qui credit homini fide digno. & nume. 30. 31. & 38.
- 32 Assertio viri fide digni excusat. & nume. 33. 34.
- 35 Fides ut improbis non adhibenda, ita & bonis credendum.
- 36 Servus si à possessore bonæ fidei fugerit, talis tamen habitus, ut custodiri non debuerit, absolvendus est possessor.
- 37 Ripam qui vult munire, de damno futuro vel cauere vel satisfacere debet, secundum personæ qualitatem.
- 39 Diuitiæ excusant à satisfactione.
- 40 Cauere tantum debet, qui non suspectus est satisfacere.
- 41 Tutores legitimi licet satisfacere debeant: remittitur tamen satisfactio, si sint personæ honestæ.
- 42 Idoneum sæpe non tam patrimonio & facultatibus, quàm fide metimur.
- 43 Cautio viri pauperis, fide tamen digni, an sufficiat.
- 44 Filios optimos vix quispiam magnorum virorum reliquit.
- 45 Patris & filij non est eadem persona in prudentia & fide.
- 46 Suspectus tutor quis dicatur.
- 47 Iuramentum non deferri in causa matrimoniali, an semper verum.
- 48 Iudex iuramentum deferre potest in causis quæ sunt magni ponderis & momenti, si plusquàm semiplenè quidpiam probatum fuerit, & persona sit multum honesta.
- 50 Citatio quæ prima fronte habeat in se iniustitiam, an valeat.
- 53 Citationem factam per nuntium, an & quando præsumatur iudicis commissio præcessisse.
- 54 Bonum & iustum videtur, quod à bono factum est.
- 55 Censualis totum censum soluens ei, qui partem tantum census emerat à domino, tum demum excusatur à pœna, si emptor ipse erat fidedignus.
- 58 Dominus an & quando non teneatur pro delicto famuli vel discipuli.
- 59 Hospes quando non teneatur ad res apud se depositas.
- 60 Iudex quando quis possit esse in sua vel suorum causa.
- 61 Præsumptio quod quis sit bonus, non attenditur vbi agitur de tertij præiudicio.
- 62 Pugnare aduersus duos, arduum & difficile.
- 63 Nemo solus sapit.
- 64 Consilia ingeniaq; multorum plurimum possunt.
- 65 Iudex in sua suorumue causa nemo debet esse.
- 66 Causa nostra, & causa nostrorum, paribus passibus ambulant. numero. 67. 68. 69. 74. 76. 77.
- 70 In iniuriarum causa, consanguinei eius, qui passus est iniuriam, nihilo magis sunt idonei testes, quàm is, qui passus est.
- 71 Metus, qui meis infertur, mihi inferri videtur. vide & num. 72.
- 73 Statutum ut non valet factum contra clericos, sic neque contra consanguineos eorum.
- 78 Non comparentem non modo excusat valetudo ipsius, sed & suorum consanguineorum.
- 79 Iurans defendere quenquam contra omnem hominem, se suosque consanguineos excipit.
- 80 Consanguinei nostri, sunt quodammodo pars corporis nostri.
- 81 Amantium cæca iudicia.
- 82 Consanguinitatis & amicitie herculeus nodus.
- 83 Episcopi, alioqui sancti, cæci sunt in suos nepotes.

T 3 Pontifices



- 84 Pontifices summi malè audiunt propter consanguineos.
- 85 Amor iudicium ignorat, ratione ferè caret, modum nescit, nec aliud cogitat quàm quod diligit.
- 86 Iudices non admittendos in sua, consanguineorumq; causa.
- 87 Paria esse, aliquid fieri contra legem, & sine lege.
- 89 Papa causam suorum alijs committere debet.
- 90 Consanguinei an & quando testes idonei, Alano.
- 91 Frater testis an fidem faciat.
- 92 Vxor, an & quando idonea sit testis pro marito.
- 93 Familiares & domestici an & quando ad testificandum admittantur.
- 94 Electus ad aliquem dignitatis gradum, virtutis nomine electus presumitur, ceterisque prestare.
- 95 Famuli tales habentur quales sunt domini, eorumque ferè mores representant, imitantur & expriment.
- 96 Simile simili gaudet.
- 97 Prelati si quid agant, à famulis in exemplum trahitur. & nume. 98.
- 99 Consuetudo multum momenti & virium habet tum ad deprauandos, tum ad corrigendos hominum mores.
- 100 Legatum se Papæ, vel principis dicenti, an & quando credatur.
Et quid si dicat se literas legationis amisisse. nume. 101.
- 102 Nuntio delegati citanti aliquem an quis credere teneatur sine literis commissionis.
- 103 Criminum inquisitio licet non concedatur, nisi precedente infamia, tamen si quis denuntietur à persona fidedigna, & superior famam vel infamiam ignoret, poterit super illis inquisitionem committere.
- 104 Liberrationum an & quando presumptione inducat pro ipso scribente & eius herede.
Et quid in scriptura priuata. nume. 105.
- 106 Testes singulares an & quando probent.
- 107 Testibus etiam verisimilia non deponentibus creditur, quando sunt valde digni.
- 108 Consilium nobilissimi & celeberrimi doctoris an excuset victum ab expensis.
Et an etiam id possit partis integritas. nume. 109. 110. 111.
- 112 Iuramentum calumnia non excusat ab expensis venientibus ex temeritate absque dolo & calumnia.
- 113 Heres non conficiens inuentarium, an, & quando non teneatur ultra vires hereditarias. & numero. 114.
- 115 Instrumentum cõfectum in longinqua regione ab ignoto tabellione, an et quãdo probet
- 216 Instrumenta producta à bono viro presumuntur vera.
- 117 Statutum etsi restringat facultatem probandi, ad vnam speciem probationis tantum possunt tamen testes spectata fidei produci, & admitti.
- 118 Conclusio in causa, & renuntiatio productionis testium equiparantur.
- 119 Leges magnificiunt probitatem, fidem et integritatem vnius hominis, & nu. 120. 122.
- 121 Testis vnius probitas & spectata fides supplet defectum contestis minus idonei.
Limit. nume. 124.
- 123 Testium certius numerus quando requiritur ad solennitatem vel substantiam actus aliorum testium integritas non supplet vnius defectum.
- 125 Notarij vnius integritas, an alterius defectum supplet.
- 126 Testium defectus suppletur per fidem & integritatem notarij.

Testis

- 127 Testis nota & spectata fidei potest dictum suum corrigere vsque ad publicacionem testium.
- 128 Testis dictum cum dubitatur an valeat, quando scilicet notarius, qui eum examinavit, scribit quod idem per omnia deposuit, atque alij testes indubitanter valet, modò sit bonæ famæ & opinionis.
- 129 Testis si dicat se aliter deposuisse, quàm scriptis exceperit notarius, vtri potius credendum.
- 130 Vite antea factæ qualitas excludit presumptionem furti, aut indicium aliàs sufficiens ad torturam.
Et quid si res furto sublata, reperiatur apud quempiam, virum alioquin spectata fidei numero. 131.
- 132 Testis dictum, non citati sed spontè deponentis, fidem facit quando persona est fidedigna.
- 133 Presentia alterius partis an necessaria in iuramento testis, cuius dicto necessario standum est.
- 134 Consultor an & quando teneatur iurare se rectè consulturum.
- 135 Xenocratis summa probitas & integritas, quanti ponderis fuerit apud Athenienses.
- 136 Testis iuratus deponere debet: alioquin eius dictum, nullum.
- 137 Testis non iuratus, vir spectata fidei presumptionem facit, aliorumque testium fidem corroborat.
- 138 Instrumentum exemplari potest per priuatam, eamque honestam personam, si publica desit.
- 139 Mercatores presumuntur fidei probate.
- 140 Mercatoris domus, veritas & æquitatis officina debet esse.
- 141 In mercatorum causis non conuenit de apicibus iuris disputare.
- 142 In mercatoribus exuberantissima fides requiritur.
- 143 Prelatus an possit suis consanguineis committere œconomiam ecclesiæ.
- 144 Iudicis assertioni an & quando standum in causis breuibus.
- 135 Notarius si omiserit apponere instrumento locum & tempus, an dolo id fecisse presumatur disting.
- 146 Iuramentum personæ honestæ sufficit ad probandum impedimentum.
- 147 Procurator constitutus ad exigendum, potest solutionem recipere, si bonæ fidei vir fuerit,
- 148 Laicus assumi potest in episcopum propter personæ integritatem et sanctimoniam.
- 149 Episcopi & literarum cognitione, & morum integritate pollere debent.
- 150 Dispensatur facile cum probis viris.
- 151 Romani in deferendis honoribus & magistratibus, quid spectarint.
- 152 Deus O. M. in prouincijs mandandis, ætatis rationem non habuit, sed prudentiæ & sanctimonie.
- 153 Vite probitas facit, vt quis excusetur à simonia & ambitu. & nu. 154.
- 255 Aduersarius in lite presumitur inimicus, nisi ille sit summæ sanctimonie.
- 156 Probitas cur in tanto pretio sit.
- 157 Vitium irrepit sub virtutis specie.
- 158 Probum neminem esse existimandum antequàm diu mores illius probentur.
- 159 Actus plures desiderari ad virtutis habitum.
- 160 Ver non facit vno hirundo, aut vnus dies.
- 161 Mercator non dicitur, ex vno actu negotiationis.

T 4 QVIN.





VINQVAGESIMOPRIMO, si vir alias optimis moribus, atque vitæ sanctimonia cōmendatus deliquerit, vt nemo vacat prorsum malo neque crimine, teste Simonide apud Sto bæum: & contra naturam penè est, vt quis sit sine peccato, vt testantur decreta canonica in §. nomine. 25. dist. vbi & glo. citat illud tritum:

Nemo sine crimine viuit.

est proculdubio cum eo clementiùs agēdum, vt est tex. elegans in l. non omnes. in prin. ff. de

re mili. vbi scribitur, non omnes in eodem genere peccati similiter esse puniendos, sed habere rationē antè actæ vitæ. quæ tex. ad hoc notat Alex. con. 121. viso processu. col. 2. ver. concurrir & alia. lib. 7. Et per illū tex. dicit glo. in c. si qui à simonia. in verbo, probare. 1. q. 1. eandem scilicet à pudico in impudicū trahat amorē: proximus enim est & facilis gradus ab amore spirituali & honesto ad carnalē & incōcessam venerē, vt testis est & idē locupletissimus Hieronymus in regula sanctimonialiū, ad Eustochiū. c. 18. & rursum in alia ad Rusticū epistola. & diuus Thomas Aquinas in opusculo de modo cōfiteđi & puritate cōscientiæ. in c. de periculo familiaritatis dominarū.

Igitur vt ad Virgilium & Didonem redeamus, illa quidem non sua spōte à principio de virtutis habitu deijcitur, sed vt ille ait, Veneris consilio, & cupidinis viribus, quod suprā prætermiseramus, ac postremò virtutibus, nobilitate generis, specie corporis, & suauiloquētia ipsius Aeneæ oppugnatur, interimque insurgit aduersum rationem appetitus, cūm scilicet

Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.

Multa viri virtus animo, multusq; recursat

Gentis honos, hærent in fixi pectore vultus,

Verbaque.

Huic vni potuit succumbere culpæ.

Veteris vestigiæ flammæ.

Cumque

Et cūm

Cūm sentit

Neque tamen vincit rationem appetitus, sed vincitur cūm dicit,

Sed mihi vel tellus optem prius ima debiscat,

Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbas,

Pallentes vmbas Herebi, noctemque profundam,

Antè pudor quàm te violem, aut tua iura resoluam.

Ille meos primus, qui me sibi iunxit, amores

Abstulit, ille habeat secum, seruetque sepulchro.

In quibus quidem ex temperata (qui est ipsius virtutis habitus) cōtinens dū taxat effecta est, nondum autem incontinens. Mota enim fuit vt iam dictū est, à principio Dido, vt Aeneam amet, tum virtute, quam vnā in vita cō-

templa-

templationi dedita intuemur, tum & his quæ humanis cœtibus nō solum bona, sed & summa bona existimabantur. Quis enim generis nobilitatem, quis formæ dignitatem, atque excellentiam, quis denique multo ornatu insignem orationem inter summa non adnumeret? Tandem verò cūm ad tot acerrimos hostes, blandæ sororis Annæ persuasiones accessissent, superior euasit appetitus, & rationem, quanuis inuitam & reluctantem traxit: factaque est demum mulier non prorsus intemperans, sed incōtinens, cūm illi suis Anna dicitis:

Incesum animum inflammavit amore,

Spemq; dedit dubiæ menti, solutque pudorem.

Postremò verò per ipsam incontinentiam obduxit habitum intemperantiæ: quod planè ostenditur, cūm demum dicitur:

Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem,

Quibus quidem monemur, quàm multi sint à virtutum habitu ad habitum vitiorum gradus quamque ægrè, & cum magna difficultate ab illis ad ista diuertimus, vt recenter ipsum vsu euenire præ difficultate & temporum intercapedine necesse sit.

Ex quo illud existit, quod Iurisconsulti solent dicere, eum qui bonus antea fuerit, nunc & bonum præsumi: rationemque antea vitæ considerandam esse, ad æstimanda metiendaque facta dictave hominum. l. vlt. in fi. ff. de actio. & oblig. & l. desertorem. §. is qui ad hostes. versi. sed & si ex improviso, ibi, inspecto eius vitæ præcedentis actu. & l. non omnes. in prin. & §. à barbaris. & quod ibi not. glo. ff. de re milit. & l. deinde. §. Julianus. ff. de libe. exhib. & l. diui fratres, post prin. ff. de liber. cau. & l. famosi. ff. ad leg. Iul. maieft. & l. vlt. iuncta glo. de questio. & l. 3. ff. de suspect. tut. & l. 1. C. si quis impe. maled. ibi, ex personis dicta pefamus. & c. madata. & c. cūm in iuuentute. in princ. de præsump. vbi nō est facile credendū eum qui diu se honestum & prouidum exhibuerit, statim fuisse ad eò immutatū, vt se vitijs turpiter contaminarit. & quod ibi dicit glo. & Bal. & c. in primis. 2. q. 1. ante fi. ibi nec ipsis de eo credendum, fuit, si vita & opinio eius talis antè non existit. & quod voluit glo. & docto. in l. 2. C. de furt. & Bald. post Ioan. And. id cap. dudum. eius initij 2. colum. vlt. de elec. & Guido Suza in tractatu de tormentis. colum. octaua, in paruis, versicul. item indiget. & quod per text. in dicto. §. ex barbaris. voluit Bald. in l. quotiens. §. sed etsi non in corpore, in princip. ff. de hæred. institu. & in l. 1. columna quinta, versiculo, nota quòd confessio. C. de confes. & con. 133. quæ dā mulier. in prin. 2. dubij. li. 1. et cōsi. 176. Cecilia recessit à Francisco. lib. 1. vbi dicit per illum tex. quòd rarò corrigitur quod venit in consuetudinē. & con. 410. in causa & quæstione Antonij. col. pe. lib. 2. & Io. Fab. in §. ius autem gentiū. col. pe. ver. item nota quòd si duo, Insti. de iur. nat. gent. & ciui. & Imo. con. 137. visa inquisitione. in fi. &

Rom.

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

GEDOS.USAL.ES

Rom. confi. 54. visis circa id. col. 2. versi. 4. idē probat. Quibus mire congruit dictum Ciceronianum supra relatum: & quod dicebat Epicurus, si Laetio credimus, Eum qui semel fuerit sapiens, in contrarium habitum transire non posse.

- 4 Sed iam de his satis superque. Nunc illis occurrendū esse operæpretium est, qui fortasse dicent satis absurdum videri, his tantūm tribui, qui boni viri putantur, vt illis passim credendum sit. & pro eorum actibus præsumendum: præsertim in aliorum magnum præiudicium. cū sint plerique qui veluti sepulchra dealbata (vt vtar verbis Dei Optimi Maximi) Matth. 23. longè alios quam sint, fronte & vultu mentiantur, & simulant: qui tametsi foris & in propatulo hominibus iusti appareāt, et probi atq; veluti, ἀναμάρτητοι, id est impeccabiles, intercutibus tamen vitijs madescunt: & vt idem Christus testis est, sunt pleni hypochrifi & iniquitate.

Qui curios simulant, & bacchanalia viuunt.

vt ait iuuenalis Saty. 2. Quique, vt dicit tex. in c. vt officium, post prin. de hæreti. lib. 6. sub agni specie lupum gerunt. De quibus etiam loquitur glo. in Illicitas. §. illicita ministeria. ff. de offic. præsid. & D. Hieronymus, cū dicit elegāter, Sæpe sub habitu ovis lupus delitescit. Et sanè fuerūt semper sunt que nostra tēpestate, & erunt postea, qui palliati, barbati incedunt, nomen sanctitatis tali habitu vsurpantes: vt non solūm philosophi habeātur, sed & deorum consiliarij, & cerimoniarū antistites sincerissimi existimentur: cū in re vera sint animalia spurca, & probra, & impostores sint mali & malitiosi, nulla re prorsus bona digni: foris tristes, domi dissoluti: vestitu philosophi, & factis, moribus spurcissimi, flagitiosissimi nequissimi. Quod ansam præbuit Iuuenali, vt id quod nuper citauimus, paulò pòd subiiciēs exclamaret:

Fronti nulla fides.

Idcirco Cicero in prima epistola ad Q. fratrem, periculosum esse arbitratur iudicare, probusne sit quispiā an improbus. Multis enim, vt ille dicit, simulationum inuolucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur vniuscuiusque natura: frons, oculi, vultus sæpe mentiuntur, oratio verò sæpissime. Et alibi in ea videlicet oratione, quam contra Lucium Pisonem dixit, in hunc modum exorsus est: Iamne vides bellua, iamne sentis, quæ sit hominum querela frontis tuæ? Nemo queritur Syrum nescio quem de grege nouitiorum factum esse consulem. Non enim color iste seruilis, non pillosæ genæ, non dentes putridi deceperunt: oculi, supercilia, frons, vultus denique, qui sermo quidem tacitus mentis est, hic in errorem homines impulit: hic eos quibus erat ignotus, decepit, hos fefellit: hic in fraudem induxit, &c. locus enim improprius est. rursusq; in alia oratione pro P. Sestio de eodem Pione loquens: Alter ò dij boni, quàm teter incedebat, quàm terribilis aspectu: vnum aliquem te ex barbatis illis exemplum imperij

veteris,

veteris, imaginē antiquitatis, columen Reip. diceris intueri. & paulò post: Nam quid ego de supercilio dicam, quod tamen hominibus non supercilium, sed pignus Reip. videbatur: tanta erat grauitas oculo, tanta contractio frontis, vt illo supercilio, tanquam virtutis vmbaculo niti videretur. Erat hic omnium sermone Reip. magnum firmumque subsidium. Et mox: Et enim animus eius vultu, flagitia parietibus tegebatur. Ex quibus verbis colligere licet, Pisonem tantam præ se probitatem ferre solitum, vt omnes hoc ipso deciperet: eum talem esse qualem se gerebat existimantes, cū tamen reuera esset omnium flagitiosissimus.

- 5 In quam etiā sententiam Origines Adamantius, qui dogmata disciplinasque philosophorum omnium propè tenuit, homilia in Lucam. 2. illud enarrans, Erant autem iusti ambo in conspectu Dei, ambulantes in omnibus mandatis, &c. sic in fi. eleganter simul & grauiter. Poterat simpliciter scribere, erant iusti ambo ambulantes in omnibus mandatis. Nunc autē necessariò additur, iusti ambo in conspectu Dei. Potest quippe fieri, vt sit aliquis iustus in conspectu hominū, sed non in cōspectu Dei. Et infra paucis interiectis, Beatus (inquit) qui in conspectu Dei iustus est, atque laudabilis: homines enim quanuis certum iudicium habere videantur: tamen nō possunt ad liquidum pronuntiare. Euenit quippe interdum, vt laudent eum, qui non est laudabilis: & ei detrahant, qui minimè detractio dignus est. Solus Deus & in laude et in vituperatione iustus est iudex: vnde dignè nūc additur, in laude iustorum, Erant iusti ambo in conspectu Dei. Quibus succinit & tex. in c. citius, in prin. de pœn. dist. 2. vbi sæpe homo multis occultè peccatis inuoluitur, qui in virtute magnus videtur.

- 6 Ex quibus exierunt multa à Græcis profecta prouerbia: quale illud est:

πολλοὶ βόκνοι, παῦροι δὲ γῆς ἀροτῆρες:

Qui tauros stimulent multi, sed rarus arator.

Et illud:

πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δὲ τε μάντιες ἄνδρες:

Plures thriobolos, paucos est cernere vates.

Cuius originem tradit post Zenodotum Erasmus Chiliade. 1. Cent. 7. c. 8. & 9. Item & aliud à Platone in Phædone vsurpatum:

πολλοὶ τοὶ κερθηκοφόροι, παῦροι δὲ τε βᾶκχοι.

Plures Tyrfigeros, paucos est cernere Bacchos.

Sed & Marcus Varro De re Rustica lib. 2. cap. 1. eandem sententiam extulit diuersa metaphora. Sed non omnes (inquit) qui habent citharam, sunt citharædi. Quibus palàm significatum, vt eleganter descripsit ipse Erasmus compluribus mortalium adesse virtutis insignia, aut etiam famam: qui tamē vera virtute vacent. Sed & quod magis mirandum sit plerique astrorū lege his astricti moribus, vt præ se ferant quod non sunt. scribit enim Fir-

micus

micus Maternus lib. Mat. eos qui in horoscopo habuerunt hæc dum, fucato aspectu, mentiri seueritatem, vt Catonis frontem: & institutum imitari videantur.

- 7 Proinde cum tot simulationum adumbrationibus mores hominum obuoluantur, & (vt ait Plinius lib. 3. Epistolarum ad Corneliam Hispullam scribens) vita hominum altos recessus magnasque latebras habeat, proptereaque sit vix cuique nisi soli Deo possibile, probum ab improbo, iustum ab iniusto, bonum sanctumque à malo atque prophano discernere: nobisq; multum immineat incommodi atque dispendij, si quod sæpissime euenit, probos atque sanctos, mentiente eorum vultu, existimabimus, qui omnibus vitijs atque facinoribus erunt deditissimi: videtur non tantum illis esse tribuendum, qui boni apparent, vt eis in maximum aliorum præiudicium temerè credamus: atque pro eis quidquid ipsi egerint, præsumamus, vsque adeò vt à iure communi recedamus, contra text. in c. miramur. 61. di. vbi in hæc verba scribitur: Non enim in cuiusque persona permittendum, quod institutis generalibus continetur. vbi gl. no. non esse propter personam à iure communi recedendum, in idque citat & alia iura, quæ inibi videre poteris.
- 8 Quibus adde & tex. in c. 1. 78. distin. vbi nullus est ante ætatem idoneam presbyter ordinandus, etiam si valde sit dignus. ideoque no. glo. ibi, non esse derogandum iuri communi propter personam. Adde item text. in cap. 1. vt lit. penden. vbi non tenuit subreptitia impetratio diui Thomæ Cantuariensis episcopi, propterea ex eo text. no. Bal. ibi in vlt. no. non esse propter vitæ meritum, à iuris communis dispositione discedendum. quod dictum sequitur & facit sing. Barba. confi. 18. præclare scriptum est, col. 10. libro. 2. sequitur etiam Iason, qui hoc dicit nunquam esse obliuiscendum, in l. qui iurisdictioni, col. vlt. versic. pro ista limitatione. ff. de iurisdic. om. iudi. Philip. Dec. in c. postremò, in fi. de appel. & in repe. c. decernimus. col. 15. versic. secunda conclusio, de iudi. & in c. at si clerici. col. 4. in 6. limitatione, eod. titu. vbi per hoc reprehendit post Barb. ibi, dictum Bal. in l. sed & reprobari. §. amplius. ff. de excusat. tut. vbi voluit per tex. ibi, in illis verbis, Maximè disciplinatus homo, quòd propter excellentiam hominis, receditur ab omni iure, omnique statuto. id quod reputat notatu dignum.
- 9 Quanquam hoc dictum Bal. ne id præmittamus, secuti fuerunt Rom. Alex. & Iason in l. cum quid. ff. si cert. pet. idè Rom. in repe. l. si verò. §. de vi ro. in 33. fal. ff. solut. matr. & si Barb. ibi còtrarius in proœm. Clemēt. in verb. salutem col. 11. versic. oēt auò, & seq. vbi ad hoc dicit sing. tex. in d. l. sed & reprobari. & Feli. in rub. de maiori. & obed. col. 3. & Iason in l. 1. col. 2. ff. de legib. vbi ad hoc facit sing. tex. in d. §. amplius.
- 10 Sed redeundo ad institutum, quod diximus, non esse recedendum à iure communi propter personæ meritum, comprobatur & ipse Baldus in capit. sedes.

- sedes. paulò ante finem, de rescrip. vbi dicit, quòd vbi quærimus de simplici iustitia, non curamus merita personarum, per l. cum pater. §. rogo. ff. de lega. 2. cui adde & optimum tex. à nemine, quem viderim (nisi me fallat obliuio) in eam rem annotatum, in c. mulier. in verbo, sancta. 2. 3. di. & quod dicit glo. in cle. ad nostram. in versic. secundo, per tex. ibi, de hæret. Neminem sanè esse adeò bonum & perfectum, quin legi subdit. & sequuntur Cardi. & Panor. ibi, & idem Panor. in c. solite. per illum tex. de maior. & obedi. & Imo. in rub. de constit. lib. 6. col. 3. Feli. in proœm. rex pacificus, post prin.
- 11 Idque quod no. voluit Bald. in cap. cum contingat, colum. 2. de rescript. quòd si quis dicit se appellasse vel procuratorem esse ad petendos apostolos, non ei creditur, licet sit vir præclaræ famæ, nisi legitimè doceat. Et idem Bal. in c. iuravit, col. 3. versic. item si esset aliquis. de probat. quòd post didiscita testificata, non admittendus est ad ferendum testimonium, etiam vir tantæ sanctimonix, vt nulla omnino esset subornationis suspicio. Et quod supra diximus ex Barba. autoritate, de hærede magnæ sanctimonix, qui non confecit inuentarium.
- 12 Et hanc quoque partem confirmat, quod supra adduximus ad probandum sanctimoniam, & virtutes hominum, plerunque ad dispensandum cum illis, contra iuris regulas prouocare. Nam cum sit opus dispensatione, satis demonstratur non id fieri ex iuris communis dispositione. Propterea Rom. con. 216. electio dicti domini. col. 2. versic. ceterum nec est dicendum. notat ex text. in c. innotuit. de elect. quem supra inter alia citauimus, quòd personæ honestas, vitæ probitas, & fama electi, non supplet defectum illegitimationis, ideoque necessariam esse dispensationem, vt ibi dicitur.
- 13 Quibus sigillatim ita respondendum esse dico. Primum ad id quod de graui aliorum præiudicio dictum est, illud quidem quod supra multorum autoritate comprobatum est, videlicet personarum sanctitatem atq; integritatem, multum habere ponderis contra generalia legum decreta, ita intelligendum esse atque procedere, nisi rei & negotij arduitas, & magnum aliorum præiudicium aliud suadeat: per id quod voluit Bal. in l. vnica, col. 3. in 2. oppo. ver. quid ergo est in codicibus mercatorum. C. de confes. standum esse priuatæ scripturæ mercatoris etiam pro se, & in articulo separato, quando est notabilis & fide digna persona, duntamen quantitas sit parua: aliàs secus. Cuius dicti autoritate subnixus Feli. in cap. literas. col. 36. versiculo primus est, de præsump. asserit nihil operari viri sanctitatem, in alterius præiudicium, quando causa est maximæ (vt dicit) importantiæ. Cui planè sententiæ consonat, quod no. voluerunt Anto. & Panor. in c. 2. & ibi latè ipse Feli. col. 3. versic. fallit tertio. de fide instru. intelligentes quod supra diximus, priuatam scripturam aut rationes defuncti, qui laudabiliter vixit, facere præsumptionem, &c. quando scilicet non est immodica quantitas.

titas. Neque longè abest quod dicit Bart. aut quisquis is fuit. in l. palatinos. C. de colla. fund. fisc. lib. ii. quòd etsi ambasiatori, qui est notabilis persona, aut Baiulo, qui notus est, debeat credi sine literis, procedit tamè, nisi agatur de magno præiudicio, per text. ibi, & in l. facultas. C. de iur. fisc. & l. misfi opinatores. C. de exact. tribut. eo. li. quod & sequitur Feli. in c. quod super his. col. 2. de fide instru. vbi & per hoc aliud dicit, quòd licèt Cardinali, aut alteri personæ, dicenti se legatum Papæ, credatur sine literis. c. nobilissimus. & ibi glo. 91. di. cum his quæ suprà allegauimus: hoc tamen intelligendum est, nisi ageretur de magno præiudicio. & idem dicit ipse Feli. in cap. ad euidenciam, col. 1. versi. limita omnes, de senten. excom.

14 Quin plus dicit glo. no. in c. sicut eod. titu. quòd dictum c. nobilissimus, intelligitur: cum nulli sit præiudicium, quam sequitur Panor. qui illam facit sing. & Feli. ibi, & idem Panor. in c. cum olim, eius initij. 1. col. vlt. versi. in eadem glosa de priuil. vbi & illam dicit no. & in c. cum in ecclesijs. de maior. obedi. & in d. c. 1. col. vlt. de iudic. & cap. cum in iure, & ibi Feli. in prin. de offic. deleg. & Angel. consi. 182. mandatum principis. & Philip. Corneus consi. 155. quanquam videatur, in si. lib. 1. & Feli. in cap. sicut. col. pe. versi. fallit quartò, de iudic.

15 Et facit quod voluit Bal. in addi. Specul. tit. de homici. versic. an mortuus febre. quòd non creditur soli medico dicenti vulneratum ex vulnere obijisse, etiam si sit bonus vir, cum agatur de magno præiudicio. Et quod dicit Panor. in c. 1. char. vlt. col. 1. versi. an autem in casu. de iudi. quòd si non constat de commissione iudicis, nuntius autem sit bonæ famæ, et agatur de modico præiudicio, præsumitur interuenisse commissio, per no. ab Inno. in c. 1. de cler. pereg. quæ suprà adduximus. Et quod post alios scribit Feli. in c. Albericus, col. vlt. de testi. quod in actu confecto à probo viro præsumitur interuenisse solennitas extrinseca, cum agitur de modico præiudicio, per no. ab ipso Inno. in d. c. 1.

16 Ex qua limitatione (vt vocamus) siue restrictione illud profectum videri potest, quòd cum anima omnibus rebus & causis sit anteponenda. l. sancimus nemini. C. de sacro. eccle. ideo vbi agitur de periculo animæ, nihil virorum sanctitas facit, vbi quippiam dixerint, aut præceperint: non illis antè credendum est, quàm sciamus illos à deo impetrasse quæ postulât, & tunc facere quod mandant: neque enim statim videri debet diuina maiestate concessum, quod fuerat humana pollicitatione promissum: vt scribitur in cap. si quis præpostera. 50. dist. vbi glo. vlt. ex eo. no. non esse statim credendum etiam bono viro. Ad quod etiam citat cap. ego solis. 9. dist. vbi & ad hoc est text. optimus, in hæc verba, Alios autem ita lege, vt quantalibet sanctitate polleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, & ibi no. glo. non esse considerandum quis dicat, sed quid dicatur. Ad quod etiam

allegat

allegat. c. standum. 19. di. vbi est text. huiusmodi: Adeò autem non requiritur, quis vel qualis prædicet, sed quid prædicet. & subdit glo. in d. c. ego solis, paulò post, non prodesse sanctitatem personæ, vt citius credas, per d. c. si quis præpostera. Denique diuus Thomas secunda secundæ q. 70. ar. 3. in fin. non esse de quolibet præsumendum bonum, vbi alterius imminet periculum ad hoc referens illud euangelicum: Nolite credere omni spiritui. & illud refert & sequitur Feli. in d. c. cum in iure. in prin. de offic. deleg.

17 Ad secundum, quando diximus iudicatu esse difficillimum bonusne sit quispiam, an malus, & plerosque videri probos, qui sunt improbi: dicendum est illud sanè, vt dictum est, sæpissime accidere. Verum nemo fuit tam peritu, sagaxque & egregius simulandi ac dissimulandi magister, atque artifex, quin breui præruptis atque exutis paulatim inuolucris, vel inuitus prodatur & detegat innata atque ingenita vitia, quæ aliquanto tempore dissimulauit. Nam vt libro 2. Officiorum scriptum reliquit Cicero, ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt: nec simulatum quicquam potest esse diuturnum. Et in ea oratione quam nuper citauimus, pro P. Sextio, cum illud dixisset, Et enim animus, vultus flagitia parietibus tegebantur, mox subiunxit, sed hæc obstructio non diuturna fuit. Sextus quoque Pythagoricus (is est quem citant decreta canonica in c. origo. 32. q. 4. in illis ipsis sententijs inibi relatis.) Nulla, inquit, dissimulatio multo tempore latebit. Quam & sententiam comprobatur Seneca ad Neronem De clementia: Nemo potest personam diu ferre fictam: ficta citò in naturam suam recidunt. Ideo Menandri sententia est, Latere vsque in finem ne putes, malus existens. Cui omnino simile est illud Platonicum lib. 2. De iusto, Difficile vt malus quis semper lateat.

18 Sed & huc pertinet nostrorum sententia, Res de facili in suam naturam reuertitur. ad quod allegat l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & cap. ab exordio. 35. di. & ad id quoque Maria. senior consi. 35. circa prædictam consultationem. col. 6. citat illud Seuerini:

Repetunt proprios quæque recursus,

Redituq; suo singula gaudent.

Et faciunt quæ alibi differemus, tempus esse parens veritatis, nihil quæ omnium rerum diutius celari posse. Et quod dicit Menander ipse in Oedipode, Tempus solum iustum virum ostendit.

19 Quæ cum ita sint, nemini sanè non erit explorata indubieque perfecta eius integritas, qui se probum atque honestum virum exhibuerit: non in vno actu solum, sed in pluribus: neque paruo quidem tempore, sed diutius vt omnis interim simulatio, si quæ esset, procul faceffat. Et ideo ex concilio Laodicensi, hi tantum ad ecclesiasticam dignitatem episcopi iubentur promoueri qui plurimo tempore probati fuerint, tam verbo fidei quàm rectæ

V 2 conuer-

conuersationis exemplo. c. episcopi. 24. di. Et antè Paulus ille electionis v̄s prohibuerat, Neophytum, id est, nouiter ad fidem conuersum, in episcopum ordinari. 1. ad Timot. 3. cap. & repetitur 48. di. per totum. Et alibi dicit glosa in cap. consuluit. decimasextima quæstio. quarta. ad id referens text. ibi, quòd Iudæis recenter nostræ religioni mancipatis non debent committi officia publica, sicut nec ipsis Iudæis, quasi nondum satis firma sit & probata huiusmodi virorum noua fides, virtutes ad delicti commissi veniam impetrandam prodesse.

20 Sed & est tex. non hoc minùs comprobans, in cap. eos qui. 1. quæst. septima. vbi remissiùs agitur cum simoniacò, quem aliàs vita commendat. Ad quod etiam Panor. existimat referendum tex. in cap. nisi specialis, de offic. deleg. vbi Papa cuidam remisit pœnam ob specialem quam erga eum habet dilectionem, ortam videlicet, vt ibi censet Panormit. ex ipsius, qui deliquerat virtutibus, & ita etiam interpretatur Barba. dicens illum text. ad hoc singul. in l. Titius. columna nona. ff. de verbor. oblig. quod & nos alibi diximus suprâ in decimasexta causa in fin. Et bene facit quod scribit Bald. in l. data, colum. prima. C. qui accu. poss. quòd iudex, dum pœnas imponit, debet respicere dignitatem, ætatem, & merita prioris vitæ, secundum no. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infra. & in l. & si seuerior. C. eo.

21 Ex hoc manare dicit Panor. in d. c. nisi specialis. & rursus in cap. cum quidam. columna prima. in fin. de iureiur. id quod post diuum Thomam secunda secundæ, quæstione. 186. articulo primo, addit Io. An. in cap. accusatus. §. vltimo, de hæret. libro sexto, quòd in eodem genere peccati religiosus peccans occultè & absque scandalo, non ex contemptu, nec contra votum religionis, peccat leuiùs, quàm secularis, nam ex multis bonis, quæ facit, absorbetur peccatum ipsius religiosi, si sit leue: & si sit mortale, faciliùs ab illo resurgit, propter intentionem quam habet erectam ad Deum. quæ licet ad horam offendatur, tamen de facili reparatur: sicut Petrus post culpam statim amarissimè fleuit, vt patet Matthæi. 27. et Dauid dixit psal. 50. Peccaui, & malum coram te feci. Ideo scribitur Prouerbiorum. 24. & repetitur in decretis canonicis in cap. septies, de pœn. distinctione tertia. Septies in die cadit iustus, & resurgit. Ergo licet iustus cadat, non tamen perdit nomen iusti, ex quo per bona opera illicò resurgit. Et propterea scribitur Psal. trigesimo sexto, Si ceciderit iustus, non collidetur, quia supponit Dominus manum suam. Et hoc quoque sequitur idem Panor. in cap. secundo. vbi est bonus text. & glossa de dol. & contu. & idem Panor. in cap. sed nec. ne cleri. vel mon. & Domi. in d. cap. accusatus. §. vlt. & cap. homo Christianus. 40. dist. & Feli. in d. c. cum quidam. in prin.

22 Et his succinit tex. in cap. talibus, de pœniten. distin. secunda, vbi talibus Deum diligentibus omnia cooperantur in bonum. & vsque adeò prorsus omnia,

omnia vt etiam si qui eorum veniant & exorbitant, etiam hoc ipsum facit eis proficere in bonum. & glosa ibi addit occasionaliter, quia fortiores resurgunt. allegat in argu. cap. considerandum, & c. fidelior. quinquagesima di. & c. mutare. 6. q. 1. qui canones loquuntur de Petro, qui fidelior factus est, postquam peccauit.

23 Adde & quod secundo Paralipo. decimonono capite, in prin. Iesu propheta regem Iosaphat in hæc verba alloquitur: Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum, amicitia iungeris: & idcirco iram quidem Domini merebaris. Sed bona opera inuenta sunt in te, eò quòd abstuleris lucos, &c. Ex quibus verbis faciliè percipitur peccata minui propter merita & virtutes: & Deum ipsum minus irasci his qui peccant, alioquin iustis & bonis. Sed & huc vergit illud Ezechie regis Iuda in eod. libro, cap. 30. Dominus propitiabitur cunctis, qui ex toto corde requirunt Dominum patrum suorum, & non imputabit eis, quòd minùs sanctificati sunt. Igitur si Dominus iustis probisque, qui aliquando peccarunt, sit propitius, illisque leuiùs succenset: id ipsum quoque & nos facere debemus, quos illius imitatores esse præcipit Diuus Paulus ad Ephesios cap. 5. vide Thomam in quarta distinctione. 22. quæstione. 1. capite quinto, & Baldum in lege prima. C. si ser. vendi.

24 Huc quoque pertinet locus Oratorum quem Deprecationem vocant, cuius in 49. causa, non semel meminimus, de quo Fabius oratorum (Ciceronem semper excipio) princeps, libro septimo Oratoriar. Institutio. cap. quo de qualitate differit, in hæc verba scribit: In senatu, & apud populum, apud principem, & vbi cunque iuris clementia est habere locum Deprecationem, in qua plurimum valent ex ipso, qui reus est, hæc tria: in vita præcedente, si innocens, si bene meritus, si spes in futurum innocenter victuri, & in aliquo vsui futuri. Et ante eum Tullius, siue is Cornificius fuit, siue item alius in libro primo Rhetoricorum ad Herennium: Deprecatio est (ait) cum peccasse & consultò reus fecisse confitetur: & tamen postulat, vt sui misereatur. hoc in iudicio non potest ferè vsu venire, nisi quando pro eo dicimus cuius multa recta esse constat. Et iterum libro secundo, Deprecatione (inquit) vttemur, cum fatebimur nos peccasse: neque id imprudenter, aut fortuito, aut necessariò fecisse dicemus: & tamen ignosci nobis postulamus. Hic ignoscendi ratio quæritur ex his locis: si plura aut maiora officia, quàm maleficia videbuntur constare: si qua virtus aut nobilitas erit, in eo qui supplicabit: si qua spes erit vsui futura: si sine supplicio discesserit: si ille supplex, mansuetus & misericors in potestatibus ostendetur fuisse. Hoc loco vsus est Quintilianus auus Declamatione 310. inquit in fin. Qualecunque crimen donari meritis, donari virtuti potest.

25 Quid: quod aliàs in multis iuris articulis, à regulis ipsius iuris communis

V 3 disce-

discedimus: multa que specialia (vt loquimur) introducta sunt ob merita, probosque mores, atq; virtutes personarum: (vt sic loquamur cum nostris) in qua re quia latissimè patet, estque admodum utilis, paulò longiùs expatiabimur, vt etiam legentes cognoscant, quanti leges nostræ, legumq; interpretes bonos probosque viros faciant.

26 In primis occurrit, vt ferè semper obuia est in legum commentarijs, glosa in lege Titio fundus. ff. de condition. & demonstratio. Ex qua illud assumitur, quòd & si non debemus alterius assertioni facilè, citoque temerè credere lege prima. §. dolum. ff. de eo per quem fac. erit & lege tertia. §. sed si sic accepit. ff. de in rem verso. & in l. secunda. ff. quod fal. tut. auth. & lege, nimia credulitate. C. de actioni. & obligatio. & lege, sicut. & ibi Baldus in fin. C. de fide instrumentor. & capit. si quis præposcens. quinquagesima distinctione. & capit. si quid ergo. octuagesima sexta, distinctione. qui textus etiam repetitur decima quinta quæst. septima. & rursus in capit. licet Hely, versiculo nam iuxta, de simonia. & ad capit. Deus optimus. secunda quæstione prima. & capit. nullum. tertia quæstione quinta & capit. visis literis, in fin. ibi, nimis factus credulus decima sexta quæst. secunda. Idque est quod dicit vulgaris ille non tamen contemnendus author.

Nil timere credideris,

Et alibi:

Noli tu quidem referenti credere semper.

Et Q. Cicero M. Tullij frater de petitione consulatus, Illud (inquit) teneto neruos atque artus esse sapientiæ, non temerè credere. Ouidius quoque lib. 3. de Arte amandi:

*Nec citò crederis, quantum enim credere lædat,
Exemplum nobis non leue Mopsus erit.*

Et Iesus ille filius Syrach, vir quidem sapientissimus, in Ecclesiastico, capit. decimonono, Qui citò (inquit) credit, leuis est corde. Quam sententiam citat Felin. in capit. cum contingat, columna penultima, in fin. de rescript. Propterea dicebat glosa in capit. omnibus. in verbo, bonis. secunda quæstione quinta, eos leues esse, qui citò crederent. Cui & simile illud est, quod diuus Hieronymus in regula sanctorum ad Eustochium, capit. decimosexto scribit: non omnibus qui loquuntur, sis facilis ad credendum. leuitas enim in credendo, leuem denotat mentem. Adde quòd credulitas, si Fulgentio credimus, est mater deceptionum. Ex quibus manifestum

festum est, non esse nimis leuiter alteri credendum, neq; auditis fidem temerè præstandam.

27 Tamen quoniam (vt scribit Seneca ad Lucilium epistola 1, quem allegat Felin. vbi supra) vtrunque vitium est, & omnibus credere, & nulli: idcirco quod dictum est, alteri non esse facilè credendum, ita intelligendum omnes censent, nisi is sit probus & fidedignus, auctoritate illius glo. in d. l. Titio fundus, in verb. actiones, ante fin. quam notat, & dicit menti tenendam Bar. ibi: vide Bald. & Ang. et Paul. cast. qui dicit illam glos. semper ad hoc allegari idem Bar. in l. non solum. §. mortis autem, colum. 16. versi. nunc videamus. et ibi etiam Roma. ff. de noui oper. nuntia. Alber. Bald. in lect. antiqu. Ange. Paul. Cast. Rom. Iason in l. 1. ff. de eo per quem factum erit. inter quos Ange. dicit illam gloss. valde not. ipse Bald. in l. iudicia. in 4. quæstio. C. de rei vendi. vbi per illam dicit, quòd dictum legalis & notabilis viri adeò præbet iustam causam credendi, vt etiam ex eo iudicetur iustus titulus sufficiens ad præscriptionem. Eandem quoq; gloss. ponderat idem Bal. cõ fil. 144. præsupposito communis Papiæ statuto, colum. 2. libro primo: vbi per eam dicit, quòd credere bono viro, non est facere aliquid contra ius naturale. et ipse Bald. consilio. 463. statuto communis Papiæ præsupposito, col. 3. lib. item. 3. (vide num idem sit cū præcedenti) et rursus cõ fil. 436. cui idem est vt præcedentis exordium, libr. 5. et in ea. cum contingat. col. 2. versi. dic quòd dictum. et ibi Panor. col. 1. de rescrip. vbi ipse Bald. dicit per eam glo. quòd dictum vnus probi et discreti viri inducit credulitatem, et ibi omnino vide Felin. col. 3. et seq. et idem Bald. in ea. veniens. huius initij. 1. versi. oppono vltèriùs. de testib. et in cap. sanctorum. de præscript. vbi not. dicit per illam glo. quòd ex dicto vnus boni viri causatur bona fides, id est, iusta credulitas. Quod et idem dicit ipse Bald. ea tamen gloss. non citata, consilio. 178. quando sapiens consuluit, in fin. libro quarto. et ante eum hoc idem scripserat Cyn. post Iacob. Aret. in l. prima. in quarta quæstione, vbi etiam Bald. colum. vltim. C. de serui. et aqua. vbi tamen nullus etiam illam gloss. allegat.

28 Cui nequitiam dissimile est, quòd licet emens ab alio tanquam executore testamenti, aut aliàs nomine alieno, præsumatur mala fide & temerè emisse, nisi probet illum vendentem fuisse executorem, aut aliàs huiusmodi, qualem dicit, vt voluit glossa in lege prima. C. de rebus alie. non ali. & est textus in lege vltima. ff. pro emptore. Si tamen se probet hoc à fidedignis audiuisse, præsumitur ob id adeò bona fide emisse, vt possit præscribere, vt voluit ipse Bal. in d. l. 1. versi. sed pone quòd aliquis emit. C. de reb. alie. non ali. quem sequitur Salic. ibi, & ante illum dixerat Barto. in l. qui fundum. §. procurator. et in d. l. vlt. ff. pro empt. et sequitur Alex. cõ fil. 1. ponderatis his, colum. vltim. versi. circa secundum. libro. 4. et Felin. in d. cap.

V 4 cum

cùm contingat, colū. ante fin. primæ conclusionis. & in ca. de quarta, col. 8. in prima doctrina, de præscript. & in ca. sicut, col. 17. de re iudi. & Hippo. Marsil. in l. si quis ne quæstio. colum. 19. versic. vlt. hinc habemus. ff. de quæstio. quod dictum nihil à præcedenti differt, nisi quòd in plurali de fidedignis loquitur.

- 29 Sed vt ad nostram glo. in d. l. Titio fundus, reuertamur, eandem quoq; notant & sequuntur Angel. in l. mariti. §. plectitur. ff. de adult. vbi per eam dicit, quòd non dicitur nimium credulus, qui credit homini fidedigno, Petr. de Anc. in ca. vlt. de appel. Rom. cõsi. 6. quod dicta intimatio. vbi illam quoq; dicit not. Paul. Cast. cõsi. 144. viso processu & attestationibus. colū. pen. lib. 2. & Franc. Curr. senior, & Iason vterq; in repet. l. admonedi, hic colū. 78. versic. ille. ff. de iureiur. idem Curtius qui illam glo. dicit sing. cõsil. 72. princeps defunctus, col. 9. versic. restant duæ difficultates. alter Fran. Curtius iunior cõsi. 19. viso ac diligenter considerato processu, col. 3. vbi et eam pronot. allegat. & Franc. Aret. cõsi. 35. viso themate, col. vlt. & cõsi. 102. in causa et quæstione vertente, col. 6. versic. dicemus igitur. & cõsi. 154. consultatio proposita, col. vlt. libr. 1. quod errore impressorum repetitur in cõsi. 30. libro. 2. idem Alex. cõsi. 75. videtur in præsentia consultatione prima facie dicendū col. 3. versic. ergo cùm ratio, in fin. libr. 5. & cõsi. 80. visis themate superscripto & instrumento. col. 3. versic. & non obstat, eo. lib. 5. & cõsi. visis attestationibus, col. 3. versic. sentio in super, lib. 7. Barb. in l. sciendū. col. 40. ff. de ver. obli. vbi eam dicit optimam, & in l. sed si ex stipulatu, col. 8. eo. tit. vbi eam appellat celebrem. & cõsi. 27. scripsit doctissimus apud Græcos, col. antepe. lib. 1. & cõsi. clementissimi Dei patris. col. 13. libr. 2. & cõsi. 12. præclare scribitur sapientia. col. 4. eod. lib. 2. & cõsi. 18. præclare scriptum est apud psalmistam col. 9. versic. eo. lib. 2. vbi eam glo. dicit elegantem. & cõsi. 29. altissimi optimi Dei col. pen. eo. lib. 2. vbi eam dicit valde sing. & cõsi. 67. clementissimi Dei patris. col. pen. in fi. eod. lib. 2. vbi dicit elegantem. & cõsi. 41. Deum inuocent adiutorem, col. 4. versic. eo. libr. 2. vbi dicit esse meliorem de iure. & cõsil. 1. magnus scripsit Psalmista, col. 25. lib. 3. vbi eam etiam facit sing. & cõsi. 46. illud adducam quod præclare, col. antepe. lib. 4. & cõsi. 51. clementissimum Deum, col. 4. eod. lib. 4. vbi eam pro solenni allegat. & cõ. 27. præclare scribitur. 3. Regum, col. 2. eod. lib. 4. Lanfran. in repe. ca. quoniam contra falsam in materia testiū, ver. circa præmissa cadit vnū no. de proba. vbi eam gl. facit sing. Soci. qui illam dicit not. cõsi. 11. in causa dominæ Catharinæ, col. vlt. li. 3. Feli. in d. c. de quarta. quo loco supra citauimus, de præscrip. et in c. super his. in fin. de accus. et in ca. licet Hely. colum. secunda, versic. tertio limita. et iterum in ca. per tuas. colum. 1. de simo. Philip. Decius consilio. 178. in causa quæ proponitur, colum. tertia. et consilio. 192. in casu proposito, colum. secunda. vbi eam glosam pro notabili allegat. et Hippol. Marsil. in repetit. rub.

rub. C. de probat. colum. 65. versic. adducebam etiam. & in l. 1. §. ad quæstionem, col. 3. versic. & pro hoc dicto. ff. de quæstio. & infinitis propè locis illā gloss. ad hoc annotatam comperies.

- 30 Et idem certè quod illa glos. voluit, ea tamen non citata, Barto. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in 8. quæstio. in fin. & post eum Alex. ff. de noui oper. nuntia. vbi habetur id quod dicitur à fidedignis, habere iustam causam credulitatis. ad quod allegat Cyn. in d. l. 1. de seruit. quod & idem voluit Panor. in d. ca. cū contingat. de rescript. & in ca. cura, col. vlt. in duobus locis, de iure patro. (vide ibi Inno.) & Franc. Aret. cõsi. 102. in caus. & quæst. col. antepe. in duobus locis. Et alibi Bart. ipse in l. 1. col. 2. versic. vlt. procedo. ff. ad Turpil. dicit quòd iustus error est credere fidedignis. quod & idem dicit in l. athletas. §. calumniator. vbi etiam Ang. ff. de his qui no. infa. vbi dicit ipse Bar. eum excusari à calumnia, qui instigantibus personis fidedignis, & quibus verisimiliter debuit credere, accusauit. quod & ipsum dicit in l. athletas. ff. de fal. vbi subiungit id esse notandum pro sindicis comitatus, qui ad aliorum instigationem maleficia denūtiāt, vt videlicet debeāt credere vel non credere instigantibus, secundum qualitatem personarum. & idem quoq; dicit ipse Bar. in l. vlt. ad fi. ff. de hered. instit. in l. 1. §. hoc interdicto. col. 3. versic. venio ad sequentem glo. ff. de itin. actuque priua. & Bald. in ca. quoniam contra falsam. col. 9. versic. extra quæro, de proba. vbi loquens in singulari, dicit instigatorem fidedignum excusare à calumnia. & Ange. in l. miles. §. mulier, in fi. ff. de adult. & in l. 2. C. de calum. Inno. Pano. & Felin. in ca. 2. eo. tit. vbi Pan. dicit ad hoc facere tex. in c. inquisitionis, de sentē. excōm. idem Pan. cõsi. 78. viso toto processu, col. vlt. ver. sed nō instando. li. 1. Fran. Aret. in l. cū quidam. §. quod dicitur. col. 2. ff. de acquir. hæred.
- 31 Nec minùs in hac parte notanda est alia gl. in ca. sicut. in glo. vlti. de accus. quæ nominatim voluit honestæ personæ meritò esse credendum, & alia item in ca. cupientes. post prin. in verbo, notitiam, de elect. lib. 6. quæ dicit videri notitiam certam esse, & indubitatum eius rei, quam à fidedignis accipimus. propterea consuluit Petr. Anc. cõsi. 24. visa inquisitione formata contra Philippinum, col. 2. versic. postremò aduertendum, quòd nō debent puniri de falso testes qui deposuerunt se id scire, quòd à viro optimæ famæ & opinionis audiuerant: quòd dictum vt singul. & valde cordi tenendū citat & sequitur Iason in d. l. 1. col. vlt. ff. de eo per quem fac. & rursum in d. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. col. 8. versic. secundò in quantum. ff. de oper. no. nun. Cui accedit quod scribit Domi. in ca. de capitulis, per illum tex. 10. dist. quòd quis dicitur pro certo scire, quādo est certificatus ab vno notabili viro & fidedigno. Ad quod etiā allegat d. ca. sicut pro certo. de simo. & hoc quoq; sequitur Iason in d. l. 1. col. pen. versic. secundò limita. & in d. §. si quis ipsi prætori. col. 7. & in l. properandum. §. si autem alterutra, colū. 4.

in 6. conclusionē. C. de iudic. & Franc. Cur. senior. cōsi. 72. et idem voluit loquens tamen pluraliter de fidedignis, Roma. cōsi. 403. pro decisione, col. pe. versi. secundò quia ad hoc.

32 His finitimum est quod scriptis prodidit Lapsus ille consistorialis aduocatus, cuius autoritas magna est, vt tradit Rom. sing. 39. quod incipit, An habens. Is in allegatione cuius est principium, factum super quo iure consilium petitur, tale proponitur, longè lateq; probat, assertionem hominis fidedigni excusare: propterea excusandum esse religiosum à pœna clemē. 1. de priuil. qui credit matronæ graui & fidedignæ, dicenti aliquam habere licentiam (vt loquitur) à proprio sacerdote. quod dictum sequitur Feli. in d. cap. cum contingat. col. 4. de rescript.

33 Confimile est quod tradit Petr. Paludan. insignis Theologus in 4. Sententiarum dist. 18. q. 6. me semper teneri eum vitare quem semel sciui esse excōmunicatum, nisi de absolutione legitimè constiterit, vt est tex. ad literam in d. ca. sicut. de sentē. excō. Tamen si ille sit multum fidedignus, & dicat se absolutū, videtur satis constare de eius absolutione: ideoq; non peccat, si cū illo conuerfor. Et hoc sequitur consummatissimus nostra tēpestate Theologus Adrianus Florentinus in quæstionibus quas elegantissimè in 4. Sententiarum conscripsit. quo loco de clauibus disserit, in 7. exceptione eorum qui licitè possunt excōmunicatis cōmunicare.

34 Quibus haud dubiè respondet tex. elegans et in penitissimis iuris studio forum præcordijs recondendus, in l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. in illis verbis, Si bonus antè existimatus est, propè est, vt affirmationi eius credatur, per quem tex. dicit pulchrè Bald. in l. vniuersi. C. de veſtig. quod omnis bonus vir est maximum indicium, vt credatur eius iuramento. et tex. in ca. 1. de cleri. per sal. promo. & quod ibi not. Panor. in 2. no. & in ca. cum in tua. de sponsa. ibi, Si persona grauis, cui fides adhibenda. & in ca. talia. 8. quæstione quarta. ibi, quia de memorati viri testimonio dubitare omnino non possumus.

35 Et omnia hæc breui sententia conclusit Isocrates ille & Philosophus & orator nobilis: cuius domus (vt scribit Cicero) cunetæ Græciæ quasi ludus quidam patuit & officina dicendi: & ex cuius schola tanquã ex equo Troiano multi proceres prodierunt. Isocrates igitur in diuinis illis præceptis q̄ ad Dæmonicum Hipponici filium scripta reliquit, Velim (inquit) existimes æquè ducere ita improbis non adhibere fidem, vt bonis credere.

36 Nec hinc longè distat text. in pectore memori reponendus, in l. à bonæ fidei. ff. de rei vendi. vbi si à possessore bonæ fidei fugerit seruus, qui integræ opinionis videbatur, vt custodiri non debuerit, absoluendus est possessor. vbi Angel. per illum text. & per glo. in d. l. Titio fundus. dicit se excusauisse in syndicatu quendā potestatem, qui nobili viro quiq; reputabatur integræ

integræ opinionis et sinceræ fidei, palatium pro carcere assignauerat, à quo tandem aufugit. Et illum tex. pro sing. citat Barb. in d. l. si ex stipulatu. col. 8. ff. de verb. oblig. vbi & approbat & sequitur illud dictum Angel. sicut etiam facit idem Barb. d. consi. tertio. colum. 13. versi. cum ergo libro. 2. & d. consi. 18. colum. 9. versicu. eodem libro secundo & dict. consi. 29. column. pen. eod. lib. 2. & d. cōsi. 46. libr. 4. vbi & illum tex. dicit esse solennem. et in tracta. de præstantia Card. in 1. q. par. 2. membro. 1. ad fi. & Fran. Cur. senior in repetit. l. ad monendi. col. 48. versi. & ideo. ff. de iureiur. vbi hoc dictum allegat pro mirabili, & Feli. in d. ca. cum contingat. col. 3. versi. prima cōclusio. de rescript. & Iason in authen. iubemus. col. vlt. in 6. simili. C. de iudi. & in l. si pecuniam. col. vlt. ad fi. ff. de condiſt. ob caus. vbi & illud dictū pro sing. & illum tex. pro not. adducit.

37 Et eodē fermè pertinet tex. no. in l. 1. §. his autem. ff. de ripa muni. vbi qui ripam vult munire, de damno futuro debet vel cauere, vel satisdare, secundum qualitatem personæ: vt si honestæ probatæq; vitæ fuerit, vt ibi annotat glo. sufficiat cautio: alioquin satisdatio requiritur. Quæ glo. ad hoc allegari solet, quod cautio pro satisdatione est, si is qui satisdare debet, sit honestæ & probatæ vitæ. & ad hoc eam sing. dicit Bald. in cap. 2. col. 3. versi. quero iterum vtrum si dubitetur de. in fin. ipsius versi. de iudic. vbi & per eam eleganter dicit, quod ipsa animi virtus pro satisdatione est, & alibi idem Bal. citat illam gl. pro multum not. & ordin. in rub. de eo qui mit. in poss. in fin. & cōsi. 176. Cecilia recessit. lib. 1. & illam quoque sequitur Barb. cōsi. 3. col. 3. lib. 2. & cō. 9. præclare scribitur. col. antep. in fi. eo. lib. 2. & d. cō. fil. 11. illud asseram in medium. col. 11. versi. & fortè non esset. eo. lib. 2. & cō. fil. 29. col. pen. eod. quoq; lib. 2. vbi eam item dicit sing. & in ca. cū R. canonicus. col. 2. versi. amplius dico de offic. deleg. & Iason in l. 1. col. pen. versic. quintò facit. ff. qui satisd. cog. vbi eam dicit not. & in l. diuortio. §. interdū. col. 3. versi. quinto allego. ff. solu. matr. & in l. si quis stipulatus sit. §. vlt. in 1. not. ff. de verb. oblig. & Feli. in ca. ad hoc. de sentent. excom. & in ca. super his. col. pen. de accus. vbi eam etiam facit sing.

38 Ad cuius sententiæ comprobationem citant plerique quod in simili à Barto. vt dicunt, scriptum est in l. quicumque, eius initij 2. per illum text. C. de fun. patr. lib. 11. quod vbi ex forma statuti tenetur aliquis satisdare, antequam acceptet officium potestatis, tamē si est idoneus, crederetur soli cautioni, cū generali hypotheca bonorū, quanuis tamen tex. ibi & Barto. (si is fuit, nam de hoc dubitatū est, vt latissimè scripsimus in nostris legibus Cōnubialibus. l. 1. nu. 35. incip. sed illud te. et seq. de quo statim dicemus) loquuntur in idoneo facultatibus, non moribus, de quibus est nostra hæc dissertatio. Et hoc tamen intelligi potest magis credi bono viro, quàm diuiti. Ille enim etiam cū satisdatio requiritur, simpliciter cauendo liberatur: hic

non,



non, nisi cum hypotheca bonorum. Idem quoque nisi quod de hypotheca bonorum loquitur, tenet idem Bar. aut quisquis is fuit, in l. pe. C. de muril. cod. lib. 11. vbi & ad hoc allegat d. l. quicumque.

39 Illud autem dictum (ne id repente relinquamus sine examine, posteaquam in hanc rem à nonnullis adducitur) sequitur Ioã. Pla. in d. l. quicumque et Roma. cõsi. 67. viso themate, col. 2. versi. tertio hoc ipso. vbi & ad hoc allegat textum. in l. de creationibus. §. fin. autem. C. de Episc. audi. iuncta gl. in verbo, sufficiente, quæ dicit quod diuitiæ excusant à satisfactioe. Sequitur & Pau. Cast. in d. l. diuortio. §. interdum. & in l. 1. ff. qui satisfactio cog. & Alex. in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudi. vbi hoc dictum pro not. allegat. & cõsi. 37. viso & opportunè discussio, col. 4. versi. plus dicit Bar. lib. 2. & Fel. in d. c. ad hæc. de sent. excõ. & Iason in d. l. sancimus. col. 2. in 5. fal. C. de verb. signi. vbi hoc dictum dicit sing. & latissimè in d. §. interdum. et in d. l. 1. col. 4. versi. adde quantum casum. ff. qui satisfactio cog. in quibus locis abundè refellit Alex. sibi contrariū. & Fran. Aret. contra huiusmodi Bar. sententiã tenentes: vtrunque quidem in d. §. interdum. et Alex. in d. l. 1. & eorum rationibus subtiliter respondet. Nouissimè tamen Ioã. Sadoletus in d. l. 1. approbans opi. Alex. ibi. ad Iaso. fundamenta respondet, & illius responsionè congruis rationibus evertit. vter autem iustius arma induerit, studiosis iudicandū relinquo, neque enim admodum pertinet ad hanc nostram tractationem.

40 Sed propiùs veniamus ad institutum. Ad eam gloss. in d. l. 1. §. is autem. ff. de rip. muni. accedit & quidè propiùs, quàm illud Bar. aut alterius, quisquis is fuerit, dictum in d. l. quicumque (nam vt iam diximus, nihil fermè ad rem facit) alia glo. illi non multum absimilis in l. pen. in glo. vlt. ff. de peti. hære. quæ vult, quod cauere tantum debet, qui non suspectus est satisfactioe quam etiam glo. valde sing. dicit Iason in l. sancimus. col. vlt. C. de verbo. signi. & Anto. Corse. in suis sing. in verbo, cautio. & in repet. c. si grandi. col. 16. versi. de supp. neg. præ. lib. 6.

41 Et vtriq; quidem glo. calculum adijcit tex. elegans, nec vno digito notandus in l. legitimos. ff. de legit. tut. vbi quãuis aliàs legitimi tutores debeant satisfactioe, idq; maximè suadeat fauor & vtilitas pupillorum: si tamen persona sit honesta, ei remittitur satisfactio, per quem tex. no. Bald. ibi in 2. no. quod si persona tutoris legitimi sit multum fida & honesta, remittitur ei satisfactio. Et in 3. quoque not. quod persona honesta à satisfactioe liberatur. Cui & germanum est, quod per gl. in d. §. is autem, dicit idem Bal. in l. abstinentium. C. quo. appel. nõ recip. quod si statutum dicat condemnatum debere satisfactioe secundum qualitatem personæ, licet illud verbū satisfactioe, intelligatur cum fideiussore, d. l. 1. ff. qui satisfactio cog. tamen si quispiã sit honestæ & probatæ vitæ, sufficit iuratoria cautio.

42 Huc quoque peculiariter spectat tex. not. in l. si quis stipulatus sit Stichum. §. vltim.

vlti. ff. de verb. oblig. cum dicitur in fin. quod plerunque idonei non tam patrimonio, quàm fide æstimatur, vbi & Paul. Cast. per illum textum dicit, quod qui pauper est, nullaq; possidet immobilia, tamen est persona probatæ fidei, & consueta seruare promissa, est idoneus fideiussor. Quod dictum dicit multum sing. Hippo. Marfil. in l. 1. §. ad quæstionem. col. 3. ff. de quæstio. Alex. in l. 2. versi. item limita. ff. qui satisfactio cog. vbi Iason in 3. fal. sequitur, & pro eo nimirum facit elegans dictum Bald. in l. precibus col. 6. C. de impub. & alijs substi. quod idoneus est, quem virtus probat: per tex. in l. 1. C. de condi. in pub. hor. lib. 10.

43 Illud tamen dictum Pau. Cast. reprobatur Alex. in d. l. 2. & Fran. Aret. & Iason sibi contrarius in d. l. si quis stipulatus, ea potissimum ratione, quia nõ satis esset cautum atq; consultum ei, cui vir pauper alioquin fidus esset fideiussor datus, prout esse debet. §. exceptio. Instit. de repl. nam si iste fideiussor moreretur, forsitan hæres ipsius non esset huiusmodi, qualis fuit: quia sæpe legali & probo viro succedit illegalis & improbus l. generaliter. in prin. C. de reb. cred. & quod ibi not. Bald. in 2. no. & ex bonis plerunq; mali nascuntur. ca. recurat. 32. q. 4. Quinetiam dicebat Demosthenes ille eloquentiæ Græcæ columen, à viris egregijs proinde quasi fato quodã id accidat improbos proficisci filios. Huius hæc verba sunt: τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὠπερ εἰμαρμένη εἶναι, φαύλους ἀποβαίνειν τὸς υἱὸς. Quæ ipsa retulit Aristides in Cimone cuius interpres in eam sententiã citat prouerbiū: Ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα, πῆμαται: Virorum heroum filij, noxæ. quo significatur præstantium virorum filios multum solere à progenitorum moribus abesse. In quam etiam sententiã est istud Euripidis in Heraclidis:

Ἐνα γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσως,
εὖροις, ἀρὸς ἐστὶ μὴ χείρων πατρὸς.

Quod sic vertit Erasmus.

Vnum forsitan inter plurimos.

Inueneris, qui patre non sit nequior

Illud quoque Homericæ Mineræ Thelemachum alloquentis lib. 2. Odissæ.

Γαῦροι γὰρ τοὶ παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται:
οἱ πλεονες κακίους, παῦροι ἢ τε παῖδες ἀρείους:

Pauci enim filij similes patri sunt:

Plures peiores, pauci autem patre meliores.

44 Propterea Aelius Spartianus in vita Seueri imperatoris: Constat (inquit Diocletianum alloquens) Auguste, neminem propè magnorum virorum optimum & vtilem filium reliquisse. Deniq; aut sine liberis viri interierunt: aut tales habuerunt pleriq; vt melius fuerit de rebus humanis sine posteritate discedere, & vt ordiamur à Romulo, hic nihil liberorum reliquit, nihil Numa Pompilius, quod vtile posset esse Reipub. Quid Camillus? num sui similes liberòs habuit? Quid Scipio? Quid Catones, qui magni fuerunt:

X Jam

Iam verò quid de Homero, Demosthene, Virgilio, Crispo, Teretio, Plauto, cæterisq; alijs loquar? Quid de Cæsare? Quid de Tullio? cui soli melius fuerat liberos non habere? Quid de Augusto? qui nec adoptiuū bonum filiū habuit, cū illi eligendi potestas fuisset ex omnibus? Falsus est etiā ipse Traianus in suo municipe ac nepote deligendo. sed vt omittamus adoptiuos, ne nobis Antonini Pius & Marcus numina Reip. occurrant, veniamus ad gentes. Quid Marco felicius fuisset, si Cōmodum non reliquisset heredem? Quid Seuero septimo, si Balsianum non genuisset? Hæc Spartianus nō minùs grauitèr, quàm dolenter. Et est apud Valerium Maximum titulus, De his qui à parentibus claris degenerant.

45 E nostris quoq; Bald. in ca. 1. col. 4. vers. ampliùs queritur. de iudi. in 3. lectu. dicit, quòd non est eadē persona patris et filij in prudentia & fide: imò à cōmuniter (inquit) accidentibus nimis sapiens generat stolidos, vt dicit pater in Roboam filio Salomōis, quo nomine nō temerè à philosophis quaesitum est, cur ex viris sapientibus plerunq; ignaui ac dementes oriantur. cuius rei problema est apud Alexandrum Aphrodisæum, & philosophū & medicum præstantissimum lib. 1. proble. ca. 2. aut ex aliorum computatione, qui ex primo tria faciunt. 29. & nos diximus in nostris legibus cōnubialibus in 15. lege, nume. 154. incip. præfertim si animus.

46 Cæterum, vt redeamus ad nostrum principale propositū, supradictis mirum in modū ad stipulatur tex. memoratu scituq; dignus, in l. suspectū. ff. de suspect. tut. cuius verba, etsi in promptu sunt omnibus, nō tamē grauior hic adscribere. Suspectum tutorē eum esse putamus, qui moribus talis est vt suspectus sit. Enimvero tutor, quanuis pauper est, fidelis tamē & diligens, remouendus non est quasi suspectus.

47 Facit præterea ad confirmationē prædictorū, quod no. voluit ille, quem supremū doctorem canonicæq; censuræ monarchā vocat Barb. in l. sciendum. col. 38. ff. de verb. oblig. videlicet Hostiē. in ca. mulier. de iureiu. & ibi etiā Ioā. And. in suis antiquis addi. quòd licet in causa matrimonij, vt pote ardua, nō debeat deferri iuramentū in supplementū probationis propter semiplenam vnus testis probationem: per not. in d. ca. mulieri. & in ca. vlt. cod. tit. & l. 3. §. quacunq;. ff. cod. tit. cū simi. Tamen si testis ex cuius depositione profecta est semiplena probatio, sit multū honesta persona, & bonæ famæ, & actor etiam sit huiuscemodi, poterit alijs cōcurrentibus deferri iuramentū in supplementū. sequitur Pan. ibi & Bal. consi. 123. causa matrimonialis. li. 2. Paul. Ca. & Alex. in d. l. 3. in princ. vterque col. vlt. ff. de iureiu. dicentes idem velle Ioan. And. in cap. vlt. cod. tit.

48 Quin etiam non solū in causa matrimoniali, sed & in alijs causis, quæ sunt maioris ponderis & momenti, quā vt possit deferri iuramentū in supplementū, si fuerit plusquàm simiplenè quidpiam probatum, & persona sit multū

sit multū honesta, poterit iudex deferre huiusmodi iuramentū, vt voluit Salic. in l. admonendi. col. 17. & Iason in lect. col. 23. vers. limita omnes istos casus. & iterū in repet. col. 100. vers. eiusdē initij. ff. de iureiu. Paul. Cast. in d. l. 3. in prin. & ibi Alex. col. 8. & seq. & notabilius in col. vlt. ff. co. de iureiu. & Alex. cōsi. 264. viso processu vtriusq; causæ. col. 3. vers. intelligemus ea & vt. & cōsi. 407. in causa & lite vertente inter Christophorū. col. vlt. lib. 3. de quo etiam est glo. not. in ca. vidua, eius initij vlt. in princ. de regular.

49 Nec potest ab hac mensa (vt vtar verbis Platonis in Phædro) abesse text. not. in ca. nisi essent. in princ. de præben. Ex quo iuncta glo. 1. no. doct. ibi, quòd actus qui aliàs prima fronte præsumitur iniustus, si gestus sit à prouidis & honestis viris, & possit certo casu iustificari: tantū abest, vt iniustus & iniquus præsumatur, vt etiam iustus existimetur, & in casu possibili & permissio gestus, quod quidem dicit Panor. ibi esse bene notandū. & idem quoq; per illū tex. voluit Franc. Aret. in l. illa. col. 7. vers. quare igitur. ff. de verb. obli. Soci. cōsi. 164. dominus labia, & c. visa bulla Bonifacij. col. 2. vers. vnde ex qualitat. lib. 2. & illum tex. facit sing. Barb. in l. sciendum. col. 40. ff. de verb. obli. & Fel. in ca. sicut. col. 8. vers. limitat secundò, de re iudic.

50 Et per hoc limitat Panor. in d. ca. nisi dictū not. Inno. in ca. secundo, de dilatio. scribentis, quòd si citatio prima fronte habeat in se iniustitiā, licet possit aliquo casu sustineri, tamē propter primam & præsentaneam iniustitiæ præsumptionem nullius est momenti: vt scilicet hoc intelligatur procedere, nisi iudex qui eam citationē decreuit, sit valde circūspectus, & honestus, ita quòd non sit verisimile, quòd illam fecisset in casu à iure reprobato.

51 Ad quod etiam ipse Panor. citat aliud dictum no. huic loco maximè ac cōmodatum, eiusdem Inno. in ca. 1. de cler. peregr. quòd si quis probat se fuisse ordinatum ad certū ordinē, à viro multum probo, & honesto, præsumendum est, quòd habeat alios ordines præcedetes: neq; enim præsumendum esse hunc talem virum illum ad maiorem ordinem promouisse, nisi certioratus fuisset de minoribus. Quod quidē dictum idem Panor. dicit ad hoc facere, vt ratione probitatis personæ actum exercentis præsumatur solennitas extrinseca, quod est sing. notandū. et sequitur Iason in l. sciendum. col. 7. vers. quinto vltra. ff. de verbo. oblig.

52 Idem autem quod Inno. in d. ca. voluit Anto. ibi. col. 1. & ipse Inn. in ca. super his. ante fin. magnæ gl. de accu. & Panor. in c. 1. char. vlt. col. 1. ver. si autem appareat. de iudi. & in ca. fraternitatis. in fin. de test. & in ca. Albericus. in antiqua lect. vbi & Feli. col. vlt. hoc dictū facit sing. eo. tit. & idem Pan. in ca. fraternitatis. de cler. non resid. & Archid. in cap. Lugdunensis. 9. q. 2. & Rota de proba. 4. in antiquis. Roma. in l. in illa. col. 12. ff. de verb. obli. & Fel. in cap. 1. col. 1. de lit. contest. & in ca. super his. col. 9. vers. sexta, & vlti. cōclusio. de accu. vbi hoc facit sing.

- 53 Rurfus Panor. ipse in d. ca. 1. de iudi. quo loco supra citauimus, aliud dicit ex dicto Inno. in d. c. 1. quod precedētibus cōcinit, videlicet quod etsi aliās facta citatione per nuntiū, nō præsūmitur iudicis cōmissio pręcessisse, nisi de ea appareat, vt voluit Barto. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. quia hęc est solennitas, quę pręcedit actum, & ideo non præsūmitur, per not. in l. 1. C. de fide instr. & iur. hast. fisc. lib. 10. de quo tamen alibi plenius dixi. Tamen si nuntius sit bonę famę, & agatur de modico pręiudicio, præsūmitur cōmissio. ad quod allegat dictum Inno. in d. ca. 1. de cler. pereg. & eum sequitur Fel. in ca. super his. col. pen. versi. adde etiam. de accu. & in cap. sicut col. antep. versi. fallit quęstio. de re iudi.
- 54 Quibus adde tex. not. in ca. in nostra, versi. nos verò. de poen. vbi adeo nō præsūmitur virū honestū & prouidū aliquid perperam aut fecisse aut facturum esse, vt si etiam id liquidē appareat, vix tamen credendū est. Et tex. in ca. facio. ibi, maximē si laudabilis opinionis extiterit. de sentē. excō. & in ca. eius. in prin. 7. q. 1. vbi per illum not. glo. bonum et iustum videri, quod à probo viro factum est. Cui & cōcordat tex. in ca. qui de mensa. in prin. 37. dist. & in ca. Lugdunēsis. ver. legitimus. 9. q. 2. & quod dicit gl. in l. 3. in verbo, honesta, de testi. quod præsūmitur bene fieri, quod à bono fit quod et voluit per quędā ex prędictis iurib⁹ Ro. cōsi. 328. pręsens cōsultatio. col. vlt.
- 55 Adde quoq; quod per tex. in d. ca. nisi essent. de pręben. & in d. ca. in nostra. de procur. scribit Ioan. And. post Rom. in addi. Specul. in rub. de censu. quod censualis totum censum soluens ei qui partem solum cēsus emerat à domino, tum demum excusatur à pœna, si emptor ipse erat fide dignus. quod dictum sequitur Hippo. Marsil. in l. 1. §. ad quęstionem. col. 4. versi. facietq; quoque. ff. de quęstio.
- 56 Huc item vergit glo. no. in ca. adhęc, in verbo, examinētur. de offi. archidia. q̄ voluit, quod licet imputetur episcopo, q̄ indignū promouet ad pręsentationem & relationē examinatorū, argu. l. 1. §. magistrum. ff. de exercita. Intelligit tamen nisi examinador talis esset, vt nō sit verisimile ipsum mentiri, quia excusaretur episcopus qui tali credidit, allegat tex. in ca. significante. de pigno. qui nō nihil ad hoc facit. Et eam glossa sequitur, & dicit notabilē Fel. in d. ca. super his col. pe. Et per illam alibi dicit idem Fel. in ca. Petr⁹. col. pen. ver. tertio declarā. de homi. quod licet superior habens officiales, vel famulos deputatos ad aliquid expediendum, teneatur de facto eorum l. 1. in prin. & §. famulo. ff. de publi. & l. 1. §. ait prętor. ff. de vi & vi arma. fallit, nisi deputatus à superiore ad certum officium esset persona valde integra.
- 57 Idem pollet quod consuluit Oldrad. ille consistoralis aduocatus cōsi. 92. excusandum esse custodem castri, qui quępiam nobilem qui integrę opinionis existimabatur, ad custodiam castri substituit: qui postea castri hostibus prodidit, aut illud aliās malē seruauit. quod dictum sequitur Fel. in d. cap. Petrus.

- ca. Petrus. col. 1. post princ. versi. extra glo. & iterum d. col. pe. versi. supra allegato. Sed & idem fermē voluit tacito tamen Oldra. nomine Ioā. Andr. in addi. ad Spec. in rub. de loca. in fi. quem nominatim sequitur. nulla quoq; Oldr. mentione facta, Barb. cōsi. 3. clementissimi Dei patris. col. 13. versi. vbi dixit quod. lib. 2. & d. cōsi. 18. supra sapius citato. col. 9. versi. fama et dignitas. eo. lib. 2. & cōsi. sequē. sapienter scribitur, post princ. & cōsi. 46. scripsit pręclare. col. antep. lib. 4. & in d. l. sed si ex stipulatu. col. 8. versi. vidēdū erit ff. de ver. obli. vbi hoc dicit dignū esse memoria. & in extrau. volētes, in verbo, nobiles, & in tract. de pręstantia Cardi. in 1. q. 2. partis, in primo ad fi. & Franc. Curt. senior. in repet. l. admonendi. col. 4. ff. de iureiur.
- 58 Cui optimē quadrat, quod aliquando Bald. cōsultus, an dominus teneatur pro delicto famuli vel discipuli, qui res pignoras vel aliās apud se depositas subtraxit, respondit nō teneri, si discipulus ipse aut famulus vir erat probus, atq; fidus existimatus non magis quidem quā de casu fortuito, alioquin teneri. Ita Bald. cōsi. 222. hęc quęstio formatur. ad quod allegat quod in simili dicitur in l. eum qui. §. vlt. cum duabus. ll. seq. & l. argentū. ff. cōmo. per quā etiā postremam l. alibi dicit idem Bald. in l. quę fortuitis. col. vlt. C. de pign. acti. nō esse in culpa qui bono viro credidit. Sed & idē Bald. per d. l. argentū. dicit in l. alienū. col. vlt. versi. quęro nūquid ille. C. de fur. quod liberatur debitor qui per nuntiū probum & qui consueuerat esse probus & diligens, mittit pecuniā ad creditorē, quam nuntius ille perdidit, aut subtraxit. Et hęc omnia nō mediocriter confirmat tex. no. in l. si res pupillaris. ff. de admi. tuto. vbi si tutor pecuniam pupillarem apud argentarium deposuerit, qui cum fuisset celeberrimus, solidum tamen reddere nequit, nihil eo nomine pręstare cogitur.
- 59 Quibus satis appositē subiiciemus quod not. memorat Bald. in l. 1. C. loc. vbi limitans dictū Nicol. de Mat. dicentis, hospitatores (sic enim eos appellat) teneri de rebus, quas hospites in archis ipsorū hospitatorū reponūt, tāt si archę cōperiantur fractę, per iura quę allegat. Dicit ipse Bald. nō procedere in hospitatoribus bonę famę & probatę fidei, qui quidē poterūt se iuramēto super hoc pręstato purgare, arg. d. l. non omnis. §. à barbaris. ff. de re mili. Sicut & in simili vt ille subdit, quod etsi dāna præsumentur data et illata à vicinis, sicut & furta, vt per Jac. Are. & Bar. in l. si ita testamēto. §. vlti. per illum tex. ff. de fund. instr. & diximus supra in 23. causa, nu. 10. incip. huc nimirū hoc tamē intelligitur, nisi bona & laudabilis eorū cōuersatio hanc præsumptionē excludat: quia pro bono bene præsūmitur, & prudēs prudenter viuit, vt subiūgit: & alia multa pulchra sanē & elegantia. de quo postremo dicto dixi plenius in d. 23. causa. in fin. Sed quod ad primum dictū pertinet, idem in effectu voluit ipse Bald. in rub. C. depositi. in princ.
- 60 Eiusdem classis est, quod & per d. §. à barbaris. not. dicit Spec. in titu. de

iudi. deleg. §. superest. versi. quid si non est cōsanguineus, quòd licet quis non possit esse iudex non modò in sua, sed nec in suorum causa, l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdic. omn. iudi. cum simi. tamen si persona iudicis est huiusmodi, quòd omnis suspicio verisimiliter cesset, vt si sit monachus Cisterciensis, hoc nō procederet, neq; talis posset recusari. Ad quod etiam allegat alia quædam iura. Et hoc idem ante illum tenuit Vincen. in ca. postremo. de appellat. & in ca. mandato. de præsump. & illum sequuntur Ioan. And. in ca. postremo. & ibi Anto. col. 8. vbi ipse Anto. idem dicit in alio viro magnæ sanctimonix. & ibi item Pet. Anc. Panor. in fin. & Philip. Deci. etiam in fi. & idem Ioã. And. in addit. Specul. in d. §. nuper. allegato. & Alexan. in d. l. qui iurisdictioni. in 5. aliàs. 6. fal. & ibi Iason in 13. limitatione. vbi vterq; citat illud dictū Specul. pro sing. idem Alex. in l. properandum. §. fin. autem alterutra. col. 4. C. de iudi. & Barb. cōsi. 23. scripsit propheta optimus; col. 7. versi. & multò fortius. lib. 1. & d. cōsi. 3. col. 13. versi. vbi dixit quod. li bro. 2. & cōsi. 11. illud afferam in medium. col. 11. versi. facit autem ratio. eod. lib. 2. & cōsi. seq. præclare scribitur. col. pen. eo. lib. 2. & d. cōsil. 18. colū. 9. eo. lib. 2. et cō. 34. præclare optimus dicit psalmista. col. antep. versi. sanctimonia eo. libr. 2. & cōsi. 41. Deum inuocant adiutorem. col. 4. versi. vbi confiderat. libr. 3. & cōsi. 43. illud in medium referam. col. 16. eod. lib. 3. & cōsi. 77. præclare scribitur. col. 2. lib. 4. & Firmia. in tracta. de episcopo. in 4. parte libr. 4. in 11. quæstio. versicu. trigesimo tertio. Socin. in tractat. fallent. in regula. 203. & in 7. fall. vbi & hoc pro singul. allegat Iason in dict. authen. iubemus. colū. pen. versi. secundò facit. C. de iudi. & in repet. d. l. admonendi. col. 71. versicu. confirmo per illud. ff. de iureiur. vbi illud quoq; dicit singu. Feli. in d. cap. super his. colū. pen. de accusa. & in cap. causam quæ. col. tertia. versi. 6. de offic. delegat.

61 Quorum omnium cōsensus Philip. Deci. non deterruit, quin aliàs tamen sibi contrarius id ipsum intrepidè reprobavit in eo ipso cap. causam quæ. in fi. tum per illum ipsū tex. vbi episcopus recusatur in causa famuli, tãetsi alio quin præsumitur bonus, vt latius infra dicitur: tum quoq; quòd hoc iure non probatur: tum denique, quòd etiam Cardina. qui vt bonus præsumitur, vt paulò pòst quoque dicemus, non creditur, vbi tractatur de præiudicio alterius, secundum gloss. no. cap. quod sicut. & ibi Panor. de senten. excom. Tum denique, quòd vbi aliàs agitur de præiudicio tertij, non attenditur illa præsumptio, quòd quis præsumitur bonus, vt not. Panor. in cap. cum in iure in princ. de offic. deleg.

62 Audacis est profectò, & confidentis ingenij Decius, qui solus cum tot præstantissimis viris in legali doctrina, ausus sit aperto Marte cōgredi, atq; manum conferere et calamum, cum ne Hercules quidem contra duos, vt est in vetere prouerbio, ex Phædone Platonis, et vt ait Iupiter apud illum in geniorum fontem Homerum, Odyssæ lib. 1. non longè à princip.

οὐ μὲν

οὐ μὲν γὰρ τὴν δυνάμειν αὐτῶν πάντων:

Α. θανάτων ἀέκλιθι θεῶν ἐξιδυμένον δὲ οὐ.

Vide Eurymachū de Vlyssæ, eiusdē operis lib. 2. Aduersus duos vnus nihil poterit: & rursus Themachū lib. 16. Difficile est viro forti cū pluribus pugnare. Vnde sumptum videri potest natum aliud vetus adagium, cuius Plato ipse lib. 11. de legibus meminit, Arduum est aduersus duos pugnare. Propterea Catullus in carmine nuptiali salubriter commonefaciens inquit,

- Noli pugnare duobus.

63 Et profectò mirum videri debet, si Decius, cum solus sit, rectè senserit: quoniam nemo solus satis sapit, si Periplectomino Plautino credimus illud ipsum dicētis in ea fabula, cuius Miles titulus est. Sed modestiùs Aristoteles qui libro Politicon 3. cap. 12. asserit non facile esse vnum discernere. Euripidis quoque quem decreta canonica non dedignantur citare, in c. honorantur. 32. quæst. 2. sententia est in Phœnissis, Vir vnus nemo cū cetera dispicit. Vnde & profectum quoque videri potest aliud item Græcorum vetus prouerbium, Vir quidem vnus nullus est. Rectè Salomon ille omnium mortalium sapientissimus in Ecclesiaste c. 4. illud proclamat. Væ soli. cum paulò antè dixisset, meliùs duos esse simul quàm vnum. quod & vsurpatur in cap. in omnibus. 81. dist. & in cap. illud. 7. quæst. 1. & in c. 2. de stat. mo. Et alibi scribitur integrum esse iudicium, quod multorum sententijs comprobatur: c. extra conferentiam. 64. dist. & c. prudentiam, post prin. de offic. dele. et cle. 1. de senten. excom.

64 In quam sententiam Liuius 1. decad. lib. 3. scribit plus pollere multorum ingenia consiliaque. & ex medicis Ioan. Damascenus, aphorismo 26. Vbi (inquit) plurimi concordant, & ratio attestatur, & experientia concordat, illud ante oculos pone. Et è nostris Domi. in c. per hoc. §. verum. de hæret. lib. 6. dicit per illum tex. quòd per plures veritas meliùs inuenitur. Hinc opinio à pluribus approbata attenditur. l. 1. ff. de offic. quæsto. vbi optimus tex. cum simi. adductis per recentiores in c. 1. ad fi. de constit. ad probandum in dubio standum esse cōmuni opinioni. Proinde prudenter monet quisquis is fuit, iudicium populi nunquam cōtempseris vnus. Quam sententiam ad tuendas communes opiniones plerunque citat Barb. alioquin communiū opinionum oppugnator. illam autem ita græcè exulit Planudes:

μη ψέφου δήμοιο

μονώτα τῶν ἐξολιγοῦρει.

65 Tamen cui probabilior videbitur Decij opi. eamque sequi volet, ita poterit dicere. Satis absurdum videri & minimè tutum, quempiam quatumlibet probū ac bonum virū, iudicē esse in sua aut suorū causa. cū omnibus vsq; adeo insita sit illa philautia, id est, amor sui, vt neminem tam probum, tam modestum, tam attētum, tam oculatum inuenias, qui in sua causa æsti-

X 4 manda

manda atq; introspectenda quadam animi propensione corruptus cæcutiat, caliget, lippiat, fluctuet, hebetescat, deliret. Cæcus est amor sui, vt dicit Horatius. Et suus cuique crepitus olet, vt est apud Apostoliũ Biszantium. Nõ videmus manticæ quid in tergo est, inquit Catullus. Cui subscribēs Perlius,

Nemo (ait) in sese tentat descendere, nemo,

Sed præcedenti spectatur mantica tergo.

Et Seneca lib. 2. de Ira, Aliena vitia in oculis habemus, à tergo nostra sunt: Et sanè in suis quicq; negotijs hebetiores sunt, quàm in alienis: in suis quidè myopes, luciosi, tenebriones: in alienis lyncei, Argi, aquiloculi: Aliorũ medici, ipsi vlceribus scatemus, vt est senarius prouerbialis, Plutarcho vsurpatus in eo. lib. cui titulus est. Quo pacto quis ab inimico iuari possit. Festucam in aliorũ oculis aspiciamus, trabem non videmus in nostris, vt est in Euangelio. Ad nosmet ipsos talpæ sumus, cui visum deesse memorant naturæ per scrutatores: in aliorũ, caprearum oculos possidemus, vt à Diuo Hieronymo proditum est in Apologia ad Pãm machiũ & Oceanũ. Idq; est quod post Pe. dicit Accursius noster in l. error. C. de iur. & fact. ignor. Homines quidè alienos errores quàm suos melius videre & corrigere, ad hoc ipsum scacorum ludum in exemplum afferens.

66 Quæ omnia ad suos cuiusque necessarios & sanguine cõiunctos referri debēt, atq; ad seipsum. Nihil enim interest tuane, an tuorũ causa agatur, vt apertè colligere licet ex text. in l. 1. §. item diuus. ff. ad leg. Corne. de ficar. vbi nihil refert mihi an meis vim inferas. Ideo censet glo. in l. vt vim. ff. de iustit. & iur. quòd quemadmodum quis vim sibi illatam propulsare potest, ita et suis ipsius consanguineis. & ibi sequitur Bar. & Bald. col. 2. in 3. q. vbi dicit quòd æquè non punitur interficiens aggressorẽ consanguinei, ac suis ipsius. Quod & idem dicit ipse Bal. in l. raptores. in 2. no. per illum tex. & ibi etiam Sali. C. de episco. & cler. latè doctõr. et in l. 1. C. vnde vi. & Flor. in l. scientiã. §. qui cùm aliter. ff. ad leg. Aquil. & Angel. Are. in tract. malef. in verbo, & dictus Titius se defendendo. col. 1.

67 Item & illud colligi potest ex alio tex. in l. hæres meus. §. vlti. ff. de condi. & demon. vbi nihil refert. conditionem viduitatis, siue de nõ nubendo mihi adscribas, an meis cõiunctis, propter quos, ne videlicet damnũ patiantur. abstinebo à nuptijs. & ita intelligunt Bar. Bal. & alij ibi. & gl. Bar. & alij in l. mulieri Titio. ff. eo. & in l. 1. C. de indi. viduit. atque ex tex. in l. negãda. C. qui accu. non poss. ex quo no. Bal. idè iuris esse in suis, quod in se. & c. sciant cõtenti. de elec. lib. 6. & c. quoniã. de immunit. eccl. eo. li. 6. & rursum in c. quicũque. de senten. excom. eo. quoque li. 6. in quibus apertè probatur, paria esse aliquem vexare, opprimere, grauare: aut cõsanguineos ipsius, & æquè puniri offendentem consanguineum clerici, ac si ipsum clericum offendisset. quod & voluit glo. not. in cle. grauius. de sent. excom. in verbo, quomodo libet,

liber. & ibi Panor. & Feli. in cap. literas. col. penult. de præsump.

68 Ad idè quoque tex. no. in l. 1. & 2. ff. de libe. cau. & l. lex Cornelia. in prin. ff. de iniur. vbi iniuria facta alicui, censetur facta omnibus, qui sunt eiusdem generis siue consanguinitatis. quod & voluit gl. Bar. & Angel. ea l. lex Cornelia. & Bar. in l. tutor. §. si tutor inimicus. ff. de suspe. tut. & in l. cũ scimus. C. de agri. & censu. lib. 11. Bal. post. Cy. in l. vnica. in 5. no. C. de rapt. virg. vbi dicit, atque etiam Angel. & Sali. per illum tex. quòd iniuria facta vni de domo, intelligitur facta toti consanguinitati, & toti castæ. quod et idem dicit ipse Bal. in l. 1. per illum tex. C. si quacun. prædi. potesta. et in l. 1. col. 11. versic. quò ad primum articulũ. C. qui accu. nõ pos. et in d. l. 1. C. de indic. vidui. vbi dicit per tex. in d. l. 1. C. si quacun. prædi. potesta. quòd offenso vno offenditur alius eiusdem sanguinis. et idem Bal. in repe. d. l. 1. col. 5. versic. secunda estan filius. C. vnde vi. vbi dicit per d. l. lex Cornelia. quòd iniuria quæ fit alicui, totã eius gentem allidit. et ipse Bal. con. 173. in ciuitate Cheri. col. 1. lib. 3. vbi per eundem tex. dicit quòd iniuria vni facta, totam domum decolorat. & Io. Plat. in l. vacantia. C. de bo. vacan. lib. 10. & Alex. consi. 115. viso themate. col. 2. lib. 4. Ad quod etiam facit text. in cap. Petrus. de homi. vbi & id no. Feli. in princip.

69 Sed & è Theologis Diuus Thomas 2. 2. q. 65. art. vlt. dicit quòd iniuria alicui illata non solùm ad eum pertinet, cui fit, sed & ad coniuictos illius. Ideoque iniuria grauior est, si offensus coniuictos habeat quàm si nullos habet. ex hocque aggrauatur delictum, quòd eò maius est, quòd in plures (vt ille ait) redundat.

70 Ex hoc existit, quòd in causa iniuriarum, consanguinei eius qui passus est iniuriam, non magis idonei sunt testes, quàm ipse qui passus est, vt voluit Bar. & Angel. in d. l. lex Cornelia. & idem Bart. in l. qui testamento. §. 1. ante fi. ff. de testa. Cy. & Bal. in d. l. vnica. C. de rapt. virg. & in addi. ad Bal. §. 1. versic. sed nunquid frater. Alex. consi. 24. animaduersis his. col. 6. versic. non obstat quod ipsemet Thomas lib. 2. & Láfran. brix. in repet. c. quoniam contra falsam, in materia testium. de prob. Philip. Corne. con. 172. primus consultationis articulus. col. pe. versic. in proposito. lib. 2. Feli. in c. cùm oportet. col. 3. de accusa. & Philip. Dec. consi. 133. viso processu & sententia. col. 4. versic. tertio considerandum est.

71 Facit & ad prædicta, quòd mihi inferri videtur metus, qui meis infertur, vt est tex. in cap. ex parte, eius initij 1. & ibi, tu vel tui. de appel. et ita etiam voluit Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in 9. questione. ff. de oper. noui nunt. vbi no. dicit per tex. in d. l. hæres meus. §. vlt. quòd si iudex confuevit vexare cõsanguineos appellantiũ ab eo, æquè iustus est metus, ac si ipsos appellantes opprimeret. sequuntur Alex. Iason & alij recen. ibi & idem Bar. in tracta. De tyrãide, in 7. q. & Bal. in l. interpositas. col. 2. ver. hoc cõsiderato.

C. de trãfact. vbi dicit quòd tã rescinditur trãfactio metu illato consanguineis trãfigentis, quàm ipsi idem Bal. in d. l. a. C. de indi. vidui. vbi dicit paria esse cõmittere in aliquem, vel in illos de sanguine suo, & parem esse metum in se, & in suis. allegat l. isti quidem. ff. quod met. cau. & idem Bal. in c. vlt. col. 2. vers. porrò scias. de appel. dicit, quòd metus est mentis cõcussio, siue trepidatio proueniens ex aliquo accidentali terribili, siue in proprio corpore, siue cõiunetis personis, vsque ad septimum gradum: pro quibus potest quis sumere defensionem armorum, vt no. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. Nã naturalis affectio hoc facit: quia qui vnum de agnatione tangit, totam agnationem tangere videtur, vt dicit ille text. not. in l. 1. C. si quacun. præd. potest. hæc Bal. & Angel. con. 218. vifa narratione facti. col. 3. vers. colligitur. et Card. Flor. qui hoc reputat sing. in c. 1. in princ. in 13. no. de excels. præla. & in 45. vers. nota ibi ne videatur. & Rom. in l. nolle. ff. de acqui. hære. Barb. in repe. l. cum acutissimi. col. 3. C. de fideicom. & Feli. in d. c. Petrus. in l. no. Iason late in l. 1. ff. in ius vocat. vt eant.

72 Vnde decidunt domini Rota decis. 463. dubitatur an valeat resignatio, in nouis, in decisionibus verò nouiter compilatis est sub tit. de renun. confi. 7. per tex. in d. cap. sciant cuncti. quòd sicut quassatur renunciatio beneficij facta per metum illatum clerico, ita & si fuerit illatus consanguineis clerici, sequitur Soci. in repet. dict. l. mulieri Titio super 1. glo. ad princip. & Feli. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 42. in 13. quæstio. de constit. Iason in dict. l. 1. de indi. vidui.

73 Quibus & simile est quod per illum tex. in d. cap. sciant cuncti. voluerunt Bal. in lectura antiqua. Angel. Alex. Iason & alij in dict. l. 1. ff. in ius vocat. vt eant. quòd quemadmodum non valet statutum contra clericos factum, sic nequè contra sanguineos eorum. quod & idem voluit Bart. in l. 1. ad fin. ff. de his quæ pœn. nom. & in l. si penes. C. de agri. & cens. lib. 11. & Bald. Angel. & Iason in d. l. 1. C. de indic. vidui. Angel. in §. quia verò leonis. in auth. de non alie. vbi etiam dicit, quòd huiusmodi statutum est contra libertatē ecclesiæ. Pe. Anc. in repe. c. in materia statutorum contra clericos editorum. ver. adde quod no. Bal. de constit. Bal. Imo. & Paul. Cast. in d. l. hæres meus. §. vlt. per illum tex. Rom. in d. l. nolle. ff. de acqui. hæredi. Lopus allegatione. 30. consilium fuit Domini Gregorij, versicul. septimo an statutum puniens propinquos. Barb. confi. 29. vbi disputat an statutum laicorum clericos ligare possit, lib. 4. Marti. Laud. in tracta. de principibus, conclusione 211. Soci. in repe. d. l. mulieri Titio. Feli. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 27. in quæst. 4. et iterum d. col. 42. & ibi etiam Philip. Dec. col. 19. versic. secundo prædicta conclusio. & idem Feli. in c. literas. col. pe. de præsumpt. Philip. Franc. in d. cap. sciant cuncti. in princip.

74 Quin etiam eo prorupit audaciæ Ro. vt per illum tex. in d. cap. sciant cuncti. di-

eti dixerit in repe. rub. ff. de arbit. col. 18. vers. quid autē si permissum, quòd vulnerans consanguineum clerici, ob id quòd clericus ei quicquam fecerat, æquè est excõmunicatus, ac si clericum vulnerasset. quod dictum facit singu. illud tamen reprehendens Soci. vbi supra, & mirabile dicit Feli. d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 42. & Iason in dicto. §. si quis ipsi prætori, qui & ipsi carpunt. & Hippo. Marfil. sing. 204. percutiens clericum, vbi & hoc sing. & mirabile dicit & sequitur.

75 Et facit quod dicit Bal. in l. si quem. in fi. C. de oper. liber. idem esse libertum operas patrono promittere, causa onerandæ libertatis: aut etiam alium ipsius liberti consanguineum: quia libertus satis videtur grauari, cum graua tur eius consanguineus. allegat d. l. hæres meus. §. vlt. Et quod voluit idem Bal. & post eum Paul. Cast. in eo ipso. §. vlt. quòd sicut commune non potest prohibere appellationem ad superiores, vel statuere contra appellantes. c. venientes. de iure iur. sic nec contra consanguineos appellantium. quod & idem voluit Rom. in repe. d. rub. ff. de arbitr.

76 Huc item vergit quod scribit Pet. Anc. in d. c. sciant cuncti, per tex. in d. c. quicumque, quòd si in ita pace inter inimicos, qui promiserunt non offendere, sub certa pœna, alter alterius consanguineum offenderit, non minùs in pœnam incidit, quàm si ipsum offendisset. quod & idem voluit Angel. in l. si ita stipulatus. §. Grifogonus. ff. de verbo. oblig. & Lucas Pen. in l. 1. in 20. quæst. C. publi. lætitiæ nuntia. lib. 12. vbi ad hoc multa adducit Soci. in repe. d. l. mulieri Titio. & Feli. vbi supra, & Iason in d. l. 1. ff. in ius vocat. vt eant. vbi dicit hoc esse notabile, & cordi tenendum, quia frequenter occurrit. & in d. §. si quis ipsi prætori. vbi etiam dicit esse notandum, cum loquatur in pœnalibus. & in d. l. 1. col. 2. ver. sextò ad idem facit. C. de indi. vidui. & ita etiam videtur tenere, si rectè intueamur, Ioan. And. in c. frustra. in 2. quæst. de regul. iur. lib. 6. in mercur. Sed contrarium tenet Bar. post Dy. in d. §. Grifogonus, ad fin. quem sequitur Imo. ibi & Bald. in d. l. 1. col. pe. vers. reuoco in dubium. C. si quacū. præd. pote. & in c. 1. §. mulier. tit. qui. mo. feud. amit. & con. 195. laudare vos. col. pe. lib. 2. vbi dicit hoc esse expressim in c. 1. tit. de eo qui interf. fra. domi. sui.

77 Sed & his attestatur, quod per tex. in d. l. hæres meus, voluit Cy. in l. vlti. in 5. quæst. & ibi etiam Bal. col. pe. vers. sed penè non opponitur. & Angel. & Sali. C. de spon. quòd quemadmodum mulier non potest promittere pœnam si nõ nupserit, quia matrimonia debet esse libera l. Titia. ff. de verb. oblig. & c. gemma. de sponfa. vbi Panor. ita nec eius consanguinei propter quos ne damnum incurrerēt, nuberet mulier. quod & idē voluit Io. And. in d. c. gemma, ad fi. & Bar. in d. l. Titia. & idem Bar. Bal. Imo. & Pau. Ca. in d. l. hæres meus. §. vl. Angel. & Iason in d. l. 1. ff. in ius vocat. vt eant. & Roma d. l. nolle. Panor. confi. 48. casus talis est. quidam Franciscus, ad fin. lib. 1. &

Feli.

Feli. in d. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 42. versu. hic quoque.

78 Idque quod per text. in d. cap. ex parte. de appel. dicit glo. in cap. commu-
nis. 33. dist. & etiam per text. ibi, quod non comparentem excusat non solū
ipsius valetudo, sed & suorum consanguineorum: sequitur & commēdat
Alex. in l. quæsitum. ad fi. ff. de re iudi. & Iason in d. l. 1. ff. de in ius vocan. &
in d. §. item si quis ipsi prætori. utrobique dicens esse no. & rursus in l. 2. §. si
quis in iudicio. in prin. ff. si quis cautio. & in l. 1. in prin. col. vlt. versic. fac er-
go conclusionem, & iterum versicul. & nota quod prædicta procedunt.
ff. de offic. eius cui mand. est iurisdic. vbi dicit esse valde no. & per eā di-
cit quod sicut ordinarius potest delegare causas meri imperij propter ipsius
valetudinem, sic & suorum. Illi autem glo. subscribit Cic. lib. 1. Offi. Si con-
stitueris te cuiquam (inquit) aduocatum in rem præsentem esse venturum,
atque interim grauius filius ægrotare cœperit, non sit contra officium non
facere quod dixeris.

79 Adde ad prædicta id quod voluerunt Petrus Hispa. Ab. Antiquus, et Pe.
Anc. in c. petitio. de iureiur. quod si iurati defendere te contra omnem ho-
minem quemadmodum non videor iurasse te defendere contra me, ut di-
cit glo. ibi per text. in l. prætor. C. de serui. & aqua. sic neque contra consan-
guineos meos per text. in l. humanitatis. C. de excusa. tut. quod idem voluit
Cy. post. Pet. in l. inquisitio. C. de solutio. quem & ibi sequitur Sali. idē quo-
que voluit glo. singula. in cle. 1. de iureiur. per text. in d. l. inquisitio. quem ibi
sequitur Imo. & alij & Bal. in l. 1. in 24. quæst. ff. de rer. diui. & in d. l. cū m-
acutissimi. col. 2. ver. allegatur hic. Barb. etiam in repe. col. 46. versic. nota ibi
ne videatur, & iterum col. 91. vbi reprehendens Panor. in d. c. petitio, intelli-
gentem dictum Hispa. & Ab. Antiq. in illis solū coniunctis, ad quos iu-
rans habet eandem, quam ad se affectionem, dicens quod passim, & sine
delectu debet intelligi, vsque ad quartum gradum. per text. in l. petitionem.
C. de aduo. diuer. iudic. In alijs etiam gradibus standum esse arbitrio iudicis
per id quod no. glo. sing. in l. cū m. alienam. C. de lega. & facit quod no. Bal.
in d. l. petitionem. per illum text. quod contra se & suos nunquam videtur
quis promississe officium aduocationis, quod indistinctè suscepit. & in l. 1.
ver. sed nunquid nomine. ff. de stat. hom. vbi dicitur, quod in generali ser-
mone, non præsumitur quis loqui cōtra illos qui sunt de suo sanguine, ar.
l. obligatione. & d. l. humanitatis. ff. de pignor. & c. postremo. de appel.

80 Et ad omnia optimè facit text. singul. in l. cū m. scimus. ad fin. C. de agri. et
censi. lib. 11. vbi consanguinei nostri, sunt quodammodo pars corporis no-
stri, idcirco nemo carnem suam odio habuit, ut dicit diuus Paulus ad Ephe-
sios 5. & text. in c. non æstimemus. 13. q. 2. & glo. in l. 2. ff. in ius voc. ut eant.
quæ ob id dicit quod necessarius necessarium illaqueari non patitur. Est ni-
mirum nobis innatus quidam naturalis amor, & affectus in nostros & ne-
cessitudine

cessitudine coniunctos, nostris legibus id attestantibus. l. cū seruus. ff. māt-
dat. & l. Aurelius. §. Titius testamento. ff. de liber. legat. & l. qui cum vno.
§. vltim. ff. de re mili. cum simi.

81 At hoc ipsum, ut tandem in nostra quæstione concludamus, amor scilicet
& affectio homines vel lynceos occæcat, dicente Platone illo sapientiæ
antistite, lib. de legib. 5. amorem in iudicij cæcutire. & Theophrasto, qui à
diuinitate loquendi (ut ait Cicero) nomen accepit, affirmante amantium cæ-
ca esse iudicia. Id quod poëtæ sub velamine quodum poetico designat, fin-
genes amorem exoculatum esse, & cæcum: quoniam scilicet homines cæ-
cos efficiat, ut pote qui amore præpediti nesciant discrimen recti prauiq;
& non noscunt quid album sit, quidve nigrum. proinde decreta canoni-
ca inter ea quæ iudicium humanū peruertunt, & amorem annumerant. c.
quatuor. 11. quæst. 3. & ca. 1. in princ. de senten. excom. lib. 6. Rectè igitur Cæ-
sar apud Salustium ait, Omnes homines qui de rebus dubijs cōsultant, ab
odio, amicitia, ira, atq; misericordia vacuos esse decet: haud facilè animus ve-
rum prouidet vbi illa officiunt. Plutarch. in libro ciuilibus constitutionis scri-
bit Cleonem, ut primum Remp. attingere destinavit, vocatis amicis omni-
bus dixisse se velle soluere amicitie vincula. Solere enim amicitias pleraque
recta & iusta subvertere, quod homines remp. administrantes, ut pote affe-
ctu & mollitie occupatos, sæpenumero à via deducunt recti officij.

82 Sed ne quis putet ea solū procedere in amore turpi, & fædo, & inter
homines improbos, aliàs impares vincendis suis affectionibus, sed & in a-
more honesto & nascente ex cōsanguinitate, de quo est tota nostra disputa-
tio, & inter homines alioquin integerrimos, virtutibus & sanctimoniam cō-
spicuos, de quibus etiam hic loquimur, audiamus D. Gregorium in 7. Mo-
ralium enarrantem illud Job. 7. ca. Considerate semitas Themam, itinera Sa-
ba, & expectate paulisper. Sunt (inquit) pleriq; qui non solū non aliena
appetunt, verū etiam cuncta quæ possederant in mundo, derelinquunt:
semetipsos despiciunt, nullā præsentis vite gloriam requirūt, ab huius mū-
di se actionibus separant, & penè quidquid prosperitatis arriserit, calcant.
Sed tamē adhuc vinculo carnalis cognationis obligati, dum amori propin-
quitate indiscretè deseruiunt, ad ea sæpe per affectum cognationū redeūt,
quæ iam & cum proprio despectu subegerunt. Cumq; plusquam neces-
se est, carnis propinquos diligunt, retracti exterius à cordis parente diuidū-
tur. Nam sæpe quosdam videmus, quantum ad proprium studiū spectat,
iam præsentis vitæ desideria non habere, mundū & opere & professione
reliquisse. Sed tamē pro inordinatis affectionibus propinquorum prætoriam
irrumperet, terrenarum rerum iurgijs vacare, libertatem intimæ quietis re-
linquere, & mundi studia in se iam dudum destructa reparare. Hæc Greg.
Ex quibus manifestè liquet impotentiorē esse atq; vehementiorē affe-

Y Etionem

Etionem amoremq; consanguinitatis, quàm suis ipsius: illamque viros alioquin vnde quaq; perfectos atque absolutos ex suo veluti perfectionis statu deijcere derurbare, dimouere, conuellere.

83 Sed vt hoc ipsum nostrorum quoq; testimonio comprobemus, episcopi sancti omnibus & videri debet, et præsumuntur vt paulò, post vbertim atq; copiosè demonstrabimus: et tamè eos cæcos esse in nepotes, tam verè quàm eleganter dicit glo. no. in ca. peruenit. in glo. vlti. l. q. 3. quã bene ponderauit Panor. in ca. diuersis fallacijs. in 2. no. de cleri. coniug. quod verū esse ostendit id quod de cæcitate amantium supra diximus. Non immeritò igitur prohibentur episcopi ecclesiæ & conomatum consanguineis committere, propter fraudis suspicionem. ca. decenter. et ibi glo. 89. distin.

84 Sed et id de episcopis nemini mirum videri debet, cum et summi pontifices quos nemo dubitet sanctos esse, aut certè tales præsumi, quos apex ita dignitatis attollit, vt dicit tex. ca. non nos. 40. dist. et optimè facit. l. 1. ff. de offic. præf. præto. tamè malè audiant propter consanguineos. Nã vt pulchrè dicit Bald. in l. tutor. §. quæ tutoris. per illum tex. ff. de excu. tut. si Papa consanguineū ad dignitatem promouerit, ei caro reuclauit & sanguis.

85 Quid? quòd ne in virgine quidè gloria Maria hæc affectio defuit, si credimus Diuo Hieronymo, si is fuit vt plerique omnes existimant, siue vt Erasmus credit, Sophronius, quem & ipse Hieronymus in Catalogo scriptorum, virum apprimè eruditum appellat. Hic igitur, quisquis is fuit, in eo sermone, quem ad Paulam & Eustochium de ipsius virginis assumptione conscripsit, hæc de eius in Christum amore scripta reliquit: Ignorat (inquit) amor iudicium, ratione sapenumero caret, modum nescit, nec aliud cogitare potest, quàm quod diligit. Hæc ille de illo virtutum omnium armario virgine Maria, quæ tamen impeccabilis erat, vt asserunt Theologi, & è nostris glo. in clem. ad nostrum. in princ. in verbo, impeccabilis. de hereti. vt quæ nec labe originali polluta fuit.

86 Itaque cum sit natura comparatum, vt homines vel integerrimi, atq; sanctissimi sint in suos tam propensi, vt plerunq; à recto tramite veluti cæcutientes deuiant, ad lapidem amussim, non lapidem ad amussim applicantes: quis contra omnium legum placita, iudices à causis consanguineorum sine delectu repellentium audebit asserere aliquem esse iudicem idoneum in sua suorumve causa, quacunque virtute & sanctimonia polleat? cum nulla lege huiusmodi viri à regula generali excepti reperiantur, vt in simili dicit tex. in l. præuarcationis. §. vlt. ff. de præuar. ibi, neq; lege aliqua cautū est. & in l. dissentientis. C. de repud. ibi, nulla iuris præcepit constitutio, & ibi not. Alber. & l. illam. C. de collat. ibi: eò, quòd nulla constitutio super huiusmodi collatione posita est, & ibi Bar. & alij, & in §. optimum. in authen. de non elig. secun. nub. in illis verbis, Nec quilibet est tex. aliquid tale dicens

dicens, quem tex. in illis ipsis verbis dicit sing. & celebrem Barb. in repe. ca. Raynaldus, quam Ioanninã vocant, col. 176. vers. ego vehementer admiror. de testa. & cõsi. 26. sapienter scripsit. col. 3. lib. 2. & ad idem tex. in §. confidemus. in authen. de tri. & semis. cū dicitur, Sed quia cum hoc non lege agimus, erubescimus, per quem vulgò dicere solemus, quòd erubescimus sine lege loqui. & ca. illa. ne sed. vacan. ibi, Cū nusquam inueniatur cautū in iure. & ca. 1. de supplen. negli. præla. lib. 6. cū dicitur, cū id nō inueniatur à iure concessum. & ca. is qui. de sent. excõ. eo. lib. 6. ibi, Cū id non sit expressum in iure, & in extrauag. Ioan. 22. cuius est initium, antiquæ concertioni, post princ. vbi not. Zenze. in verbo, statutum. quòd valet huiusmodi argumentum: non est ita, quia iure cautum non reperitur. & facit tex. no. in c. cõfuluisti. 2. quæ st. §. cū dicitur, & quod sanctorum patrum documēto sanctum non est, superstitiosa adinuentione non est præsumendum.

87 Propterea dicit Bald. in cap. nihil. col. vlt. de elect. quod lege nō cauetur, in practica non habetur. Et idem in ca. in genesi. col. vlt. de elect. paria sunt aliquid fieri sine lege, & contra legem. Et hoc argumentandi genere videlicet, si lex voluisset, hoc expressisset, vsus est in infinitis locis Ioan. Andr. vt etiam refert Ang. consil. 257. consultatio multum generalis existit. col. 5. & multa quoq; ad hoc allegat Cæpol. in repet. authen. sed nouo iure. col. 20. in paruis, vers. & hoc probò. C. de ser. fugi. & latius Nicol. Eueraldus in locis legalibus in loco, à lege cessante.

88 Igitur cum nulla lege istud cautum reperiat, fitq; contra generalem iuris regulam, nemo vt opinor non dubitabit asseueranter affirmare, præsertim si quæ dicta sint, curiosè atque diligenter pensitauerit, nemo quoque tam temerarius, tam confidens, vt velit coram iudice aduersarij consanguineo vel moribus spectatissimo litigare, inque manus illius & arbitrio ius omne suum, in quo forsitan quidquid bonorum habet, consistit, reponere: ne si fortè caro aut sanguis, vt vtat. verbis Bal. reuelet, id omne quod in litera est, consanguineo adiudicet, illam iustam causam fouere ratus, idque temerè scilicet affectione occupatus, propter quam iudex omnem inquirendæ veritatis rationem amittat, vt scribit Quintilianus lib. 6. ca. fatuum esset dicere eum qui sanctæ vitæ fuerit, dedita opera, & veluti ex cõposito, quidquam contra ius dijudicaturum. Quanquam & his, quæ sunt contra leges, quale est hoc, de quo est quæstio, in honestissimam personam cadit fraudis suspicio. vt est tex. expressus in l. cū quis decedens. §. Titia honestissima femina. ff. de lega. 3. & ita dicit per illum tex. Bald. in ca. 1. §. item si vasallus. tit. de cõtro. inue. vbi tamen in codicibus, qui circumferuntur, hoc dictū, in addi. ad ipsum Bald. erranter scribitur. quod & idem dicit Paris de Puteo in tractatu de syndicato, suspicio, & nos quoq; diximus in nostris cõmentarijs ad l. si vnquam, in verbo, donatione largitus. nume. 32.

Y 2 Deniq;



89 Denique hanc sententiam adiuuat glo. not. in. c. nullam. 2. quæst. 4. quæ voluit, quòd Papa, in quo vt iam diximus, sanctitas præsumitur, debet alijs committere causam suorum, ne ipse suspectus habeatur, vel ne fauore pro eis iudicet. quam multum commendat, & sequitur Ro. cõsi. 5. 21. circa propositam etiam consultationem. co. 2. vers. aduertat sacra synodus. Hæc maior in modum sententiam Decij confirmant, vtra tamen opinio sit verior, alij viderint: neque enim ego tanquam arbiter honorarius quicquam ausim decernere, vt aliàs sæpe protestatus sum.

90 Sed vtcunque est, non ouo ouum similius est, quàm illi Specul. dicto simile est, quod Alanus antiquus doctor referente glo. in summa. 3. q. 5. dicebat omnes quidem consanguineos esse testes idoneos, si tales appareat, qui præponant gratiæ veritatem. §. eos quidem testes. 4. quæst. 3. Quam glo. veluti hoc ipsum affirmantem allegat Ioan. Ana. in. c. cum oportet. co. 2. & ibi etiam Felin. qui eam facit sing. col. 3. vers. adde etiam prædictis. de accusa. & idem Feli. in. d. c. super his. col. pe. eo. titu. & in cap. literas. col. 3. vers. primus est quando testis. & Hippo. Marfil. in. l. 1. §. ad quæstionem. col. 2. vers. limita etiam hunc tex. ff. de quæstio. quanuis tamen ea glo. illam Alani sententiã apertè reprobet, vsa exemplo iudicis qui ob consanguinitatem recusatur. in quo nõ obscurè sentit cū opinione Decij, de qua in præcedenti articulo. & eam gl. sequitur Archi. ibi vide Alex. in. l. ea quidem. col. 36. C. de accusa.

91 Ex illo autem Alani dicto & illud proficisci videtur, quòd etsi frater testis non faciat plenam fidem, per not. per Specu. titu. de teste. §. 1. vers. sed nunquid frater. & Barto. in. d. l. qui testamento. ff. de testa. per text. in l. 3. in prin. ff. de testi. cum si. Tamen si frater ille sit deuotæ & probatæ vitæ, vt de mendacio nulla sit suspicio, facit plenam fidem. Ita voluit Imo. in cap. cum canonicus. colum. penulti. & ibi Barb. de offic. deleg. & idem Imo. in ca. in literis. de testi. & in l. qui testamento. §. quicūque. in. fin. ff. de testib. aliàs testa. sequitur Alberi. in 1. par. in tracta. testium, 1. principalis, & Philip. Corne. cõsi. 172. primus consultationis articulus, col. 4. vers. facile colligitur. lib. 2. & Fel. in d. cap. cum oportet. col. 4. vers. modò aduerte. de accus. (ibi vide Ioan. Ana.) & in dicto cap. literas, quo loco nuper citauimus. & Iason in authen. iubemus, col. vlti. C. de iudi. vbi dicit se aliquando dixisse Ferraræ in quadam ardua causa, & in repet. d. l. admonendi, col. 71. vers. limita multum singu. ff. de iureiurando. vbi dicit hoc esse multum singu. & Lan franc. Brix. in repet. cap. quoniam contra falsam, in materia testium, vers. circa autem fratrem. de probat. & Hippo. Marfil. singu. 273. notissimum est, col. 2. vbi hoc dicit singul.

92 Simile est & quod de vxore dicit Specu. post antiquos docto. in tit. de testi. §. 1. vers. sed quid de vxore & viro, quòd licet non sit testis idonea pro marito, tum quia domestica est, tum & alijs rationibus; tamen si vxor sit aliàs

aliàs bonæ famæ, admittitur: argu. §. eos testes. 4. quæst. 3. An tamen sit istud verum, vide omnino per Fel. in cap. in literis. col. 4. vers. fallit quartò in vxore, de testib. & quos ibi allegat.

93 Idem quoq; de alijs familiaribus & domesticis dicitur, quod licet repellatur à testimonio. l. 2. & l. cos. C. de testi. cum simil. tamen si sint probatæ vitæ, & opinionis, de quibus non sit verisimile, quòd pro aliquo vellent deierare, admittuntur ad testimonium. d. cap. in literis, in fin. de testi. & ibi expressè Inno. dicit, quòd familiares honesti & bonæ famæ recipiuntur in testes. quem sequuntur ibi Bald. Anto. Imol. & Feli. col. 2. fallit 2. sequitur etiã Bald. & post eum Salic. in d. l. 2. C. de testib. vbi adiiciunt exemplū in familiaribus episcoporum, abbatum, nobilium, & aliorum notabilium domitorum: qui quidem, vt dicunt, non tenent secum nisi familiares, & discretos, & bonæ opinionis. Sequitur etiam Rom. cõsi. 7. visis necessarijs, col. 2. & cõsi. 420. proposita quæstio, col. 2. vers. tertio idem manifestatur. Albert. in d. tract. de testib. secunda parte primæ principalis Alex. in addit. Barto. in l. vir mulieri. ff. de donat. inter virum & vxor. Barb. cõsi. 6. scriptum est præclare. 1. Reg. col. penul. lib. 1. & cõsil. 30. scribitur præclare sapientiæ, col. 1. vers. etsi dicatur quod glo. extendit, eod. lib. 1. & cõsi. 54. illud in medium afferam quod sapienti. col. 10. vers. etsi quispiam dixerit, eod. lib. 1. & cõsil. 3. clementissimi Dei patris domini nostri, col. 13. vers. vbi dixit, lib. e. & cõsilio. 82. clementissimi Dei patris omnipotentis, col. 5. lib. 4. Lanfran. in repetitio. d. capit. quoniam, in dicta materia testium, vers. quæro ergo primò nunquid familiaris. Firmi. in tractatu de episcopo, in 5. parte, libro. 4. in. 47. quæstio. Hippo. Marfil. singu. 5. incipien. regula est quòd familiares (vide Angel. in dicta. l. 2.)

94 Ex quibus doct. alij meminerunt dicti exempli Bald. alij nullam mentionem fecerunt. Sed operæpretium esse duxi, non esse à nobis tam ieiunè et frigidè pertranscundum, vt nihil super eo dicamus. Neque enim Bal. qui vir fuit in iure & imperatorio & pontificio atque in omni ferè doctrina, quantum è nostris (absit verbo inuidia) alius nemo, apprimè eruditus, id ipsum ab re, neque frustra, neque temerè posuit. quod vt demonstrum, libuit paulò latius euagari, atque in id per sententias nobilium scriptorum & decurrere, tum propter Bald. autoritatem, tum propter rei ipsius utilitatem atque etiam delectationem, quæ mihi imò verò omnibus instar caris est: tum etiam vt hoc veluti diuerticulo & rerum varietate leuem tædium legentium. Ea ergo (vt opinor) ratione Bald. illud exemplum adscripsit: quia quemadmodum episcopi, abbates, nobiles, & alij id genus præsumuntur & honestè et probatè vitæ: vt pote cum nihil ob aliud, quàm propter probitatem & virtutem ad huiusmodi dignitatum gradus, præ cæteris assumantur & delignantur cap. miramur. ante fin. 61. dist. vbi & not. glo.

in verbo, pro laboribus, quòd eo ipso quòd quis electus est præsumitur esse melior alijs, & ad id alia iura allegat, quæ videre poteris, & ca. cum in cū etis. de elect. & ca. cum in iuuentute, in prin. de præsumpt. vbi etiam notat glo. quod ex quo quis adeptus est dignitatem episcopalem, præsumitur ratione suæ virtutis fuisse adeptus, & ibi etiam Bald. Panor. & alij & quod not. amplissimè Bar. in l. i. C. de dignit. lib. 12. Ideo in legibus nostris sancitū est, dignitatem testium esse inspiciendam, vt plus credatur testibus in dignitate constitutis, quàm plebeis & priuatis l. in testibus. & l. sequē. ff. de testi. & §. 1. versi. sancimus. aliàs d. versi. allegato pro. §. eod. titu. in authen. de test. vbi glo. quæ omnia industriè, & ingeniosè rimari & solerter perpendere solet, huiusce rei rationem esse dicit, in verbo, dignitatis: quoniam ad dignitates homines honesti eliguntur. Hinc dicit Bald. post glo. in l. i. §. his incunabulis, col. 1. ff. de offic. præf. prætor. esse præsumendum pro episcopis. & allegat not. in ca. domino sancto. 50. dist. Ex quo et illud manauit quod non est facilè recipienda episcoporum accusatio. c. accusatio. 2. quæst. 7.

95 Sicut ergo huiusmodi viri præsumuntur probi & honesti, bonæq; & probatæ fidei: ita quoq; & eorū famuli, qui plerunq; dominorū mores repræsentant imitantur, & expriment. Est enim prouerbium à Platone doctrinæ & ingenij principe vsurpatum lib. de Repub. 8. Dominas imitantes cællæ: & aliud apud Ciceronem li. 5. Epistolarum ad Atticum, ὁπῶτα ἢ δέσποιναι, τίται δὲ θεραπαινίδες, Qualis hera, tales & ancillæ. Et illud quoq; Terentianum in Eunuchis, Domini similis es. Propterea Diu⁹ Hieronymus ad Demetriadem scribens, Mores (inquit) & studia dominarum plerunq; ex ancillarum & comitantium moribus indicantur. Et alibi ad Principiam scribit ex lasciuia puellarum comitantium de dominarum, moribus iudicari. & Gregorius Nazanzenus in eo carmine, quod elegis versibus cōtra mulieres ornatas eleganter scripsit, grauitè asseruit ancillas esse imagines cordis dominarum. Sicut enim veris nuntij sunt hirundines, flos, fructus, ita & dominarum ancillæ.

Ad quod alludens satyricus poëta iuuenalis, sat. 1.

Maxima quæque domus seruis est plena superbis

Et Euripides in Alcæone apud Stobæum. Ser. 60.

μέτεσι τῶν δέλοισι δεσποτῶν νόσου.

Serui dominorum morbis inficiuntur.

Et Alexis apud eundem:

Ἄλλ' ἐπὶ πλῆθ' ἐμφερέεις τοὺς οὐκέτας,

ἐχούσας ὄψαι τοὺς νόσους τοῖς δεσπότηταις.

Cæterum, erga vulgus seruos similes

Habere videbis mores dominis.

Et huic sententiæ calculū adducit Baptista Mantuanus ad Falconē: necq; enim

enim indignus esse videtur, qui citetur,

Cur tibi sint dociles serui, sine crimine, Falco?

A simili mores accipiuntur hero.

96 Quod quidē hinc manare videtur, aut quia famulos nobis similes, quantum in nobis est, plerunq; asciscimus: similis enim similit, vt vulgò dicitur, sibi quærit, de quo abundè alibi diximus in nostris legibus Cōnubialibus. Aut quia si id accidat, vt ipsi domini in eligendo errantes sortiantur famulos, qui à suis omnino moribus sunt ab initio alieni, efficiantur tamē illis similes, & exēplo eorū prouocati, & cōsuetudine immutati. Nā quod ad primū spectat, cū aliàs semper hominū exēpla plurimū valeāt, multumq; habeant energiæ ad emédanda aut corrūpēda hominū ingenia: tū eius præcipuè, qui quocūq; modo præest. in cui⁹, vt vtar verbis Liuij. 1. deca. li. 1. veluti vnici exēpli mores, ij qui subsunt, se formāt: flexibiles enim, vt ait Plin. in Paneg. quā cūq; in partē à principe, atq; vt ita dicā, sequaces sumus. Huic enim, vt chari, huic probati esse cupimus, quod frustra sperauerunt dissimiles. Et paulò infra, principis cēsura est, eaq; perpetua, ad hāc dirigimur, ad hāc cōuertimur:

97 In quam etiam sententiam text. est apud nos in c. sicut & c. pastoralis. 2. q. 7. & c. ex merito. 6. q. 1. & optimus omnium in c. præcipuè. 11. q. 3. quem etiam ad hoc aureum dicit Barb. consi. 40. clementissimum omnipotētē Deum. col. 6. lib. 4. alius tex. in c. magnæ. de voto. vbi quod agitur à prælati, facilè trahitur à subditis in exemplum. ex quo occasione sumpta gloss. ibi, & etiā in d. c. ex merito. citat illud Claudiani, tacito tamē illius nomine,

Totus componitur orbis

Regis ad exemplum.

Et sequitur apud Claudianum:

Nec sic inflectere sensus

Humanos edicta valent, quàm vita regentis.

Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

Quibus & simile est, quod scribit sapientissimus ille cōcionator, in eo libro qui Oeconomicus, vulgò autem Ecclesiasticus inscribitur. c. 10. secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Et subdit, Rex insipiens perdet populum suum. Platonis quoque sententia est à Cicerone Epistolarum lib. 1. ad Lentulum vsurpata, Quales in Rep. principes essent, tales reliquos esse ciues. quam etiam citat Barb. con. 1. col. 5. ver. tales enim sunt. lib. 1. & d. con. 40. co. 6. li. 4. vbi dicit Platonē huiusmodi sententiā afflatu Spiritus sancti protulisse. quod et idē dicit ipse Barb. d. con. 82. co. 5. li. 4. & in proœm. cle. in versi. quoniā nulla. col. 5. At Cicero ipse lib. 3. de Legib. legem 12. tabularū interpretans, qua cauebatur, vt magistratus vitio vacarēt, atq; cæteris specimē essent, hęc verba adducit, Vt enim cupiditatibus principū, & vitijs infici solet tota ciuitas, sic emédari &

Y 4 corrigi

corrigi cōtinentia. Et paulò pòst: Nam licèt videre, si velis replicare memoriam temporum, qualescūque summi ciuitatis viri fuerunt, talem ciuitatē fuisse. Quæcunque mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo, sententiam. Apud Laertium in Zenone, Antigonus Macedonum rex ad ipsum Zenonem scribens, cum multa primùm de doctrina & felicitate præmisisset, hoc tandem in calce subiecit, cuiusmodi fuerit dux, vt plurimū subditos fieri necesse est. Agesilaus quoque ille magnus & ipse rex Lacedæmoniorum, interrogatus, Quare vehemēti Hyeme sine tunica incederet: respondit, Quò iuuenes imitentur, habentes hi quidem & senis & principis exēplum, author Plutarchus in Apopht. Herodianus autem lib. 4. Solent (inquit) plerunque homines vitam principis æmulari. Sed ante hos omnes scribit Homerus lib. 17. Odyssæ, Malos pastores gregem corrumpere:

Αὐτὰρ μῆλα κακὸι φθείρουσι νομῆες.

98 Quæ omnia cum semper vera sint, tum verò maximè, cum subditi corū sunt domestici, qui præfunt. Nam vt ait Iuuenalis satyra. 14.

Sic natura iubet, velocius, & citius nos

Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis

Cum subeant animos auctoribus.

Cui non nihil ad stipulatur tex. in l. 1. C. de emenda. propin. ibi, Vt quos ad vitæ decorum domesticæ laudis exempla non prouocant, saltem correctionis, &c. Hactenus satis de exemplo.

99. Quod de consuetudine autem dictum est, facilè apparet vel cæcis consuetudinem ipsam, quam cōuersationem alij vocant, alij familiaritatē, quæ frequēs est, imò verò quotidiana atq; assidua inter dominos & famulos, habere multum momenti & virium, tū ad deprauandos, tum ad corrigendos hominum mores, etiam si alter conuersantium alteri non præsit, neque etiam subsit, quod nos latissimè diximus, & multorum authorum & Gregorum & Latinorum testimonijs probauimus in nostris Legibus Connubialibus, tū in l. 5. nu. 29. incip. ex his illud, tum itē & multò latius. l. 16. nu. 14. incip. quisquis ergo, & multis seq. vsq; ad nu. 26. quæ ibi videre poteris.

100. Sed vt domū tandē repetamus, & vnde egressa est, eodē reuertatur oratio, videlicet ad ea quæ personarū integritati conceduntur cōtra cōmunes regulas iuris, accedit suprascriptis, quòd licèt nō credatur dicenti se legatum Papæ vel principis, affirmantisq; literas legationis se habere, nisi eas ostenderet l. 1. C. de mand. prin. & c. quiescamus. 42. d. & c. lectis. 63. dist. cum si. Tamē si persona est nota, honesta, & fidedigna, ei creditur. c. nobilissimus. 97. di. vbi gl. Archi. et Dom. no. quod interdū creditur voci et assertioni vnus, si persona sit honesta & authētica. & eā gl. ad hoc dicit sing. Barb. con. 64. scribitur Exodi. co. vlt. lib. 4. Sed idē etiam voluit glo. in c. ego N. in verbo, ego tractabo, de iureiurando. Specu. in titu. de iudice delegato. §. excipi potest.

test. versi. item excipitur quod non ostendit mandatum, & titu. de legato. §. superest. versic. quid si de legati iurisdictione dubitatur. Pau. de Cast. confi. 307. priusquam iura fierent. lib. 2. & Feli. in cap. quod super his col. 2. in 2. cōclusionē. de fide instrumen. & in c. ad eminentiam. in prin. de senten. excō.

101 In quam etiam sententiam non tam pedibus quam stylo vadit glo. in c. cum olim, eius initij 1. in verbo, sine reprehensione, de priuileg. quòd si is qui se dicit legatum, asserat amisisse instrumentum suæ legationis, non ei creditur, neque admittitur ad probationem amissionis, argumen. d. l. vnica. & est tex. expressus in cap. cum in iure. de offic. & potest. iudic. delega. si tamē sit & honestus & notus, potest & debet ei credi, argu. d. cap. nobilissimus. quod sequitur & dicit not. Panor. ibi col. vlt.

102 Quibus tam simile est, quàm lac lacti, quod voluit Specu. in titu. de citatione. §. sequitur. versicul. vtrum autem citatus teneatur credere. quòd etsi nuntio delegati citanti aliquem non teneatur quis credere sine literis commissionis, per ea quæ allegat, si tamen nuntius sit certus, hoc est, vt idem exponit certæ & probatæ fidei, ei credendum est, etiam sine literis. alleg. dict. cap. nobilissimus.

103 Huius factionis est quod Pet. Ancha. quem Barb. in repet. l. cum acutissimi. colum. 97. C. de fideicommiss. vocat verissimum iuris interpretem, dicit in cap. licèt in beato. de accusa. quòd licèt inquisitio criminum non concedatur, nisi præcedente infamia. c. qualiter, eius initij 2. de accu. cum simi. Tamen si aliquis denūtiatur à persona fide digna, & superior ignoret famam, vel infamiam, poterit super illis inquisitionem committere. sequitur Feli. ibi, col. 2. versi. in glo. vlt.

104 Eiusdem quoque contubernij est, quod not. tradit Barto. in l. admonendi. col. 5. versi. circa secundum, scilicet circa librum rationum aduerte, & c. ff. de iureiurando. quòd licèt liber rationum nihil omnino probet, nec proferente nec pro hærede, in his quæ non dependent à mera scribentis voluntate. l. exemplo. C. de probat. cum simi. tamen inducit præsumptionem pro ipso scribente nedum pro ipsius hærede: videlicet cum qui scripsit, est bonus vir, arg. l. qui cum maior. §. vl. ff. de bon. liber. quod dictum sequitur Pau. Cast. in d. l. admonendi. col. vlt. & ibi quoque Io. Bap. Cacia. in rep. col. 38. versi. fallit si esset liber, & alij recentiores. sequitur etiam Ant. in cap. 2. vbi etiam Panor. col. 8. versi. venio ad tertiam speciem, & Feli. col. 7. versi. fallit 3. de fi. instru. & Rom. in l. nuda ratio. ff. de dona. Alex. confi. 72. viso processu & omnibus actis. col. 4. versi. nec etiam obstat si dicatur, lib. 5. Barb. con. 27. vbi Christus non est fundamentum, col. 2. libro 3. & confi. 53. A Ioue principium. col. 5. eod. lib. 3.

105 Neque id solùm procedit in libro rationum, sed in omni scriptura priuata: quæ licet nihil etiam omnino probet, si tamen fuerit conscripta à viro optimæ



optimæ opinionis, facit aliquam fidem, vt pulchrè voluit Bal. in rub. C. de fide instru. col. antepen. versic. viso de scripturis confectis in formam rationum. Quinimo dicit Bart. in d. l. nuda ratio. col. pe. ver. circa secundum. ibi, verumtamen quia campsores. ff. de dona. quòd libri campsores & mercatorum faciunt inter alios semiplenam probationem, si dicti campsores et mercatores sint probatæ fidei: & ita intelligit glo. in d. l. admonendi. ff. de iureiuran. & in l. in bonæ fidei. C. eod. tit. in eo quòd dicit scripturam priuatâ facere semiplenam probationem.

106 Sanè mentio d. l. admonendi, non patitur, vt præteream id quod à nonnullis dicitur. Paul. Cast. super ea scripsisse, quòd licet testes singulares non probent iuribus vulgatis, si tamè sint ita probi & notabiles, quòd iudicem adducant ad indubitatam fidem, non debet iudex curare de illa singularitate, sed ex eorum dictis iudicare. quod & idem dicitur voluisse in l. Lucius. ff. de his qui notan. in fa. in re collectis Florentinis. In quibus locis legi Pau. de Cast. hoc tamen non comperi in meo codice. Sed ad hoc illum allegat & sequitur Cacial. in repet. d. l. admonendi. col. 39. versic. patet igitur tibi studioso, vbi hoc dicit singu. & perpetuò notandum, & aliquando induxisse ad quæstionem de facto, vbi aduocati & plerique doct. insignes ex hoc mirabili dicto obstupuerunt. Sequitur etiam Franc. Brunus de sancto Seueri. in tract. de iudicijs & tortura, in prima char. col. 3. circ. princip. & Soci. con. 262. in causa magnifici. col. 5. versic. & pro certo. vbi hoc dictum dicit elegans. & Hipp. Marfi. sing. 114. vulgatum & tritum est, vbi ad hoc dicit sing. & mirabile, & perpetua dignum memoria, & in l. 1. §. ad quæstionem. col. 5. versic. sed vltra prædicta. ff. de quæstion. vbi hoc item dicit singul. & in l. si quis ne quæstio, col. antepen. versic. & ideo. ff. eo. vbi hoc quoque dicit sing.

107 Quibus & hoc quoque adijcies, quòd licet non sit credendum testibus verisimilia non deponentibus, vt voluit Innoc. in cap. auditis. de præscript. cum concordan. adductis per recentiores in cap. quia verisimile. de præsumption. & à me in repet. l. si vnquam. in præfa. num. 44. incip. imò verò. & sequen. C. de reuoc. donat. hoc tamen fallit in testibus valde dignis, vt no. voluit Fel. in dict. cap. quia verisimile, col. 2. versic. & per istum text. motus ex eo tex. in verbo, vel tales personæ. quod dicit singula. & diligenter notandum. & hoc pro not. sequitur Hippoly. Marfi. in repetitio. rub. C. de probatio. colum. 15. versic. & in hac materia, & in singul. 273. notissimum est in iure, colum. penulti.

108 In hunc quoque gregem recipiendum est dictum not. Fulgo. in l. iuris. ignorantia. C. qui admitti. intelligens illam satis vulgatam, vt pote à multis comprobata sententiam, videlicet consilium notabile docto. excusare videtur ab expensis, vt per Ioan. And. in cap. 1. de constit. lib. 6. Bal. in authent. generaliter. C. de episc. & cler. Ant. & Panor. in c. calumniam. de pœnis, eundem

dē Ant. confi. §. incip. doct. in c. vt debitus, de app. Card. in cle. siue Romanis in 1. no. de elect. & in cle. si vna, col. vlt. post Genze. de reb. eccl. & in elem. 2. col. 5. ver. quartò quæro quot & quibus priuilegijs, in fi. de magi. cum si. vt videlicet hoc procedat, modò in isto doctore cum scientia concurrat conscientie integritas. sola enim scientia non sufficeret, neque excusaret. allegat tex. & glo. in l. quod si nolit. §. si mancipium. ff. de adil. edict. & ita eum allegat & sequitur Fel. in cap. super his. ante fin. de accusa. & in cap. tuas. eod. titu. & in c. de quarta, col. 9. versic. limita vtiliter, de præscription. Sed caue: quia Fulg. non id videtur dicere ad quod illum allegat Fel. limitat enim ipse. Fulg. id quod dicitur consilium doctorum excusare ab expensis, procedere quando habitum est consilium à bonis doctoribus. & non à malis, siue parum eruditis: per d. §. si mancipium, quæ verba non modò intelliguntur de bonitate conscientie siue animi, sed pariter & doctrinæ, vt ipsemet exponit, & loquitur d. §. si mancipium. & glo. ibi, quæ dicit paria esse non adhibere medicum, aut malum adhibere. Igitur cogita.

109 Sed & non solum doctoris, sed & partis victæ integritas excusat ab expensis: per quod singu. voluit Hosti. vir diui humanique iuris peritissimus in cap. fidem. col. penul. de dol. & contum. quem ibi sequuntur Ioan. And. Anto. Pe. Anc. Imo. Panor. & omnes, quòd si succumbens in causa est persona religiosa, & valde catholica, non condemnatur in expensis: etiam si nulla alia iusta litigandi causa appareat: quia præsumitur, quod bono zelo litem mouerit. allegat c. cum ex iniuncto. de oper. noui nunti. vbi ad hoc est bonus tex. in illis verbis, non fecissent, nisi cognoscerent præmissa, &c. & ibi glo. in verbo, Non fecissent. not. ex eo tex. quòd si monachi mouent aliquam causam, præsumuntur hoc fecisse bono zelo. quod & idem dicit per illum tex. gl. in cap. de præsentium. in glo. vlt. 16. q. 1. & glo. in c. expedit. per tex. ibi, in fin. 12. q. 1. Et illud dictum Hosti. pro sing. reassumit Alex. in l. properandum. §. si autem alterutra. col. 3. versic. item vbi alter de bona fide litigantis. & ibi etiam Iason col. 4. versic. quartò sing. limita. C. de iudi. & Barb. in repe. rub. extrâ. de fid. instru. char. 8. col. 1. ver. & ex istis apparet. & in l. sed si ex stipulatu. col. 8. in fi. ff. de verb. oblig. & confi. 77. illud afferam in medium quod præclare doctus Plato. col. pen. lib. 3. & confi. 51. clementissimū Deum. col. 4. lib. item 4. & Feli. in d. c. super his. col. pen. de accusa. vbi & paulò post vocat aureum tex. in d. c. cum ex iniuncto. & las. in repet. d. l. admonendi. col. 71. ff. de iureiur.

110 Et illud etiam dictum Hosti. simpliciter sequitur Anto. in d. c. postremo. de appel. Pe. Anc. in d. c. cum ex iniuncto. Barb. in repe. cap. Raynaldus. col. 53. in 12. limitatione. de testa. vbi facit valde sing. tex. in d. cap. cum ex iniuncto. & iterum con. 23. scripsit propheta optimus. col. 7. lib. 1. & con. 3. clementissimi Dei patris. col. 13. versic. vbi autem. lib. 2. & con. 11. præclare scribitur sapientia. col.

tia col. pe. co. li. 2. et con. 41. Deum inuocent adiutorem. co. 4. lib. 3. & confi. 43. illud in medium referam. co. 16. ver. præterea etiam faciat. co. li. 3. & con. 77. præclare scribitur col. 2. lib. 4. & Iason in authent. iubemus. col. vlt. C. de iudi. Feli. in c. causam quæ. ante fi. de offic. deleg. & Philip. Dec. confi. 175. in causa falsitatis. col. 4. versi. & prædicta videntur habere locum. & in c. postremo. ad fin. de appel. Hippo. Marsil. in d. l. 1. §. ad quæstionem. col. 3. ff. de quæsti. & in l. patre vel marito. col. 8. versi. item limita. ff. eo.

111 Huic tamen sententiæ alacriter reclamatur ac refragatur Flori. quem refert Imo. in d. c. finem. ea ratione, quia si huic viro quantumcunque probo ac sancto nullam fuisse iustam causam litigandi appareat, præsumptio est contra eum, quod fuerit calumniatus. Flor. sequitur Soci. in tract. fallen. reg. 139. in ci. expensarum condemnatio. in 3. fal. ob id quidem, quod etiam non præsumeretur, quod fuerit calumniatus: tamen præsumitur, quod temerè egerit, propterea condemnandus est in expensis. l. cum quem temerè. ff. de iudi. et l. calumniam. de pœn.

112 Et hæc sententia potest confirmari per id quod in simili dicimus, quod licet iuramentum calumniæ excuset à præsumpta calumnia, & ita etiam ab expensis, quæ ex ipsa præsumpta calumnia proueniunt, secundum communem opi. per tex. in l. ait prætor. in versi. proderit. ff. de iureiur. vbi latè Alex. non tamen ab expensis venientibus ex temeritate absque dolo, & calumnia, §. hæc autem omnia. Insti. de pœn. tem. litig. & dict. l. eum quem temere. de quo per Alex. & Iaso. in d. §. fin. autem alterutra.

113 Et quanquam fortassis hæc Flor. opi. sit verior. (in qua re suo quemque iudicio relinquo) non est propterea omittendum veluti huic loco admodum conueniens, quod per illud dictum Hosti. scripsit idem Soci. in eo ipso tracta. fallentiarum, reg. 176. cuius est initium, Hæres inuentarium non conficiens, quod licet hæres non conficiens inuentarium teneatur ultra vires hæreditarias, & patiatur alias pœnas, de quibus in §. quia verò. in authent. de hære. & falci. cū simi. fallit tamen quando hæres est miræ sanctitatis, qui si nõ conficiat inuentariũ, non tenebitur, cū nõ esset contra eũ suspicio ad quod etiam nõ. d. c. cū ex iniuncto. & in d. c. expedit.

114 Sed hoc certè non est sine dubio, ex eoque dependet an in foro conscientie teneatur hæres non conficiens inuentarium ultra vires hæreditarias: & an huiusmodi suspicio super cuius cessatione fundatur dictum Soci. sit sola & finalis causa huiusce rei: de quo spero me alibi dicturum. Sed hoc vnum dixerim contrarium eius quod dicit Soci. tenuisse Barb. in repe. rub. ff. de acquir. hæred. & in solenni rep. quam à filia primogenita, Ioannina m. vocant, c. Raynaldus. col. 53. in 12. limitatione, de testa.

115 Eiusdem farinae est & illud, quod voluit Specul. tit. de Instit. edi. §. restat videre. versi. sed quid si producat aliquod instrumentũ, quod instrumentum con-

tum con-

tum confectum in longinqua regione ab ignoto tabellione. probatum demum, si producens est legalis & fidedigna persona & bonæ famæ, aliàs secus. quem sequitur Bal. ibi. in sua addit. dicens quod pro viro legali præsumitur.

116 Cui non admodum dissimile est, quod scribit Iac. Bel. in. §. eos autem. per illum tex. in authent. vt iud. sine quoq. suffra. quod instrumenta producta à bono, & honesto viro, atq; fidedigno præsumuntur esse vera: & testes quoque ab illo producti esse boni. quod dictum sequitur Pet. Putea. in suo tracta. findi. in 44. char. in fi. & Hippo. Marsil. in d. §. ad quæstio. col. 5.

117 His succinit dictum Anton. cuius autoritas non parua est, si credimus Paul. Cast. cõsilio. 181. col. vlt. ante fi. lib. 1. is enim in cap. sicut ad fin. de probat. dicit quod etsi valeat pactum, vel statutum restringens facultatẽ probandi ad vnam speciem probationis tantum: verbi gratia, conuentum est vel statutum, ne debitor possit solutionem per testes probare, sed tantum per instrumentum: vel altera partium renuntiauit in iudicio probationi testium, poterit tamen non obstante huiusmodi statuto, pacto aut renuntiatione, producere: & iudex recipere testes legalissimos, & multum spectatẽ fidei, idq; de æquitate canonica, quod dictum simpliciter refert Fran. Aret. ibi, Nec aliud præterea dicit: nisi quod ipse Anto. aliter sentit in ca. cū eremita, de fide instr. sed illud dictum expressim sequitur. Fel. in d. ca. sicut. col. 5. ver. quartò intellige, vbi dicit post ipsum Anto. hoc fuisse de mente Specu. in 2. parte, titu. de probat. §. vlt. versi. sed pone quod in instrumento debiti. in fi. cū dicit, quod ex qualitate personarum audietur, aliàs non: per tex. in l. diui. ff. de liber. caus. & l. vlt. ff. de actio. & obli. & ibi dicit Ioan. An. in addi. istud placere Alber. Galeo. istud quoque dictum.

118 Istud quoque dictum Ant. sequuntur, & multum commendat Alexã. & Iason in d. authent. iubemus. vterque col. 2. C. de iudi. ad quod etiam allegant tex. in l. si quis ex argentarijs, post pri. ff. de eden. & idem Iason in rep. d. l. admonendi. col. 71. versi. limita multum singulariter. vbi hoc dicit singulariter tamen Alex. & Iason memoria lapsi, citant Specul. in tit. de instru. edi. §. vl. versi. sed quid si debitor. cum in eo. §. nullus sit huiusce modi. versi. sed debuerunt in tit. et versi. supra citatis, qui quidem versiculus proximus est ante ver. sed quid si debitor. Hoc quoque dictum sequitur Phil. Deci. in d. c. sicut. col. ante pe. versi. quintò statutum intelligitur. & in d. c. postremo. ad fin. de appel. & Hippo. Marsil. in repe. rub. C. de probat. col. 10. versi. quartò limitat. & in l. 1. §. si quis vltro. col. 4. versic. alius est etiam modus. ff. de quæstio. vbi per hoc dicit, satis nouiter, quod cū conclusio in causa, & renuntiatio productionis testium equiparentur, vt not. Panor. Liaza. & alij post eum in c. pastoralis. de cau. poss. & proprie. & Specul. tit. de renũtia. & conclusio. versi. & nota quod eo ipso. & Cardi. Flor. con. 23. in causa Amare

Z ti. in

titu. in princ. ideoq; etiam si fuerit conclusum in causa, poterunt tamē produci testes legalissimi, æque ac cūm testibus est renunciatum. quod valde notandum est. Et idem quod Anto. vbi supra, consuluit Raph. Fulgo. consil. 208. proponitur quod quidam. in fin.

119. Et quoniam incidimus in mentionem d. l. si quis ex argentarijs. in mentem venit leges nostras tanti facere probitatem fidemq; atque integritatem vnius hominis, vt ex ea suppleant, quod deest alteri deploratæ fidei & opinionis. tex. est intimis omnium præcordijs imprimēdus in d. l. si quis ex argentarijs, statim post princ. quem facit sing. Bald. in l. imperatores. ff. de statu homi. & in ea. tertio loco. & ibi Feli. post eum, ad fin. de probat. & Barba. cōsil. 18. præclare scriptum apud psalmistam. col. etiā. 18. versi. item respōdeo. & aliter lib. 2. & consil. 36. sapienter scripsit propheta. col. 8. cod. lib. 2. & cōsi. 3. illud referam in medium quod bellissimè scriptum est. col. 3. libr. itē 3. & cōsi. 90. illud referam in medium quod præclare scribitur primo Regū col. 3. versi. & etiam præmitto. eod. lib. 3. & consil. 25. clemētissimum Deum & pijsimum. col. 3. lib. 4.

120. Sed & illum tex. notabilem dicit Bald. consil. 152. plura tanguntur. col. 1. li. 1. & consil. 27. in quæstione, quæ vertitur inter Philippum. col. 2. versi. si dicatur huic testi. lib. 5. Quin pro valde eleganti aduocat Barb. consil. 50. illud afferam in medium quod poëtæ dicere consueuerunt, col. 6. versi. & si quis piā opponat. lib. 1. & cōsi. 70. præclare scribitur. 1. Reg. col. 10. lib. 2.

121. Et per illum dicit Bald. in suis in ipsum illum text. cōmentarijs post Iaco. But. ibi, quod si vnus testis non sit omnino idoneus quia fortè infamis est infamia facti, propter quam non est integer testis, vt voluit glo. in l. 3. §. dug causæ. ff. ad Carbo. & glo. in l. 1. & ibi latè docto. C. de sum. trin. & fide catho. tamen habet contestē notæ & spectatq; fidei, illius depositio ab isto ita sustentabitur, vt ambo faciant plenam probationem, veluti integerrima alterius fides alterius defectum & imperfectionē suppleat. quod dicit esse menti tenendū. & eum sequuntur Ange. Imo. Alex. & Iason ibi, & idem per illum eundem tex. voluit ipse Bald. in l. 1. col. 3. C. de testa. (ibi vide) et in l. 2. C. de tab. & dict. cōsi. 152. & d. etiā cōsi. 10. libr. 5. vbi loquitur de fratre teste habente contestem integrum. et consil. 445. qualiter probentur pertinentiæ. col. 2. versi. sed nōne cōmittas. eod. libro quinto. Et Ang. cōsilio primo visis supradictis, factum verò incipit, porrecta fuit petitio. vbi loquitur de teste domestico et familiari habente contestem integrum. quanuis in codicibus, qui vulgo circumferuntur, omissa fuit errore impressorum allegatio dicta. l. si quis ex argentarijs. Idem quoque voluit Salicetus, in l. in bonæ fidei, columna. 10. aliās. 15. C. de iureiur. et Paul. Castrē. consil. 913. item sequendo ordinem, in fin. libro. 3. et consilio. 140. ad bene examinandum, in princ. libro. 1. et Fulgo. cōsi. 173. in causa inquisitionis, colum. 2. et Roma. in

l. 1.

l. 1. §. si stipulanti. & ibi Barb. col. pen. ff. de verb. obli. & idem Rom. cōsi. 290 in casu propositæ consultationis breuiter dicendum dictum Francisc. colū. vlti. vbi loquitur de teste vili & tabernario. & ad hoc allegat pro no. tex. in l. si quis ex argentarijs. & consil. 486. incip. in casu propositæ consultationis breuiter dicendum donationem, in fin. vbi loquitur de teste affine. & Ioā. Bapt. Cacia. in repe. l. admonendi, colum. 45. versi. ex cuius dictis inferri potest. ff. de iureiur. & Alex. in l. vltim. colum. 22. versicu. sed videndum est. ff. de re iudi. & in l. Gallus. §. vltim. colum. vltim. & ibi etiam Socin. colum. 2. ff. de liber. & posthu. & idem Alex. consilio. 2. animaduersis his quæ iam per testes, colum. sexta, versicu. secundò respondeo, libr. 2. & idem consilio 56. viso processu causæ vertentis inter Anto. colū. vlti. eod. libro. 2. & cōsil. 43. visis & ponderatis, col. pen. versicu. secundò respondeo, libro. 4. dum ibi allegat. dict. l. si quis ex argentarijs, cum ibi notatis. & consil. 122. viso puncto, col. pen. eod. libr. 4. & idē aut quisquis is fuit (de authore enim vt subdubitem stili facit diuersitas) consil. 88. quoniam omne datum optimum. col. 4. versi. item non obstat, in fin. lib. 6. & cōsi. 164. viso processu. colum. 2. libr. 7. & Barba. in repet. ca. testimonium, in 7. char. de testib. & dict. cōsi. 18. libr. secundo, vbi de domestico loquitur. & cōsi. 51. colum. octaua, versi. eo. lib. secundo, & consilio. 40. à Ioue principium, colū. 8. versi. quintò facit, libro. 3. vbi etiam de domestico, & consil. 43. illud in medium referam, quod Valerio oratori, colū. 17. versi. nec obstat cūm opponitur, eod. lib. tertio. vbi loquitur de amico, & consilio. 77. illud afferam in medium quod præclare doctus Plato, colum. vltima, eod. libr. tertio. vbi de domestico. & d. cōsilio. 90. eo. lib. 3. & consil. 26. clementissimum Deum & pijsimum Iesum, colum. tertia, versi. & ante omnia circa hoc præmitto, libr. 4. vbi de domestico. et Bertha. Firm. in tracta. de episcopo, libro quarto, in quarta parte octauæ partis principalis, quæstione septima, & Philip. Corne. consil. 42. videtur in hac consultatione, in fin. lib. 1. vbi loquitur de infame infamia facti. & consil. 51. in hac consultatione, col. vlt. versi. quia respondetur. eod. lib. 1. & consil. 169. in præsentis consultationis articulo, colū. 2. lib. 2. & consil. 172. primus consultationis articulo, colū. 8. versi. & primò. eod. lib. 2. vbi loquitur de fratribus, & alijs consanguineis. & consil. 247. viso processu, colū. 4. versi. eod. lib. 2. & consil. 27. in præsentis, colū. 3. versi. lib. 3. & consil. 61. visa copia processus, col. 4. versi. vnde non sequitur, eod. lib. 3. & consil. 94. viso processu accusationis, col. pen. eod. lib. 3. & consil. 166. minimè dubium, col. 2. eod. lib. 3. & consil. 319. circa primum, col. pen. eo. lib. 3. & consil. 131. in hac cōsultatione, ad fin. lib. quarto. vbi loquitur de amico, & Soc. consil. 130. visa cōtingentia, col. vlt. lib. 3. & cōsi. 149. in causa Ambrosij. col. 6. versicu. quarto & vltimò. & consil. 194. subtiliter & eleganter, col. 3. versi. præterea licet nō essent. et consil. 235. visa contingentia facti, col. vltim. vbi loquitur de fratre, eo.

Z 2 libro.

libr. 2. et consi. 54. visis testibus. col. 3. versi. prætereà et secundò. lib. 3. et Feli. in ca. cum super. col. 3. versi. tertio confirmo, de offic. deleg. et in ca. testimonium, col. 2. versi. secundò noto, de testi. et in ca. 1. col. 3. et 4. de præscript. et in ca. nobis, in primo no. de simo. Iason in d. l. prima, col. 12. versi. exemplū ad probandum. C. de sum. trin. in lectura Ticinensi. vbi hoc reputat singu. & etiam in lectura Paduana, col. vlti. versi. tertio fallit, & in authen. si verò contigerit. super tertio not. C. de iudic. vbi ad hoc inducit tex. ibi, & tandem limitat post Bald. in ca. ad nostram, de probat. & idem Ias. in l. si constante. in princ. super 2. quæstione glo. ff. solu. matri. & Philip. Dec. in c. causam quæ, in primo notabili, de offic. deleg. & Hippo. Marsil. sing. 196. ad fi. & in l. de minore. §. tormenta. col. 3. versi. sed ultra ibi dicit. ff. de quæstio.

122 Tamen Alex. veluti sibi cōtrarius, dicit in d. l. si quis ex argentarijs, quòd ille tex. non videtur probare dictum Bal. & aliorum. Et contra illud videtur tenere Fulgo. in d. l. 1. C. de testa. & hanc contrariam sententiam videtur etiam sequi Philip. Deci. consil. 133. viso processu et sententia, versi. nec prædicitæ conclusioni obstat, in illis verbis, quartò dici potest. ad quod dicit benefacere tex. in ca. in literis, de testib.

123 Sed utrunq; res se habet, illud certum est, quòd quādo certus numerus testium requiritur ad solennitatē vel substantiam actus, putà in testamento, in quo necessariò requiruntur septem testes, aliàs corrumpit, hoc casu aliorū integritas nō suppleret vnus defectū, per id quod not. consuluit Ang. consil. 128. in facto proponitur. et in hoc casu videtur loqui Fulgo. in d. l. 1. C. de testa. et in hac sententia fuit Bald. in d. ca. tertio loco. ad fin. de probat. cū dicit, quando ex forma legis vel hominis requiruntur duo testes, debet uterque esse probatæ vitæ, per tex. in l. Calsius. ff. de senat. sequitur Feli. ibi etiā in fin. Et erit pro prima limitatione huius decisionis.

124 Secundò limita procedere, quando fides alterius testium minuitur, vt in casibus allegatis, secus si omnino tollitur, prorsusq; repellitur: quia infamias infamia iuris. Nam cum eius dictum nullū sit, non potest suppleri: quod enim nihil est, supplementum non recipit. l. sed monente. ff. de precar. et facit l. maritus. ff. de quæstio. Et ita expressè voluit Bald. in d. l. si quis ex argentarijs in lectura antiqua, vbi etiam Ang. & Pet. Anc. Alexan. et Iason, et ipse Bald. in l. Gallus. §. ille casus. col. 4. versi. dicendum erit. ff. de lib. et posth. et Angel. in l. 1. et ibi recentiores. C. de testi. et Sali. in d. l. in bonæ fidei. et Pau. Cast. consil. 41. in fin. lib. 3. et Franc. Curt. in tracta. testium, in prima conclusione. Alexan. in d. l. vltim. col. 22. ff. de re iudic.

125 Sed et quod de testibus diximus, procedit quoq; in notarijs, vt videlicet vnus integritas alterius defectum suppleat, vt voluit ipse Bald. in l. si quis ex argentarijs. in 3. no. et in l. imperator, huius initij 1. col. pc. ver. nota etiam quòd si duo notarij. ff. de stat. homi. in prima lect. vbi dicit hoc esse notandum. &

dum. & in d. ca. tertio loco. & ibi post eum Feli. vterq; ad fi. de probat. Ioā. Ana. in ca. fraternitatis. col. 3. de hære. Firm. in tractatu de episcopo, in tertia parte primi lib. in 17. q. col. vlt. vbi pro sing. cōmendat, & ad hoc quoq; allegat tex. in l. 2. §. quid enim. ff. quod fal. tut. auth. Barba. in d. l. 1. §. si stipulanti. col. pen. ff. de verb. oblig. & in d. cōsi. 18. lib. 2. & d. cōsi. 40. lib. 3. & d. cōsi. 26. lib. 4. vbi & hoc facit sing. & in repe. ca. Raynaldus. quam Ioanninā vocat, col. 184. versi. de testa. & in repe. rub. de fid. instru. col. vlt. Ias. in d. auth. si verò contigerit. C. de iudi. & Feli. in d. ca. cum super. de offic. deleg. & ibi etiā Philip. Dec. col. 4. versi. secunda conclusio, vbi hoc tamen limitat. & Hippo. in d. §. tormenta, col. 4. versi. sic fiet. vbi hoc reputat sing.

126 Succurrit & hoc loco dicendum id, quod per d. l. si quis ex argentarijs, in pulchro casu consuluit Bald. cōsi. 200. punctus infra scripti consilij talis est, libr. 5. quòd si notarius fidedignus atq; exploratæ diutius legalitatis cōfecerit testamentum, cuius testes sunt suspecti, vt pote subditi aut famuli illius ad cuius commodum confectum est, valet & probat huiusmodi instrumentum, defectus enim testium suppletur per fidem & legalitatem expertam ipsius notarij, hæc Bal.

127 Sed nec illud omiserim quod not. dicit idem Bald. in ca. prætereà, col. 2. versi. ibi incontinenti, de testi. cogen. quòd licet testis non possit dictū suū nisi in continenti corrigere, vt ibi est tex. & etiam in ca. fraternitatis, & in authen. qui semel. C. de probat. & §. quia verò. in authen. de testib. si tamen sit notæ fidei & autoritatis, potest vsq; ad publicationem testium. sequitur Feli. ibi, col. vlt. & idem fermè in effectu senserunt Hostien. etiam ibi & Panor. in fin. & sequitur Hippo. Marsi. in l. 1. §. ad quæstionem. col. 3. & etiā in d. §. si quis vltro, col. 4. ff. de quæstio.

128 Non possum eundem Bald. linquere, qui in extrauag. de pac. constā. §. vlti. versi. idem sacramentū, dicit aliud huic loco accommodatissimum, vide licet quòd etsi dubitetur, an valeat dictum testis, quādo notarius, qui eum examinavit, scribit quod idē per omnia deponit quod & alij testes, vt per doct. in ca. nihil. de verb. signi. valet tamen indubitanter. si testis sit bonæ famæ & opinionis. sequitur Fel. in d. ca. super his, col. pen. de accusa.

129 Ad hanc quoq; formam referendum est, quod Pan. ille Archiepiscopus studiorum quidem claritate memorabilior quàm dignitate scriptum reliquit in ca. ad audientiam, in 5. not. de præsumpt. quod si testis dicat se aliter deposuisse, quàm notarius scripserit, notario potius credendum est, nisi testis esset persona multū notabilis. quod et idem affirmat dixisse Specu. in titu. de testi. §. 1. versi. sed pone quod iudex, & in titu. de instru. edi. §. restat. versi. quid si dum attestations. Et quanquam vtrouque de ea re differat Specul. satis abundanter: non tamē hoc dicit in specie: neque quicquam aliud huic rei proximum, nisi quod in vltimo loco dicit, inspiciendam esse

conditionem testium & tabellionis, per iura inibi allegata. hoc tamen dictum Panor. sequitur Feli. in d. c. super his, & Hippo. in d. l. 1. §. ad quaestionem, col. 4. ff. de quaestio.

130 His & adijci potest, quod ab Angel. scriptum est in l. milites. C. de quaest. quod si è domo, ex qua dicitur subtracta pecunia, visus est exire vir quispian bonæ famæ, & notabilis vitæ aliquid deferens sub chlamyde, in eaque rem sint duo testes, non erit ob id quaestioni subijciendus: quia qualitas præcedentis vitæ excludit præsumptionem aut indicium aliàs sufficiens ad torturam, per tex. in l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. & ca. cum in iuventute. de præsumpt. & sequitur Matthæus Afflic. in constitutione Siciliæ, incip. in quaestionibus, col. vlti.

131 Et quoniam de furto mentio facta est, huic quadrat quod scribit Salic. in l. vlt. C. de quaestio. quod licet sit præsumptio contra eum, apud quem reperitur res furto subtracta, per tex. in l. inciuilem. C. de furt. & voluit Barto. in l. vltim. ff. de quaest. & Ang. in l. 2. & in l. milites. & in d. l. vlt. C. eo. titu. hoc tamen fallit, cū reperitur apud probum virum & honestum. quod & alij longis ante temporibus voluerunt. sicuti refert glo. in d. l. inciuilem. Et in hac quoque sententia fuit ante Sali. Bald. in l. vlt. & ibi etiam Imo. ff. de hæred. institu. & sequitur Ang. Aret. in tracta. maleficiorum, in verbo, et vestè coelestem abstulit, col. 10. in paruis, versi. quæro an eo ipso. & Hippo. Marfi. in l. qui falsam. col. pen. versi. & ad hoc dicendum. ff. de fal.

132 Huc quoque spectat quod voluit Bald. in addit. Spec. ti. de teste, col. vlti. versi. valet dictum testis non citati, sed sponte deponentis facit fidem, quādo est persona fidedigna, licet tamen aliàs sit dubium, an sit credendum testi se offerenti, vt per ipsum Bald. in l. 3. circa princ. in apo. ff. de test. & in l. quoniam liberi. C. eod. & in l. præbyteri. col. 1. C. de epif. & cle. & in l. alia ad fin. C. de his quib. vt indig. & in l. 2. C. de bon. autho. iudi. possid. & Iac. Bel. & Bar. in authen. de testib. §. si verò ignoti, & eundem Bar. in l. libertorum. C. eod. hoc dictum Bald. sequitur Hippo. Marfi. in d. §. ad quaestionē & etiam in d. §. si quis vltro, dicit singul.

133 Sunt & qui huc adducunt dictum Alex. in cōsi. 130. difficultas huius negotij, versi. & istud etiam satis libr. 1. quanquam illic voluerit testes integerrimos posse tuto produci & recipi ad iurandum. ad quod illum citat Hippo. in d. §. si quis vltro, col. 5. ver. & facit etiā, vbi hoc dicit sing. sed pace Hippo. hoc certè nō dicit Alex. nec omnino loquitur de viri probitate. illud autem scribit, non esse necessariā alterius partis præsentiam in iuramento testis, cuius dicto necessariò standum est, id quod dicit notari per Anton. in ca. veniens, eius initij 1. col. 2. de testib. & esse de mente Bar. in l. Theopopus post medium, versi. item quæro quando aliquis. ff. de dote præle. quod dictum licet nihil ad rem faciat, est tamen multum notandum.

Ad hæc

134 Ad hæc respicit & illud quod no. dicit Specul. ti. de requi. con. §. 1. ver. ite fac eos iurare. quod cōsultor debet iurare se rectè cōsulturū, nisi tamē huiusmodi fuerit, cui cōsiderata illius personæ qualitate, sine iuramento fides possit adhiberi. quæ & ad hoc allegat Feli. in d. c. super his, de accu. & Hipp. Marfi. in d. l. 1. §. ad quaestionem, col. vlt. ff. de quaestio. vbi hoc dicit esse notabile verbum, ex quo cuique manifestum est, nonnunquam remitti iuramentum alioquin necessarium propter personæ integritatem.

135 Cui non magis absimile est quàm apes apibus, vt aiunt, illud cantatissimum Xenocratis exemplum, cuius sanctitati sinceritæque tantum fuisse cōcessum prodidit antiquitas, vt cū aliquādo testimoniū dicere coactus ad aram accessisset, vt iuraret se omnia verè retulisse (nullius enim iniurati testimoniū apud Athenienses admittebatur) cōsurrexerunt vniuersi iudices, proclamarūtque, ne iusiurandum diceret: authores Cice. ad Atticū lib. Epist. 1. epist. 12. & in oratione pro Corn. Balbo, vbi tamē Xenocratis nomen suppressit, Valerius Maximus lib. 2. c. 5. in fi. & Laertius in vita ipsius Xenocratis.

136 At secundum leges nostras illud in teste non procederet. Nullius enim testimonio quantūcunque religiosi credendum est, nisi iuratus deposuerit, vt est text. not. in c. nuper nobis, de testi. etiam si sit episcopus. c. vlt. de iura. cal. imò verò etiam si sit Cardinalis, vt dicit glo. no. in c. cū olim, in verbo fratrum, de priuil. quam & facit sing. Panor. ibi, col. 2. & Alex. consi. 180. in causa Angeloti. col. 2. li. 2. vbi facit eā sing. & Feli. in c. tuis, post prin. de testi. & in c. sicut, ad fi. de senten. excō. & in c. cū dilecta, co. 8. in quarto signo, de referip. & in c. super his, col. 4. in 3. conclusionem, de accusa. & Ias. in repe. d. l. admonendi, col. 76. versic. decimò prædicta regula, vbi facit illam sing. & Philip. Dec. in c. tertio loco, col. 3. in 6. no. de probat.

137 Non tamen in hac parte silentio inuoluendū est, quod & huic loco maximè cōsentaneū, voluit d. glo. in d. c. cū olim, in eo ipso verbo fratrum. quod si testis non iuratus, sit aliàs probus & honestus, facit præsumptionē, aliorumque testium fidem corroborat. Quam glo. ad hoc ponderauit Cacia-lupus in repe. d. l. admonendi, col. 45. versic. ex prædictis ad de. & ibi etiā Ias. col. 28. versi. tertio quærit. Vbi illam dicit ad hoc no. & sing. et hoc quoque dicit tenere Bar. in l. solam. circa. prin. C. de testi. in lectura Bono. quā communiter non habemus, & ad hoc allegat Inno. in d. c. nuper, & hoc etiam voluit Anto. in c. cū olim, de dol. & contu. quā refert & sequitur Hippo. Marfi. in l. 1. §. ad quaestionem. ff. de quaestio.

138 Illud autē ad re nostrā maximè pertinet, quod voluit glo. no. in c. vlt. de fid. instru. quod licet instrumentū debeat exemplari (vt verbis nostrorum vtamur) per publicam personam auctoritate iudicis, per text. ibi, tamen id potest fieri per aliā honestā personā, maximè si desit publica. quā glo. facit sing. sed reprobat Car. Flor. ibi, & eā sequitur & approbat Feli. col. 4. in. 4.

Z 4 no. Nec

no. Nec prosum ab instituto dissultat, quod à Bal. scribitur in c. vl. co. pe. de cōfess. sciscitāte, cur potius statur codicibus rationū mercatoris, quā aliorū. Cuius rei plures affert rationes, inter quas et illā adducit, quoniā mercatores sunt homines emēdatioris vitę, & probatę fidei, & legalitatis. vnde scriptura eorū pręsumitur emēdata, & fidelis, ar. eius quod nō. in l. 1. §. is autē. ff. de rip. muni. suprā. sępius citato. Et idē voluit ipse Bal. con. 198. ad intelligētiā huius materię, co. 3. lib. 1. cūm dicit, quod scripturę mercatorū etiā priuatę ex generali cōsuetudine reputātur veluti authenticę & credibiles (hęc enim sunt illius verba) propter mercatorū pręcipuā fidelitatem, & expertā legalitatē. Quod & ipsum isdē verbis repetit cō. 466. li. 5. Et idē quoq; Bal. in c. cūm dilectus, paulō ante fi. de fid. instr. dicit, quod scripturę mercatorū faciunt magnā pręsumptionē, etiā per se, propter probatā eorum fidē & legalitatem. allegat Bar. l. nuda ratio. ff. de donat. cuius in ea re dictū suprā citauimus. Quibus consonat Ro. con. 205. in puncto proposito. post prin. vbi dicit, quod scriptura priuata mercatorum facit etiam pro eis aliqualem probationem propter eorum elegantem fidem.

- 140 Ego tamē vt super hoc dicā, quod sentio, fateor fidē in mercatoribus exuberantiorē deposci, quā in ceteris. Nam vt pulchrē dicit Angel. con. 219. arbitror dictā litē in prin. domus mercatorū debet esse domus veritatis, & æquitatis, ob id potissimū, quod ad fidē eorū cōmuniter cōfugitur. Et alibi con. 77. super primo puncto, ver. hoc pręmissō, Cūm semper aliās (inquit) pacta, quib. lex aut natura nō resistit, sunt seruāda tanquam lex ipsa. l. 1. ff. de pact. & l. legem. C. eo. cum si. tū pręcipuē cūm sunt inter mercatores inita: inter quos vt plurimū iudicari solet ex bono & æquo, & nō de rigore. Id quod videtur accepisse à Bar. in l. si fideiussor. §. quædā. ff. manda. vbi dicit, quod in curia mercatorum, vbi negotia debēt decidi bona æquitate, nō potest opponi ista exceptio, nō interuenit stipulatio, sed solū nudū pactum. Cuius in vtroq; loco dicta sequitur Bal. in d. §. quædā, in addi. vbi hoc dicit nō. dignū. & in l. si pro ea, col. pe. ver. venio ad secundā partē. C. manda. Et idē voluit ipse Bal. in c. 1. col. 2. ver. ex pacto. de pact. cūm dicit, quod ex pacto nudo agūt mercatores inter se, per nō. in §. 1. in auth. de fideiuf. et idē Bal. in c. si pro debilitate. col. 2. ver. secūdo dicitur, de offic. deleg. vbi dicit quod pactū nudū nō differt à stipulatiōe, & in mercatoribus & alijs qui plurimū negotiātur, in quibus potissimū requiritur bona fides & legalitas. quod dictū cōmendat Alex. in l. iuris gentiū. §. sed cūm nulla. in fi. ff. de pact. vbi tamē subtrepidē asserit. sed illud pro certo & cōstanti firmat idē Alex. con. 113. perspectis his, col. 3. lib. 6. & Iaf. in dict. §. sed cūm nulla, col. 3. in 2. limitatione. & in l. lecta, col. 8. vers. quartus casus. ff. si cert. petatur. & simpliciter sequitur Feli. in d. c. 1. col. 1. aliās pe. vers. casus autē. de pact. & Philip. Dec. con. 7. cuius superscriptio incipit, mercatores Flor. col. 2. vers. sed prædictis
minimē

minimē obstantibus. & con. 107. in causa quę nomine hæredum Antonij, col. 2. vers. similiter promiserunt soluere. & con. 116. in causa Aluissij, post prin. & Catellianus Cota in memoriali, cuius est initium, Pactum nudum. Quanquam hoc reprobatur vt obiter dixerim Roma. in l. filius familiars. ff. de donat. per nō. ab Inno. in cap. 1. de constit.

- 141 Verūm suprā dictis simile est, quod dicit ipse Bald. in d. confi. 198. col. 2. lib. 1. quod in causis mercatorū, vbi de bona fide agitur, nō cōgruit de iuris apicibus disputare. quod & idē dicit con. 400. in lib. Thesauraria, col. pe. lib. 5. vbi addit esse solūm disputandū de mera veritate, & consuetudine mercantię: & Angel. in l. argentarius. ff. de edē. vbi dicit quod in tribunali mercatorū nō habet locū nisi veritas & æquitas. et con. 216. vbi dicit, quod in curia mercatorum, vbi agitur de bono & æquo, non potest peti pēna vltra id quod interest. & Flor. de sancto Pe. inter con. Raph. Cu. con. 7. visis cōpromis. col. 16. ver. tales ergo exceptiones. & Imo. con. 141. visis statutis. & iterū con. 146. in casu Nannis, col. vl. et Rom. confi. 94. visis his quę narrantur, col. 1. ver. 3. vbi dicit à mercatoribus pręcipuē bonam fidem, ac meram æquitatem, prætermissa iuris solennitate, esse obseruādam. & iterū con. 192. negari non potest. in prin. et Barb. con. 7. sapienter non fallor. col. 11. vers. & si qui spīa dixerit, lib. 2. & con. 29. altissimi optimi Dei, col. vl. in fi. co. li. 2. & con. 86. illud referam in medium, col. 1. lib. 3. vbi per hoc dicit, quod inter mercatores non est disputandū de modo & solennitate captiue personę, modō verum sit debitum. & Fran. Are. in l. 4. §. Cato, post prin. ff. de verbo. oblig. vbi sequitur illud dictum Angel. nouissimē allegatum Alex. post Sali. in l. placuit. C. de iudi. & con. 41. viso puncto. col. 2. lib. 3. Soci. in rub. ff. de verb. oblig. col. 2. vbi dicit & post eum Lancel. Galiaula, char. pe. quod in curia mercatorum circa conuentiones obseruandum est ius gentium. & idem Soci. con. 120. cūm in pręsenti consultatione, col. 7. lib. 1. & con. 63. in causa Ser Petri, lib. 4. & confi. 65. conclusio suprā firmata, ad fi. co. lib. 4. & Philip. Dec. in l. in omnibus. col. 1. ff. de reg. iur. & con. 48. diuino implorato patrocinio ac maturē & diligenter, col. 3. in 4. cōfirmatione. in fi. cūm dicit quod apud mercatores maximē æquitas inspicitur, remota duritię & omni verborum rigore. & Iafon in §. item si quis, col. 14. ad fi. vers. quartō limitatur, Instit. de actio. vbi per hoc dicit singulariter, quod cūm excusio sit de apicibus iuris, vt sing. voluit Bal. in l. si mancipium. §. 1. ff. de euietion. in suis apostillis, post glo. ibi, valde. nō. in verbo, esset. & sequitur Angel. Are. in d. §. itē si quis, col. 13. & Barb. d. con. 86. col. 2. lib. 3. Ideo hęc exceptio excusiois nō habet locum in curia mercatorū. de qua re alibi vt spero latius differemus. Denique huc adduco quod scribit Bal. in con. 348.

- 142 In mercatoribus ergo fides exuberantissima requiritur. Sed tantūm abest, vt in eis fides exuberet, vt in eis sit multo mitior, & vt sic loquar, sterilior,

rillior, quàm in cæteris: quippe cùm dolis, fraudibus, mēdacijs, periurijs sint ante omnes dediti, ac veluti mancipati, vt vix sperandum sit de salute animę mercatoris. vnde illud est psalmistę capite 70. quia non cognoui negotiationes, introibo in potentias domini. Quem locum enarrās diuus Augustinus, Negotiator (inquit) auidus acquirendi, pro damno blasphematur, pro pretijs rerum mentitur, & peierat. & vt scribit Tullius de Mercatoribus libro primo Officiorum, nihil proficiunt nisi admodum mentiantur. proinde Bald. in cap. cùm causam, huius initij. 2. Quò (inquit) ibi anima mercatoris. Et ad hoc optimè facit c. eijciens, & sequitur 88. dist. Et de hac re latè per Lucam Pen. in rub. C. nego. ne mili. lib. 12. & latius scripsimus in nostris Commēt. Nobilit. c. 33. nu. 8. incip. quid quòd & nostrę, & multis seq. Ideo vix accederem ad illam Bal. sententiam citatam suprà nu. abhinc. 3.

143 Facit ergo & ad supradicta quod voluit Frede. Senen. quē summum doctorē fuisse dicit Io. And. eo tamen antiquior, in c. 1. de ætate & quali. lib. 6. quemque summū canonistā appellat Barb. in repe. c. Raynaldus, quā Ioanninam vocat, col. 172. de testa. ille autem consi. 52. quidā prælatus exemptus. & iterū con. 200. casus talis est, quidā episcopus iuravit. dicit quòd etsi prælatus nō possit in cōsanguineos alienare res ecclesiasticas etiam in casib. præmissis, authen. quibuscūq. C. de sacro. eccle. & c. hæc vsus præstatio. 10. q. 2. neq. œconomatū ecclēsię cōsanguineis committere, propter suspiciōē rationis non exigendæ. c. decenter. 89. di. id tamen non procedit in coniunctis honestæ & probatæ vitæ, quia per hoc tollūtur suspiciones doctorum canonum, quod & idem voluit, eo tamen tacito, Bal. in c. 2. col. 3. versi. quæro iterum utrū laicus, de iudic. arg. no. in l. 1. §. is autem. ff. de rip. munien. Sed & facit quod dicit glosa in d. c. decenter.

144 Neq. subticendum quod tradit Geor. Natha in illa vberissima repe. cle. sæpe, in prin. col. 76. de verbo. signifi. vbi posteaquā multos retulit, qui id reprobarūt, quod dicit Bar. in authē. nisi breuiores. C. de senten. ex breui recit. stari assertioni iudicis in causis breuib. in quibus proceditur sine scriptura: ideoque etiam stari assertioni arbitratoris, cui data est potestas procedendi sine scriptis: tandem subdit, inspiciendam esse qualitatem personæ iudicis, vel arbitratoris. nam in eo posset esse tanta rectitudo & legalitas, quòd in illo posset cadere dictum Bart. allegat tex in d. c. 2. de noui oper. nuntia. et in d. c. nisi essent, cum ibi no. de præben.

145 His fauere videtur, quod dicit Bal. in repe. rub. de fid. instr. col. 3. versi. & ex istis apparet. quòd licet notarius, qui omisit ponere locum, aut tempus in contractu, præsumatur id falsò fecisse, posset tamen esse ita violenta præsumptio bonitatis notarij, vt præsumeretur hoc per errorem accidisse. & ad id allegat dictum Host. in d. c. fidem. de quo suprà diximus.

146 Superiora confirmat quod no. voluit Imo. in c. cupientes. §. quod si per

20. col.

20. col. 1. de elect. lib. 6. quòd ad probandū impedimentū nō sufficit solum iuramentū eius, qui se dicit fuisse impeditū, quādo alię probationes faciliter haberi possent: nisi tamē tãta esset honestas personæ, quòd videretur standū iuramento illius. quam decisionem sequuntur ibi Domi. & Philip. Fran.

147 Nec minùs adiuuat quod eleganter decidit Angel. in repe. l. falsas, col. 1. ver. sed tu tene. C. de furt. quòd licet procurator cōstitutus ad exigendū nō possit solutionē recipere, fallit tamē in homine magnę fidei, qui poterit à volente recipere. Quam decisionem approbat Alex. in l. 3. in. 2. no. ff. sol. matri.

148 Sed & de grege illo est (vt vtar verbis Terētij) tex. no. in. §. his omnibus. 61. d. vbi propter personæ integritatem & sanctitatem laicus in episcopum assumi potest, licet aliàs secus. quem tex. ad hoc facit sing. Barb. d. confi. 41. Deum inuocent adiutorem. col. 4. lib. 3. & Feli. d. c. super his de accu. sed & pro valde no. citat Roma. in repe. l. si verò. §. de viro. in. 1. fal. ff. sol. matri. & per illum tex. Barb. in c. decernimus, col. 3. de iud. sing. limitat id quod communiter tenet ibi doctor. laicum non posse constitui vicarium episcopi, vt videlicet non habeat locum in laico magnæ sanctimonie. quem tamen reprehendit Philip. Dec. ibi, in repe. col. 15. versi. secunda conclusio. ob id potissimū, quòd in casu illius §. his omnibus, laicus in episcopum electus de finit esse laicus: non autem vicarius episcopi: per illum quoque text. in illo ipso. §. his omnibus. dicit rem satis mirā Barb. in l. 1. §. si stipulanti, versi. ego dicebam. ff. de verbor. oblig. quòd si quispiā maximæ sanctimonie nollet ingredi monasteriū, nisi retineret suum patrimoniū: certè posset profiteri religionem & tenere bona: quod an sit verum, cæterorum sit iudicium.

149 His proximum est, quòd licet episcopi debeant esse periti, & literati, iuxta illud Osee 4. Tu scientiam repulisti, & ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi. in quam etiam rem plura congerit Gratianus in §. ecce. 36. distin. quòd tamen scientiæ & eruditioni detractum est, id morum sinceritas cōpensat, vt est tex. no. in c. nisi. §. ne pro defectu. de renunti. vbi sunt verba huiusmodi. & ideo imperfectum scientiæ potest supplere perfectio charitatis. per quem tex. dicit alibi Inno. inuolūtè tamē, vt plerūque omnia, videlicet in c. 1. post prin. de sum. tri. & fid. cathol. quòd in his etiā in quibus scientia necessariò requiritur, & quod sæpe Papa dispēsat, vt viri integri simi, licet literati, & in tēporalib. inexperti sint episcopi. Quòd dictum reputat mirabile Feli. in c. si quādo. col. 10. versi. dū glo. hic dicit paratum debere, de rescrip.

150 Et quia de dispensatione locuti sumus, illud & hic non silenter prætermittendum est non solum in casu proximo, sed & ferè semper aliàs, cùm probis viris dispensari, per tex. no. in c. Lugdunensis. 9. q. 2. in illis verbis, Si tamen eorū probabilem vitā id indulgentię prospexeris promereri. vbi clerici ab alieno episcopo contra statuta sacris initiati, si aliàs sint probabilis vitæ, possunt, imò debēt à suo ipsorū episcopo recipi. & c. tali. 1. q. 7. vbi dicitur

quòd

quòd licèt filij raptorū virginumque raptarum ecclesiasticis ordinibus nō debeant applicari: fallit tamen vbi eos euident meritorum prerogatiua cōmendaret. c. ordinationes. 9. q. 1. vbi Papa misericorditer eos suscipit, qui ab episcopis in schismate à Romana ecclesia separati consecrati sunt, si vita & scientia eos commendat. Et est similis ferè tex. in c. si qui à simoniacis. 1. q. 1. vbi Papa eos misericorditer sustinet, qui nō simoniacè à simoniacis ordinati sunt, si tamen eos laudabilis vita cōmendat. & tex. in c. innotuit. de electi. in illis verbis, Multa enim in hoc casu dispensationem inducere videbantur, literarum scientia, morum honestas, vitæ virtus, & fama. vbi Panor. in. 7. not. dicit per illum text. quòd merita personæ multum iuuant ad obtinendam dispensationem. & c. de monachis. 77. di. vbi deuotio, probitas, & honestas suppleunt tempus atque ætatem. quod & ibi no. glo. & ad idem tex. est in l. 2. C. de his qui ven. ætat. impe. cum si.

151 Et sanè indignū est (vt vtar verbis Valerij Maximi, lib. 3. (cum honori nō dum tempestiuum videri qui iam virtuti maturus est. Propterea prisci illi Romani, quorum exemplis veluti norma quadā formatur mortalium vita, cum insigni egregiaque multorum indole admonerentur, in magistratibus dandis, non esse spectandos annos, sed æstimandam virtutem: cuius plerūque quàm ætatis, cursus solet esse celerior, P. Cornelium Scipionem cui postea ex virtute Africano cognomen fuit, Titum quoque Flaminium, & alios plerosque admodum adolescentes posthabitis legibus annalibus consules renuntiarunt. Quod cum ab alijs multis, tum à M. Tullio non ineleganter memoratur in Philip. 3. cum inquit, Legibus annalibus cum grandioræ ætatem ad consulatum constituebant, adolescentiæ temeritatem verebantur. C. Cæsar ineunte ætate docuit, ab excellenti eximiaque virtute profectum ætatis spectari non oportere. Itaque maiores nostri veteres illi admodum antiquas leg. annales non habebant, quas multis post annis attulit ambitio, vt gradus essent petitionis inter æquales. ita sæpe magna indoles virtutis priusquam reipub. prodesse potuisset, extincta fuit. At verò apud antiquos Rullij, Decij, Coruini, multique alijs, recentiore autē memoria superior Africanus, Titus Flaminus admodum adolescentes consules facti sunt, tantas res gesserunt, vt Po. Ro. imperium auerint, nomen ornauerint. secundum quam sententiam Cornelius Tac. lib. 11. histor. Augustæ, Apud maiores (inquit) virtutis id primum fuerat, cunctisque ciuium si bonis artibus fiderent, licitum petere magistratus: ac ne ætas quidem distinguebatur, cum prima iuuenta consulatum ac dictaturam inirent. hæc Tacit.

152 Sed & è nostris, Hieremias & Daniel in pueritia donum prophetiæ accepisse, factique à Deo iudices fuisse leguntur. Dauid quoque & Salomon in adolescentia vncti in reges, Dei O. M. iudicio inueniuntur. Ioannes etiam & Paulus apostolus cum adhuc essent adolescentes, à Domino electi sunt & cum

& cum alijs ad prædicandum missi. Quæ omnia retulit Gratianus. 72. d. 6. hoc regulariter, de qua re & nos multa diximus in nostris Commentarijs Primogeniorum, in præfa.

153 Iuxta prædicta annecti potest tex. no. in c. quibusdam. in fi. 1. q. 1. vbi propter vitæ meritum excusatur quis ab ambitu & simonia, vt scilicet preces in casu illius c. non inducant simoniam: aliàs argueretur, si meritum deesset, & ita ibi no. glo. & etiam in c. moramur. in glo. vlt. 61. dist.

154 Neque admodum huic dissidet quod refert Cardi. Flor. non minùs eruditione clarus quàm dignitate, in cle. 1. in. 39. quest. de priuile. se quidem à pena illius cle. excusauisse quempiam religiosum sanctæ vitæ, qui iuris ignorantia ductus eucharistiam ministrauerat sine licencia parrochialis presbyteri. Cui sententiæ adhæsit & Feli. in c. causam, ante fi. de offic. deleg.

155 Concinit & superioribus quod scribit Barb. in c. 1. de iudi. id quod ex eo text. not. ab Anto. Panor. & cæteris recentioribus, eum aduersarium in lite præsumi inimicum, procedere, nisi talis aduersarius esset vir magnæ sanctimonix. per tex. in d. c. 2. de oper. no. nun. & quædam ex his quæ supra adduximus. Et hoc sequitur Boschus Codecha in d. c. 1. col. 9. vers. quod autem aduersarius, de iudi.

156 Possem infinita propè congerere, sed adhibendus est modus, & aurium fatietati parcendum. Verum quod citra fastidium sit, addam superpondij loco, omnium quæ supra diximus, rationem veluti generalem, cur videlicet tanti bonos probosque viros facimus, vt tam impensè illis credamus, pro illisque & eorum actibus semper in dubio in bonam partem præsumamus. Ea verò est: Nam sicuti qui mali & improbi semper antea fuerunt, nunc etiam eiusmodi esse atque posthac futuri præsumuntur: vt alibi fuissus latiusque explicabimus. Ita & qui antea boni fuerunt, & probi, nunc quoque tales esse atque in futurum fore videri debet adeò vt nihil quicquã quod à bono viro sit alienum, facturi credantur, præsertim ij qui se diu virtutibus, & probitati addixerunt: quique cum ipsis virtutibus longo tempore versati, vberes earum atque iocundos fructus produxerunt. de quibus hic semper intelligimus, vt dicam infra pleniùs, huiusmodi enim homines, difficilimè ægerrimeque, & non nisi longo temporis interuallo, à virtutibus ad vitia deficiunt. Summa est enim omnium philosophorum consensu, difficultas, aliquem dimouere ab habitu virtutum etiam ciuiliū & politicarum, nedū purgatoriarum. Propterea M. Tullius omniū doctrinarum, ne dicam horarū homo & is consummatissimus in ea oratione, quam pro Publio Syllō elegatissimè recitauit: Omnibus (inquit) in rebus iudices que grauiores maioresque sunt, quid quisque voluerit, cogitauerit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus eius qui arguitur, est ponderandum: neque enim potest quisquam nostrum subito fingi: neque cuiusque repente vita

A a mutari,

mutari, aut natura conuerti: nemo repente fit summus, nemo repente turpissimus. Quæ posteriora verba, suppresso Ciceronis nomine, vsurpauit Gratianus in §. hæc quæ de charitate. & §. è contrario, de pœni. di. 2. vbi & glo. in eam sententiam citat illud Satyrici poetæ, Saty. 2.

*Nemo repente fuit turpissimus: accipient te
Paulatim, qui longa domi redimicula sumunt.*

Quibus concinens Quintilianus, si is est in declamatione, cui titulus est, Paries palmatus, Quid antè (inquit) perditè, quid flagitiosè quid impiè fecerit, per quæ se parricidam scelera promiserit. Innocètia per gradus certos ab homine discedit. Et ne in maximis trepidet audacia, diu vires in minoribus colligit. Nemo inde cœpit, quò incredibile est peruenisse. Idque est quod alibi dicit text. in §. 1. versic. hinc autem nobis, aliàs d. versi. à multis pro. §. allegatur, in auth. de mona. Non facilis est vitæ hominum mutatio, sed cum animæ fit labore.

157 Quod & ipsum propè diuinitus sub inuolucro quodam poetico significare voluit Virgilius ille naturæ consiliarius, omniumque rerum conscius. Is enim, vt eruditissimè declarauit Landinus in suis elegantissimis quæstionibus Camaldulensibus, & iterum in commentarijs quos in ipsum Virgiliū scienter quidè & eruditè conscripsit, cum Didonè primò impudicitia temperantiæ habitu cõfirmatam ostendisset, tum illo versu primo Aeneidos,

Tum breuiter Dido vultum demissa locuta est.

Tum alijs cõpluribus, non illam postea scribit mox fuisse amoris veneficis ad eò immutatã, vt repète volens atq; alacris ex temperata intemperans efficeretur, sed paulatim & veluti per gradus quosdã, idq; ægerrimè & nõ sine acerrimo certamine. neq; enim statim in amorè penitus lasciuiũ & ferinum verum humanũ, & eũ honestũ, et qui diuinũ quoq; aliquo modo saperet, incidisse tradit: vt qui non proficiscebatur ex forma & specie corporis, sed ex multa virtute viri, quem & admirata est Dido, & admirando amare cœpit. Incepit igitur irrepere vitium sub virtutis specie: aliter enim capi mulier temperata non poterat: cum autem patefacta iam esset amoris via per virtutem, incœpit admiscere aliquid deterius, sed non tamen malum. Nam obtulit nobilitatem generis, quæ illam vehementiũs deuinceret, atque colligaret: ac demum illam istis implicatam, ipsa corporis specie ac pulchritudine aggreditur, hærent enim pectore vultus, vt & religio, sed potiũs suspecta repentina fit, recensque morum conuersio, Aegelsippo teste lib. excidij Hierosolymitani, primo.

158 Igitur neminem probum hoc loco existimare debemus, priusquam diutius mores illius probati fuerint. Neque enim vt scribit Seneca libro de Ira secundo, apertis manifestisque priusquam diutius mores illius probati fuerint, statim accedendum est. quædam enim falsa veri speciem ferunt.

Dandum

Dandum semper est tempus, veritatem enim dies aperit. In hac re autem tempus triennij adhibere debemus, vt probitatem cuiuspiam satis exploratam comprobataque habeamus: maximè si olim fuerit non satis honestæ vitæ, per text. not. in §. 1. versic. hinc autem nobis. (aliàs ille versic. allegatur. pro. §.) in auth. de mona. in illis verbis, ad virtutis augmentum triennalis temporis testimonium, & c. & quod ibi no. Angel. de qua re dixi latè supra in 29. causa. nu. 7. incip. aut quocunque. sed his quæ ibi dixi, adde optimum tex. no. à paucis in eam rem, annotatum in c. si quis incognitus. 17. q. secunda. vbi laicus ignotus non recipiendus est in monasterio, nisi fuerit triennio probatus, & ita per illum tex. voluit glo. in c. ad apostolicam, & ibi post eam Panor. de regula.

159 Neque etiam satis est, vt semel quis, aut in vnico actũ bonus vir probatus sit, sed vt sepiissime & in pluribus diuersisque actibus perspectus exploratusque sit necesse est. Nam sicut vetere prouerbio apud Aristotelem libro Ethicorum primo, cap. 7. *μία χελιδὼν ἕαρη ποιεῖ*, id est, vna hyrundo ver nõ facit, quod & vsurpauit Bald. in l. iura constitui, in prin. ff. de legib. & in l. vlt. ver. pone in instrumento non continetur. C. de bono poss. secun. tab. & in c. 1. §. si rusticus, tit. de pac. Cõstan. & con. 390. tam profundè & copiosè. col. vlt. lib. 2. & consi. 326. super primo pũcto an dictus. & c. in prin. lib. quinto, & Soci. consil. 262. in causa magnifici. col. 4. & Barba. in proœ. cle. in verb. hoc sanè. col. 1. Sic nec vnus actus satis est ad probationem consummata, & absolutæ virtutis, vt satis innuit tex. in proœ. Insti. §. cumq; hoc Deo propositio, in illis verbis, iam ex multis rerum argumentis accepimus. iuncta glo. ibi. Ex qua no. Io. Fab. quòd ex vnico actũ non debet quis iudicari bonus vel malus. Quibus adde text. in l. 1. C. de athle. lib. 10. loquentem de tribus athletarũ victorijs, quasi non satis probatus sit, nisi qui tres victorias obtinuerit. Ex quo no. Bar. & post eum Angel. & Io. de Plat. ortam consuetudinem referunt, qua quis ter examinatur, antequam ad doctoratus auctoritatem promoueat. Nec enim vt subdit Plat. sufficit vnum examen, quia semel quis posset bene dicere, magis fortuna quàm peritia: ideo non meretur victoriã. l. omnes, in verbo, fortuna, & ibi gl. C. de præscr. triginta anno.

160 Nec, vt iam diximus, satis est modicum tempus, id quod designat illud quod illi prouerbio subnectit Aristoteles, quo loco supra citauimus *ὅυτε μία ἡμέρα*, id est, neque vnus dies, & sic integra Aristotelis sententia est huiusmodi, Ver nec vna facit hyrundo nec vnus dies: quam sententiam poeticis numeris eleganter complexus est Baptista Mantuanus:

Ver non vna dies, non vna reducit hyrundo.

Et ita tenuit è nostris Iac. Bel. in eo qui pluries malus apparuit. in l. omnimodo. C. de inoffic. test. & post eum Luc. Pen. in l. quemadmodum. col. an tepe. versi. secundò quæritur. C. de agri. & censi. lib. 1.

A a 2 Et huic

- 161 Et huic quod de vnico actu diximus, mirè congruit quod in simili dicitur, ex vno actu. negotiationis, nō dici mercatorē, vt probat text. in l. 1. §. 1. & ibi glo. & Bal. ff. de tribut. actio. & clariùs in l. procuratoris. §. quæritur. co. ti. vbi optimus tex. quod & not. Bal. in 1. constit. ff. & in l. ex eo. ff. de testa. & in l. legatis seruis. §. si ex officio. & ibi Bal. ff. de lega. 3. & in l. mariti. §. quæsitum, per illum text. ff. de adul. & in tracta. de teste. in verbo, mercatorem. Io. And. in c. quanquam. de censu. lib. 6. & Bal. in rub. C. de constit. pecu. in vlt. q. vbi hoc no. limitat. & con. 495. pūctus super quo. col. pen. lib. 1. & Pet. Anc. in repe. c. canonum statuta. in 14. q. principali. versic. prouidetur quandoque per statuta. de consti. & in c. 1. & ibi etiam Domi. & Philip. Fran. de vit. & honest. cler. lib. 6. Io. Ana. in c. 1. de cler. percuss. Panor. in c. 1. col. vlt. versic. item. fallit. & ibi Philip. Dec. in 2. lec. & col. etiā vlt. de iudi. & idē Panor. in c. vlt. de vit. & honest. cler. Fran. Are. in l. cætera. §. sed & si quis. ff. de leg. 1. & con. 29. diligēter & maturē. col. 7. in 7. item dubio. Corneus con. 33. quoniam per famosissimum. post princ. lib. 3. & Iason in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. col. 7. versic. tu autem aduerte. ff. de op. noui. nuntia. Quibus scribens Eusebius de præparatione euangelica. lib. 4. c. 1. non arca (inquit) aut funda artificiosè eum vti dicemus, qui cum sapius atque sapius telum proiecit semel aut ad summum bis vel ter ad signum peruenerit, cum penè infinities longissimè à signo abfuerit: nec ille certè medicinam tenet, qui cum multos interemerit, vix tandem vnum à morbo liberauit.
- 162 Ad tertium, quo dictum est, non esse recedendum à iure communi propter personæ meritum. illud planè concedimus, verum ius ipsum commune in plerisque magis fauet viris probis atq; vitæ sanctimonia & integritate commendatis, quàm cæteris: sanxitque illis potius credendum proque illis & illorum actibus præsumendum: & si quid deliquerint (vt à qua re incepimus, in eandem desinamus) mitiùs cum illis esse agendum: neque iniuria, vt ex illis liquidò apparet, quæ circa initia huius capituli adduximus. Nec id propter ea est contra ius, cum & ius ipsum id disposuerit. Sed iam ad alia pergamus.

Causa quinquagesima secunda.

S V M M A E.

- 1 Euentus siue exitus rerum prosper, criminis pœnam tollit. Limit. nu. 7.
- 2 In maleficijs an animus potius, quàm rerum euentus spectandus.
- 3 Manlius Torquatus filium è medio tollit, quòd cum hoste dimicasset, contra quàm præcepisset.
- 4 Epaminondas Stefimbrotum filium interimi iubet, quòd contra paternum præceptum, cū hoste, feliciter eam, dimicasset.

Auidius

- 5 Auidius Cassius centuriones, qui ipso inscio parua manu ingentem hostium numerum occidissent, in crucem tolli iubet.
- 6 Aeneas militibus prohibet, eorumque ducibus, se inscio quicquam tentare, quantumuis opportuna sese offerat occasio.
- 8 Mala non sunt admittenda, vt bona eueniant.
- 9 Actus hominum non euentu, sed consilio metiendi sunt.
- 10 Consultare maturè & bene, maximum lucrum.
- 11 Carthaginenses tollunt in crucem Imperatores, si quid prospero euentu, prauo consilio rem gesserint.



- VINQVAGESIMO SECVNDO, Pro sper euentus siue exitus, criminis pœnam tollit. per tex. not. in l. 2. §. postea. ff. de orig. iur. vbi recensetur historia de Flauio Appij Claudij, qui cum leges in formam librumque redactas à se subtractas populo tradidisset, Tribunus plebis ob id creatus est: tantum abfuit, vt de furto puniretur, ideoque glos. ibi not. aliquem ex dolo suo consequi præmium. Et illum text. pro valde sing. citat Barba. in l. scire debemus. §. si à fure. col. 1. ff. de verb. oblig. Secundum quam sententiam Paris ex Pythiæ responso Timonem indigenarum Deorū administram nulli pœnæ addixerunt, quòd Miltiadi Atheniensi rationem capiendæ patriæ hostibus detegisset: ob id, quòd ea res bene & ad cōmodum ipsius patriæ successerit.
- 2 Seneca autem libro Declamationum, 10. & iterum controuersiarum 6. postremò hanc declamationem siue controuersiam posuit. Quidam cum diuitem proditoris accusasset, noctu parietem domus eius perfodit: & scrinium, in quo missæ erant ab hostibus literæ, sustulit. Quam retulit Pe. Anc. in repe. c. 1. in 14. quæst. principali versic. ponit Seneca. de constit. & quærit, vtrum iste præmium, an pœnam consequi debeat. Et primùm quidem aduocat text. in dict. l. 2. §. postea, vt videatur debere præmium: deinde dicit in contrarium facere, quòd in maleficijs animum inspicimus, nō euentū l. diuus. ff. de sicar. & l. si quis seruo. C. de fur. Tandem verò veluti subdubius cogitandum reliquit. & illum referunt Barba. in dict. §. scire debemus. ad princ. & Felin. in cap. 1. colum. vlti. de presump. videturque Barba. esse sententiæ, vt consequi debeat præmium, multa ad hoc afferens, quæ nihil aut parum facere videntur. Felin. autem videri vult contrariam tenuisse sententiam, soluit nodum illius. §. postea, quòd inibi is qui librum legum furatus est, fecit animo consulendi Reipub. non malefaciendi.
- 3 In quam ego sententiam pedibus manibusque vado fretus potissimùm

Aa 3 auctori.

authoritate tex. no. in l. desertorē. §. in bello. ff. de remili. vbi qui in bello rē à duce prohibitam fecit, aut mandata non seruauit, etiam si bene gesserit, capite punitur. quem tex. dicit multum singu. & not. Fran. Cre. lingu. 150. incip. mandatum. Et eam quidem legem secutus Manlius Torquatus filium propriam securi percussit, quod contra patris præceptum cum hoste pugnas- set eumq; interfecisset. authores liuius. 1. de cad. lib. 8. Valer. li. rerum memo- rabiliū. 4. capite, de disciplina militari, & iterum lib. 9. c. de Ira. & Aegesip- pus lib. excidij Hierosolymitani. 3. capite 24. & Aristides Milesius in Rebus Italicis. & ex eo Plutarchus in Paralellis c. 13. & 17. & Gell. lib. 9. c. 13. Et simi- le quidpiam fecisse Aulum Posthumum Tiburtinum refert Valerius loco primū citato, vbi illum scribit iussisse filium securi feriri, quod sua spē progressus hostes fudisset. Quamquam Liuius lib. 4. maluerit non duos fuisse qui ob id filios occidi iusserunt, sed vnum dūtaxat, nec Posthumum, sed Manlium Torquatum: ea potissimū cōiectura ductus, quod vulgato pro- uerbio, Manliana imperia dicta sunt: nō Posthumiana, cum tamen Posthu- mus multis antē annis Torquatum præcesserit: ideoque si prior tam seueri exempli author fuisset, proculdubio occupasset illum insignem seueritatis titulum. Præterea cum Manlio cognomen imperiosi sit inditū, cum Post- humus contra nulla tristi nota sit insignitus.

4 Sed siue alter tantū, siue vterque id ipsum fecerit vtrunque autem con- fundit Gellius lib. 17. c. 21. dum scribit Aulum Posthumum Torquatū hoc idem egisse. Certē constat Epaminōdam illum insignem Thebanorum du- cem non dissimili ratione Stesimbrotum filium interim iussisse, quod in exercitu relictus contra paternum præceptum in hostem feliciter pugnas- set, sicut in 3. Rerum Thebanarum scribit Ctesiphon, & ex eo Plutarchus in Paralellis, cap. 13.

5 Propterea minū mirum videri debet, quod Auidius Cassius dux exerci- tus Antonini Imperatoris, & qui ipse postea imperauit, cēturiones, qui ipso- inscio parua manu ingentem hostium numerum negligentius agentium occiderant, in crucem tolli, seruilique supplicio affici iussit. Quæ res tantū disciplinæ Romanis addidit, tantum terroris hostibus iniecit, vt pacem an- norum centum ab Antonino absente peterent, vt qui viderant damnatos Romani ducis iudicio, eos qui contra fas vicerant. author Volcatius Galli- canus ad Diocletianum in vita.

6 His ad stipulatur illud Virgilij lib. 9. Aencidos:
*Hostis adest, eia ingenti clamore per omnes
 Conduunt se Teucris portas, & moenia complent.
 Nanque ita discedens præceperat optimus armis
 Aeneas, si qua interea fortuna fuisset,
 Nec struere auderent aciem, neu credere campo:*

Castra

Castra modo & tutos seruarent aggere muros.

Ergo et si conferre manum pudor iraq; monstrat,

Obijciunt portas tamen, & præcepta facessunt.

7 Sed vt ad nostros redeamus, Petrus Ancha. consi. 175. præmittendum est, consuluit per tex. in dict. §. in bello, felicem, & bonum exitum non excu- sare delinquentem. Nam in maleficijs voluntas inspicitur, non euentus. l. 1. §. diuus. ff. ad legem. Cornel. de sicar. Alberi. quoque in vltima parte statu- torum. quæstio. 478. alijs. quæstio. 78. incipien. disputauit. colum. 3. dicit per illum text. in dict. §. in bello, quod qui facit aliquid prohibitum, puniendus est, quantuncunq; bonus effectus secutus sit. Ad quod etiam allegat. l. vltim. C. de nego. gest. quibus & tu adde text. in l. si quis seruum. §. si pue- rū. ff. ad leg. Aquil. vbi punitur, qui puerum castrauerit, licet ex hoc illum meliorem reddiderit.

8 Neque id certē mirum, nam vt dicit Diuus Paulus ad Roma. capit. 1. non sunt mala faciendā, vt bona veniant. de quo etiam est tex. apud nos in cap. ex tuarum. de fortil. & capit. super eod. de vsur. vbi not. gloss. non esse præ- textu boni malum faciendum. ad quod & multa alia iura allegat illic om- nibus obuia. quibus adde tex. in capit. non magnopere. ne cler. vel monac. vbi & gloss. i. hoc idem not. & alia quoque iura adducit, & ibi post eam Hostien. Ioan. Andr. & Panor. in ea distinguentes: vt ibi per eos videre li- cet. Ad idem quoq; tex. in ca. ne quis. & cap. faciat. 22. q. 2. et cap. relegendes, & ibi gloss. 23. q. 5. & ca. nosse. & ibi quoq; gloss. 30. quæst. 1.

9 Et hanc partem hoc quoque comprobatur, quod actus hominum non euentu, sed consilio metiendi sunt, & æstimandi. vt est tex. in l. verum. §. sciendum. ff. de minor. & l. sed an vltro. §. 1. ff. de nego. gest. vbi gloss. in eā rem adducit huiusmodi sententiam Boëtij: At verò is nostris malis cumu- lus accedit, quod æstimatio plurimorum nō rerum merita, sed futurę spe- ctat euentum: eaque tantum iudicat esse prouisa, quæ felicitas condem- nauit. Cui & simile est illud Ouidianum in Epistola Philidis ad Demo- phontem.

Exitus acta probat, careat successibus opto,

Quisquis ab euentu facta notanda putat.

Quos versus vnā cum d. l. sed an vltro. ad probandum inspiciedum esse cōsiliū, non euentum, citat Bald. noster cōsi. vlt. ad fi. libr. 4. & Matthæus Afflict. in constitutione Siciliæ incip. frequenter. col. 3. in 1. no.

10 In quam etiam sententiam Artabanus apud Herodotum in Polymnia Græcè quidē, sed in hunc sensum, Bene (inquit) cōsultare cōperio maximū esse lucrū: nam etiā si quid è contrario euenturū est, verū est tamen minū bene consultū, superauitq; fortuna consiliū. At qui turpiter, cōsultauit, si à fortuna obsecūdauit ille est quidē voti cōpos, nihilo tamē minus malè cō-

Aa 4 filium

filiū cepit. Isocrates in oratione, quam de laudibus Helenæ conscripsit, qui ante rem animaduertere nihil possunt, sed rerum euentus solum considerant. Cicer. quoq; pro Rabirio eos item redarguit qui consilia euentis pōderant. & qui multum illum prouidisse, cui bene processerit: Cui secus, nihil sensisse dicunt, vt iam nihil esse videatur, nisi diuinare sapientes. Idem Philipp. 11. In reſta (inquit) ſententia ne victa quidem cauſa vituperanda eſt. Et in Paradoxiſ, Nec enim peccata rerū euentu, ſed vitijs hominū medienda ſunt. Demosthenes alter eloquētiæ oculus, in oratiōe qua Cteſiphōtē aduerſus Aeſchinem defendit, Vide (ait) quid ipſe conſilij capiendū cenſuerim: nec ea quæ euenerunt, intorqueas: nam finis rerum omnium, vt fortunæ libuit, imponitur: electio verò conſultantis ingenium ostendit.

- 11 Liuius 3. deca. libro. 7. Apparebat (inquit) quo nihil iniquius eſt, ex euentu ſamam habiturum & 4. decad. libro. 8. tradit apud Carthaginēſes in crucem tolli imperatores, ſi proſpero euentu prauo conſilio rem geſſerūt. Quintilianus auus deſta. 281. Nunquam mens (ait) exitu æſtimanda eſt. Plinius Cæcilius libr. Epistoſarū 3. ad Rufum, Eſt omnino (inquit) ſed vſu receptum, quòd honeſta conſilia vel turpia prout malè aut proſperè cedunt, ita vel reprehenduntur. Cornelius Tacitus de Suetonio Paulino libr. 1. Cunctator (inquit) natura, & cui cauta potiùs conſilia, quàm proſpera ex caſu placerent. Seneca libr. 4. Declamationum: Omnia honeſta opera voluntas inchoat, occaſio perficit. Sæpe honorata virtus eſt, etiam vbi eam feſellit exitus. Scelera quoque quauis citra exitum ſubfederunt, puniantur: nec infelix virtus amittat gloriæ titulum: nec gloriā virtutis interrumpit fortuita felicitas. Plutarchus in comparatione Niciæ & Craſſi, Nec illi (ait) ſatis rectè iudicare videntur, qui cum Alexandri laudāt expeditionem, Craſſi audent vituperare conatus. Neque enim decet ex euentu rei iudicia facere. Et in hanc rem multa iura adducit Barba. conſilio. 46. illud adducam quod præclarè. colum. 1. quæ ibi in promptu ſunt omnibus. quibus denique addas text. not. in l. fraudis. ff. de regul. iuris. Cuius hæc verba ſunt. Fraudis interpretatio ſemper in iure ciuili non ex euentu duntaxat, ſed ex conſilio quoque deſideratur.

Cauſa quinquageſimatertia.

S V M M A E.

- 1 *Pœna mitior imponitur, per viam inquisitionis, quàm per viam accusationis. Et an hoc habeat locum in iure ciuili. nume. 2.*
3 *Condemnari an quis poſſit ex inquisitione generali.*

Quinqua-



- VINQVAGESIMOTERTIO, Mitius q̄s punitur per viā inquisitionis, quàm per viā accusationis, quòd hinc apparet, quòd finis accusationis, ſi crimen eſt graue, eſt deſcriptio ab officio, & beneficio, ca. ſuper his. & ca. inquisitionis. de accuſat. & ca. tuæ. de pœn. finis autem inquisitionis, nō eſt huiusmodi, ſed mitior pœna imponenda eſt ca. qualiter eius initij 2. de accuſat. Ideoq; condemnatus per viam inquisitionis de crimine infamiam per viam accusationis irrogante euitat infamiam, vt voluit glo. in l. 3. §. prætere. ff. de ſuſpect. tut. & in l. vlt. & ibi Cyn. C. eod. & in l. 1. C. de mod. mulct. quauis Bart. teneat contrarium in l. infamiam. ff. de publi. iudi.
- 2 Sed Panor. in d. ca. inquisitionis. in 1. no. & poſt eum Feli. col. 3. in 3. not. dicunt illas glo. procedere omnino de iure canonico: nō autē de iure ciuili, in quo nulla reperitur differentia, quantū ad pœnæ impositionē, ſiue per viam accusationis, ſiue inquisitionis proceditur. Quin par per omnia pœna imponitur l. 4. C. de ſepulc. viol. & facit l. ordo. ff. de publi. iudi. & quòd not. in l. 2. §. ſi publico. ff. de iudi. Et hoc bene dicit notandum Panor. qui & ſubdit rationem diuerſitatis inter ius canonicum & ciuile: quia de iure ciuili regulariter nō proceditur per viam inquisitionis, niſi in quibuſdam caſibus, vt not. in d. §. ſi publico. At de iure canonico indiftinctè proceditur præcedente infamia. vt in d. ca. qualiter. In vno ergo quis grauatur de iure canonico, quòd proceditur ſine accusatione, ideo non eſt mirū, ſi in alio releuatur, vt ſic maior imponatur: arg. l. eum qui. in princ. ff. de iure iur. & not. in ca. cū ſecundum. de offic. deleg. Quam etiam rationem, licet nō dicat Panor. adducit Cyn. in d. l. infamem. ſed eam reprobatur Barto. ibi, quoniam grauamē cōſiſtens in ordine procedendi, non diſpenſat cum infamia. d. l. ordo.
- 3 Bal. autē in ea ipſa l. infamē, ſicuti etiā refert Fel. in d. c. inquisitionis, dicit procedere dictū Bar. cū quis condēnatur ex inquisitione ſpecialiter formata cōtra illū: ſecus, ſi ex gñali. verbi gratia, tēpore ſyndicatus formatur inquisitione gñalis cōtra officiales: ex qua tandē aliquis eorū de delicto condēnatur: ſi certè nō erit infamis, quia extra ordinē condēnatur: cū illa inquisitio non poſſit ſuccedere loco accusationis gñalis, q̄ non admittitur, per ea quæ ibi allegat. Sed Fel. vbi ſuprà, dicit aduertendū, quòd ex inquisitione gñali, nō videtur quis poſſe condēnari, cū fiat ad inueſtigandū, nō ad puniendū, & ita fit vt præparet viā inquisitioni particulari, ſecundū not. per Inno. in c. bonæ, eius initij 1. de elec. vbi dicit ita totū mundū præticare, et refert Pan. in c. grauamē. in 2. col. de præbē. & ita videtur ſenſiſſe Bar. in d. §. ſi publico. Alioquin ſi ex inquisitione generali quis cōdēnatur, dicitur de facto cōdēnari: concludit

concludit tamen Bald. quod siue de facto, siue de iure sit condemnatus, per inquisitionem generalem, non sit infamis: quin subdit Bal. ipse quod opinio glo. potest saluari per tex. in l. i. C. si tutor vel curat. nō interue. quē allegat glo. in d. §. præterea, nam ibi non permittitur liberto intentare contra patronum accusationem famosam, at inquisitionem potest mouere, tãquã per illam non infametur patronus: alioquin enim eadem ratione denegaretur liberto, sicut accusatio. Sed & vide Specu. in §. i. versi. qui de iustissima. titu. de senten. & Bald. in l. etiam. de furt. & Panor. confi. 25. canonicus regularis. in 3. dubio. lib. i. vide gloss. in ca. in fidei. de hæret. lib. 6.

Causa quinquagesimaquarta.

S V M M A E.

- 1 *Iudex potest imponere pœnas leuiores sibi permissas, propter qualitatem iurisdictionis iudicis, qui non habet potestatem imponendi pœnas à iure statutas. Et an hoc habeat locum in iudice ordinario. nume. 2.*



QUINQUAGESIMO QUARTO, Propter qualitatem iurisdictionis iudicis, qui nō habet potestatem imponendi pœnas à iure statutas, potest iudex ipse imponere pœnas leuiores sibi permissas, vt est tex. in ca. in archiepiscopatu, de rapto. vbi quia episcopus, cui fuerat cōmissa causa capitis, nō poterat pœnam sanguinis irrogare, potest illam in pecuniam cōmutare. & ad hoc illum tex. ponderat & dicit singul. Rom. sing. 662. quem simpliciter refert Felin. vt sequi videatur, in ca. de causis. col. 2. versi. item aduerte. & in ca. seq. col. 2. de offi. deleg. & in c. qualiter & quando. eius initij 2. §. ad corrigendos. col. 6. versi. sed aduerte inquitum dixi. de accus. vbi hoc dicit sing.

- 2 Sed hoc certè non videtur etiam sine scrupulo: tum quia Host. & Panor. in d. ca. in archiepiscopatu, videntur intelligere illum tex. cūm est causa cōmutandi pœnã ordinariã in leuiorẽ, tum quia ille text. loquitur in delegato iudice, & forsitan secus in ordinario: qui si corã se incidit crimẽ, cuius pœna excedat limites suæ iurisdictionis, debet remittere ad superiorẽ. l. diuus, eius initij 2. ff. de fals. vbi hoc tenet Barto. qui & ad hoc allegat tex. in §. et si quidam iudices. in authẽ. de testib. sed Panor. in ca. l. col. vlt. de fals. dicit sibi videri verius, vt possit punire extraordinariẽ, per tex. in l. nullum. G. de testib. dicit q; hoc ita sentire Specu. in titu. de testib. §. i. versi. sed nūquid iudex Quid autem de delegato, vide omnino Panor. ibi, & docto. in d. l. diuus.

Causa

Causa quinquagesimaquinta.

S V M M A E.

- 1 *Cardinalis si occurrat illi qui ad mortem ducitur, pœna omnino illi remittenda, ex quadam prerogatiua, quam habent ipsi Cardinales. Et an valeat huiusmodi priuilegium. nume. 2.*
 2 *Vestalibus virginibus is homos delatus est, vt si cui occurrissent, qui duceretur ad mortem, eum liberarent.*
 3 *Flaminis Dialis priuilegium, vt vinculus illius aedes introgressus solueretur.*



QUINQUAGESIMO QUINTO, Si Cardinalis obuiauerit ei, qui ad mortem ducitur, pœna est omnino ei remittenda, ex quadam prerogatiua, quam ex cōsuetudine habent Cardinales, vt dicit Bald. in l. addictos. in fin. C. de appel. & ibi etiam post eum, Salic. & Paul. Cast. qui ita retulit, vt videatur velle hoc tum demum habere locum, si Cardinalis ponat capellum (quem vocat) super caput ipsius rei: dicit q; ita obseruari de facto. & idem Paul. Castren. in l. addictos. C. de episcop. audi. in fin. vbi refert audiuisse se in Romana curia hoc idem priuilegium competere cardinalibus, propter reuerentiam dignitatis: nulla tamẽ capelli mentione facta, licet vt dicit ipse Paul. hoc iure cautum non reperitur, sed vbiq; (ait) audiui diuulgatum. Et ideo tẽpore quo curia erat Florẽtiã, cauebãt iudices, ne duceretur rei per ea loca, qbus cardinales obuiauerent.

- 2 Cuius etiam rei mentionem facit Marti. Laud. qui hoc dicit sing. in tracta. de Cardi. versi. 6. Cardinales habent ex priuilegio. Cœpo. cautela. 2. & Barb. in tract. de præstantia Cardinaliũ, in 9. q. 1. par. per totam. q. vbi latè disputat de validitate huius priuilegij. Et si teneretur, quod valeret, dicit tamen quod recipit sex declarationes: de quibus per eum in eo loco, vbi licet omnibus videre. Eius quoq; rei meminit Feli. in ca. quarenti. col. pen. de offic. deleg. & Iason qui hoc reputat sing. in §. pœnales. in char. vlt. versi. tertio & vlti. Instit. de actio. Hippo. Marfil. sing. 273. notissimum est in iure. col. 3. versi. quibus etiam addi potest. & Anto. Corse. in suis sing. in verbo, Cardinalis. vbi videtur tenere huiusmodi priuilegium nō valere. Et nouissimè Catel. Cot. in memorabili incip. Cardinales gaudent, vbi & hoc reputat sing.
- 3 Legimus aut apud Plutarchum in Numa Pompilio, eũ honorẽ inter ceteros virginibus Vestalibus fuisse concessum, quod si casu in aliquẽ incidissent, qui ad lethum duceretur, necari eum non licuisse: necesse tamen erat, virginem deierare non vltrò & consulta opera sed casu obuiam se factam.

Gellius

- 4 Gellius autem noctium Atticarum lib. 10. ca. 15. auctoritate Fabij Pistoris, lib. 1. tradit, vincetum, si ædes flaminis Dialis introierit, solui necesse fuisse, & vincula per impluuium in tegulas subduci, atq; inde foras in viam dimitti Et paucis interiectis, Si quis (inquit) ad verberandum duceretur, si ad pedes eius supplex procubisset, eo die verberari piaculum erat. quod & ipsum postremum retulit ipse Plutarchus Problem. cap. 3

Causa quinquagesimasexta.

S V M M A E.

- 1 Puella si reum mortis in maritum poposcerit, eum liberat ex consuetudine Francia. Quod minus hodie obseruatur. nume. 2.



VINQVAGESIMOSEXTO, Supra omnes causas, quas hætenus attulimus, remittendorum, aut certe minuendorum delictorū, accedit & illud celeberrimum, quod si puella reum mortis in maritū petierit à morte liberat ex consuetudine Francia, vt est apud nos vulgi sententia. Cuius rei mentionem facit Jacob. Bel. in practica iudiciaria in criminalibus, titu. de lenocinio, versu. 26. vbi cōtra hoc allegat tex. in l. commissum. C. de adulte. quem tamen pleriq; pro hoc allegāt. verūm nec pro hac sententia nec contra quicquam facit. Sed & huius rei meminit Masuerius vir apud nostros maximæ auctoritatis in practica, titu. de pœn. §. item in aliquibus partibus, vbi & hoc dicit esse contra d. l. commissum. & l. si ex causa. §. Papinianus. ff. de minor. & l. 1. §. vlti. ff. de quaestio.

- 2 Meminit item nouissimè Barto. Chassan. in Comment. consuetudinum Burgundiæ, in §. 5. in verbo, *Sil na grace*. col. 20. versu. duodecimus casus, titu. *Des iustices & droicts dicelles*, vbi dicit se nullam huius rationem afferre posse, nisi quod per matrimoniū maior reo videtur pœna imponi, quā per mortem, per multa quæ de malitia mulierum affert. Ego verò nescio an olim id in Gallia fuit obseruatum. id autem certo scio hoc tempore nō obseruari.

Causa quinquagesimasextima.

S V M M A E.

- 1 Pœna mitior illi imponenda, qui clam, quàm qui palam deliquit.
2 Quod nemo nouit, penè non fit.

Peccare

- 3 Peccare in occulto ad diminutionem peccati facit. Et quid ita.
4 Persuadere grauius esse, quàm compellere.
5 Peccare aperte, leuius est, quàm sanctitatem simulare, in comparatione duorum malorum, ex sententia D. Hieronymi.
6 Peccatum occultum an leuius sit quàm publicum, tex. gloss. & doct. amplissima in vtrā que partem dissertatio.



VINQVAGESIMOSEPTIMO, videtur mitius puniendus, qui clam, quàm qui palam deliquit, cū sit tolerabilior culpa, si lateat, quàm si leuis vsurpetur authoritas. c. nemo. 32. q. 4. id est, vt interpretatur glo. maius peccatū est manifestè peccare, quàm occultè. de quo etiam videtur tex. in §. sed illud silendū. in fi. cū multis ca. seq. 50. dist. 11. & in cap. ex tenore. de tempo. ordi. vbi publicus peccator magis punitur, quàm occultus. & cap. 1. in fin. de voto. lib. 6. vbi adducit concor.

- 2 Quibus accedit illud Psalm. Beati quorū tēta sunt peccata, Et illud quoque vulgò celebratissimū, si non castè, tamè cautè. Cui ad stipulatur, quod tradit Suet. de Claud. imperatore, Is enim iuuenem corruptelis adulterisq; famosum nihil amplius, quàm monuit, vt aut parcius ætatae indulgeret, aut certè cautiùs. Addiditq; Quare enim ego scio quam amicam habes? Cui etiam consimile est illud Apuleianū, Quod nemo nouit, penè nō fit.
- 3 Facit & illud Esaiæ 30. peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt: nec absconderunt. Cuius auctoritate subnixus Diuus Thomas. 22. q. 66. articu. 3. dicit quod in occulto peccare pertinet ad diminutionem peccati: tū quia est signum verecundiæ, tum quia tollit scandalum. Nam & videmus furtum non manifestum mitius puniri, quàm manifestum, non solum nostris legibus. §. ex maleficijs. Instit. de actio. sed & legibus Mosaicis id quoque seruatur, atq; etiam Platonicis lib. de leg.
- 4 Contra autè quod grauius peccare videtur qui clam peccat, quàm qui palam, est tex. in ca. cū ex iniuncto. de hæret. & l. palam. ff. de ritu nup. et l. vlt. ff. de effraet. & l. non existimo. ff. de admi. tuto. Et grauius est veneno occidere, quàm gladio. l. 1. C. de malef. grauius quoq; est persuadere, quàm compellere. l. 1. §. vlt. ff. de ser. corrup. grauius item noctu, quàm sub lucem peccare, vt dicit Bald. in l. non minorem. C. de transact.
- 5 Et bene facit tex. in l. officiales. C. de episco. & cler. ex quo gloss. in verbo, clandestinis, not. plus puniri clandestinum delictum, quàm publicum. Et dicit D. Hierony. in Esaiam cap. 12. quod in comparatione duorum malorum, leuius est apertè peccare, quàm sanctitatem simulare. Et hanc sententiam Plutarchus in lib. De sera naminū vindicta, refert Thespesium quendam

*Etiam qui
peccat
in occulto
non operatur*

Bb dam

dam qui à morte surrexerat, asserere apud inferos, eos qui manifestè peccauerant, palàmq; flagitia perpetrarant, non tam acerbè plecti, quàm qui clà iniuste vixerant, prætextuq; ac opinione virtutis delituerant.

- 6 Plura huc possem asserere in vtrâque partem, & limitationes (quas vocamus) siue distinctiones adscribere, sed quoniã iam propè nimium hic noster tractatus excreuit, dum aliud ex alio nõ cogitantibus nobis sese offert scribendum: idcirco posthac breuiore erimus, contenti summam, dum hunc perficiemus, quod reliquum est, cõscribere, & ad loca cuiuslibet capituli propria remittere. Igitur ad hoc caput videto glo. in d. §. ex maleficijs. in verbo, quadrupli, & ibi Bald. Ioan. Fab. Plat. & Ang. & cæteros, Instit. de actio. & glo. in ca. clericus. 81. dist. & in d. ca. nemo. 23. q. 4. glo. & doc. in ca. de homine. de celebr. miss. Jac. But. Cy. Bald. Paul. Ca. & alios in l. nemo. C. de sum. tri. doc. in l. prætor. §. generaliter. ff. vi bo. rap. Io. Fab. in §. sequēs diuisio. Insti. de actio. Pan. & recentiores in ca. cū quidam. de iureiur. & Felin. in ca. vlt. col. 2. ver. nota quod grauius. de accus. & vide etiã q̄ dixi supra.

Causa quinquagesimo octaua.

S V M M A E.

- 1 Delictum cõmittens ex officio vel administratione, quam gerit, mitius est accipiendus.
- 2 Officialis non præsumitur esse in culpa, vbi priuatus præsumeretur.
- 3 Officialis condemnatus de maleficio commisso in officio non potest appellare.
- 4 Decurio si deliquerit in officio, puniri potest.
- 5 Accusatus de crimine commisso in officio, suspendi potest.
- 6 Magistratus potest conueniri ex delicto in officio commisso.
- 7 Iuramentum partis cum semiplena probatione, sufficit in delicto cõmisso in officio.
- 8 Tabellio condemnatus de delicto in officio commisso, non potest ultra officium illud exercere.
- 9 In dubijs ratione officij, vbi delictum apertum est, grauior pœna incumbit.



VINQVAGESIMO OCTAVO, Cùm quis ex officio, vel administratione, quam gerit, cõmittit delictum, mitius cum eo agendū est, per tex. in l. tres tutores. ff. de admi. tuto. vbi not. gloss. quòd velamen administrationis furtum temperat. quam glo. ponderat Bald. in c. 1. §. iniuria. in verbo, siue furtū. col. 2. titu. de pace. iur. firman. & per eam dicit, quòd administratio mitigat delictū, ad quod etiã allegat l. si multi. ff. de pub. & vecti. Quibus adde tex. in c. si verò. eius initij. 1. de sentē. excõ. ex quo no. Pan. et Fel. q̄ delictū cõmissum rōne officij alleuiatur, quã do delin-

do delinquens modum excessit, ratione principij liciti. Nã bono zelo motus videtur, non suadente diabolo. ad quod etiã allegant cap. olim. de restitu. spol. & cap. significauit. de pœn. & remiss.

- 2 Quibus suffragatur quod dicit Bald. in l. 2. per illum tex. C. qui accusa. nõ poss. quòd officialis non præsumitur esse in culpa, vbi priuatus præsumeretur. & consi. 178. præsupposito statuto. in princ. lib. 1. vbi dicit, quòd in inquisitore nõ præsumitur dolus, licet rei fuerint absoluti. nam officij necessitas eum excusat, vt dicit plenè not. in l. athletas. §. calūniator. ff. de his qui no. infra. & consi. 494. sciendum est quòd moneta. col. vlt. versi. de tertia inquisitione. eod. lib. 1. vbi dicit sing. quòd si officialis rem à fure subtractam recipit, præsumitur id ex bona & laudabili mente fecisse, allegat l. 2. G. de offic. ciuil. iudi. ibi, quod non arbitramur. rursusq; consi. 451. quia in accusatione instituta, ver. quarta ratio. li. 4. dicit quòd ratione officij quis excusatur, nisi probetur dolus. per not. in d. §. calumniator. & idem voluit Roma. in repet. l. si verò. §. de viro. in. 27. fal. ff. solu. matri. vbi dicit, quòd qui necessitate officij accusat, non præsumitur ex calumnia officij fecisse, etiam si nõ probet, licet aliàs secus, per d. l. 2. qui accus. non poss. & l. mater. C. de calū. quod etiã tradit Alberi. in 2. parte statutorum, quæ st. 120. cuius est principi. item quero, si ex forma statuti. per d. l. 2. vide Bal. in l. etiam. ad fin. C. de fur. & in l. errore. C. de testa.
- 3 Multa tamè sunt, quæ contrarium non suadere modò, sed & persuadere videntur. Primum quòd officialis condemnatus de maleficio in officio commisso appellare non potest. l. nulli. & ibi docto. C. quor. ap. non recip. & §. nulli. 2. q. 6. & voluit Specul. tit. de appel. §. 2. versi. 3. & ibi Bald. qui hoc dicit procedere de iure canonico.
- 4 Secundo licet decurio aliàs non possit torqueri. d. l. omnes iudices. C. de decur. lib. 10. poterit tamen, si deliquerit in officio. l. qualiter eo. tit.
- 5 Tertio licet alias accusatus de crimine, non debeat pendente cognitione suspendi ab officio. l. reo. & l. quanuis. ff. de solut. suspenditur tamen qui accusatur de crimine commisso in officio. l. quod si fortè, ad fin. & ibi Bar. ff. eo. & §. si quis Instit. de suspec. tu. de quo tamen vide per Aufre. in decisio. 371. incip. fuit quæsitum si aliquis officarius.
- 6 Quarto licet maior magistratus non possit alias conueniri durante officio. l. 2. ff. de in ius vocan. & l. pars literarum. ff. de iudi. & l. nec magistratus. ff. de iniur. & c. prohibentur. 2. q. 1. poterit tamen ex delicto in officio commisso conueniri, ipso durante officio. l. iubemus. & ibi glo. in verbo, administrat. C. ad leg. Iul. repet. quam glo. ad hoc pro sing. allegat Rom. con. 415. quo ad primum an syndicus. & est quoq; tex. in c. iubemus. 1. q. 1. et c. sancimus. 2. q. 7. & in §. si quis vero. et §. si quis autem. in authē. vt iudi. sine quo. suff. quem ita intelligit glo. ibi, in verbo, habentes, & etiam Ange. qui illum

Bb 2 reputat

reputat sing. & iterum in §. illud. eod. titu. & voluit glo. & Domi. in d. ca. prohibentur. & gloss. in d. l. 2. de in ius vocan. & in d. l. nec magistratus. & ibi etiam Bar. & idem Bar. in d. l. nulli. & Bald. in l. mancipia. C. de ser. fugit. & Felin. in ca. legebatur. col. 2. ff. quod met. cau.

7 Quintò licet in delictis opus sit testibus, et probationibus luce meridiana clarioribus. l. vlt. C. de probat. ideoq; in supplementum probationis nunquam in criminalibus defertur iuramentum, per not. latè in l. admonendi. ff. de iureiu. tamè quando quis accusatur de delicto in officio cõmisso, sufficit iuramentum partis cum semiplena probatione, vt not. glo. in §. necessitatem, in verbo, ostenditur, in authen. vt iud. sine quo. suf. de quo per Ioan. Plat. in l. si aliquid. C. de suscep. lib. 11. & in l. iudices. C. de digni. lib. 12.

Sextò licet quis de delicto fuerit conuictus siue condemnatus, poterit tamen officium, quod ante habebat, exercere, ex rescripto principis. l. si quis. C. de cohort. libr. 12. cum simi. hoc tamen nõ procedit, vbi quis condemnatus est de delicto in officio cõmisso: quia non poterit amplius huiusmodi officium, etiam ex rescripto principis, exercere d. l. si aliquid. & d. l. iudices. & l. 1. C. de offic. præf. præto. & l. 2. C. de palat. sac. largi. lib. 12. cū concor. adductis per glo. in d. l. si aliquid. & d. l. iudices. C. de anno. & trib.

8 Propterea dicit gl. no. in authen. de armis. in princi. & rursus in l. si quis ex argentijs. §. 1. & ibi Bar. ff. de eden. quòd si tabellio fuerit cõdemnatus de delicto in officio tabellionatus cõmisso, vt de falso instrumento ab ipso facto, non poterit amplius huiusmodi officium exercere: secus si de alio delicto fuerit condemnatus, quod & etiam voluit Bar. in l. 3. §. hac lege. ff. ad leg. Jul. repe. & in l. non pót. ff. de furt. & consil. 174. sed Pau. de Cast. & Bal. in l. 1. C. de testa. & in l. & militibus. C. de testa. mil. & in l. qui depositũ. C. de depo. & in l. in exercendis. col. 2. C. de fid. instru. Ang. & Imo. in l. infamè. C. de publi. iud. Ioã. Ana. in ca. fraternitatis. col. 3. de hæret. Ioã. Plat. in d. l. si aliquid. et in l. 1. C. de imm. nõ cõce. col. 2. in fi. lib. 10. Ang. Arc. in tract. male. in verb. falsario col. 5. et las. l. Barbari. col. 14. ver. extra omnè. ff. de off. præt.

9 Igitur vt hanc difficultatem tollamus, ita hunc locum breui cõcludem⁹, vt in dubijs quis ratione officij excusetur à dolo, & calumnia: in apertis verò, id est, vbi delictum apertum est, & certum, tantum abest, vt excusetur vt etiam grauius puniatur per ea quæ proximè sunt dicta. Ideo Bald. in ca. quoniam contra falsam, col. 9. vers. extra quæro, de probat. dicit quòd necessitas officij excusat à præsumpta calumnia, sed non ab expressa. & alibi videlicet consil. 119. statuto cauetur, quod si quis. in col. 4. eademq; pen. ver. sed contra hoc opponitur. lib. 2. dicit quod officium nõ excusat maleficiũ, sed tamen inducit præsumptionem, quod non sit maleficium, nisi euidenter appareat, vt dicit not. in d. §. calumniator. & in l. in rem. §. tignum. ff. de rei vendi. & in l. meminerint. C. vnde vi.

Sed &

10 Sed & hoc quoq; intelligendum est, in his quæ habent principium licitum, si modum quis inconsulto excefferit, mitius sit puniendus: vt dictũ est in princ. Et consonat quòd supra dicit cap. 1. de eo qui cū se defenderet, modum defensionis exceffit.

Causa quinquagesimanona.

S V M M A E.

1 Delinquens quando non potest puniri, quin & innocens puniatur, tum cum delinquente mitius agendum est.

2 Delictum nocentis impunitum relinqui satius est, quàm innocentem damnare.



VINQVAGESIMONONO, Cū nõ potest puniri delinquens, quin innocens puniatur, ille potiùs impunitus debet relinqui, quàm vt hic puniatur, tex. est in ca. quàm magnum. 23. quæstio. 4. vbi gloss. not. in alium tolerari ratione boni, & adducit cõcord. & tex. quoq; in ca. sacris. de sepul. ex quo not. Panor. id quod supra diximus, dicitque facere ad vulgatam quæstionem de duobus fratribus habentibus domum communem pro indiuiso, ita quod delinquenti competat pars inferior, innocenti superior, vt videlicet non debeat domus destrui ex statuto iubente domum delinquentis destrui. quàm quæstionem cõmemorat, nec soluit tamen glo. in c. sed & cõtinuo. de pœn. dist. 1. vbi vide Archi. De qua etiam per Petr. Cy. & Bal. in l. et si seuerior. in fin. C. ex quib. caus. infam. arro. & Din. in l. si finita. §. ex hoc. ff. de dam. infect. Bar. in l. cūm alicuius, ante fi. ff. de nego. gest. et in l. Athenis. §. de eo opere, et ibi Alex. in addit. ff. de aqua plu. arcen. Bal. in l. 2. C. quib. cau. ser. pro præ. liber acci. vbi late comperies, quid in hac re faciendum est. Sed quicquid sit, illud semper certum est quod in princ. huius capituli diximus. Nam vt dixi text. not. vulgo tamen notissimus in l. absentem. ff. de pœn. sanctius est impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare.

Causa sexagesima.

S V M M A E.

1 Delinquens, si statim pœniteat, omniaq; in pristinum statum reponat, mitius accipiendus est.

Bb 3 Sexagesimo,



SEXAGESIMO, Qui crimen commisit, statim tamen pœnitens omnia in pristinum statum reposuit, licet sit puniendus. l. qui ea mente. ff. de furt. & l. quis sit furtiuus. §. 1. ff. de ædil. edicto. mitius tamen cum eo agendū est. per id quod pulchrè decidit Alber. in vltima parte statutorū. question. 69. quæro etiam supposito, quòd si quis bannitum receptauerit duobus vel tribus diebus, & postea pœnitens eum prodiderit, præsentaueritq; potestati, licet sit puniendus ex forma statuti, huiusmodi receptationem punientis, per illa iura, & alia quæ allegat, pœna tamen mitigabitur. argu. tex. in §. sed quia delinquentes. in authen. de mand. princ. & alijs multis §. illius titu. & l. 2. C. de decur. lib. 10. & l. si sciuerit. ff. de excusat. tutor. & per multa, quæ illic allegat.

Causa sexagesima prima.

S V M M A E.

- 1 *Vulnerans aliquem lethaliter, quem alter postea occidit, non ea pœna plectetur, quam pependisset, si vulneratus ex suo vulnere occubuisset.*



DRIMO & sexagesimo, si quis alium lethaliter vulnerauerit, quem alter postea occiderit, certè non ea punietur pœna, quam pependisset, si vulneratus ex suo vulnere occubuisset, scilicet tanquam de occiso, sed tantum de vulnerato. tex. est ad literam. in litem Mela. §. Celsus. ff. ad legē Aquil. ex quo not. Bald. mirabilem modum defendendi à morte eum qui lethaliter alium vulnerauit. Et quanquam plerique faciant illum text. singu. est tamen similis in l. huic scripturæ §. si seruus. & ibi docto. eod. tit. & voluit gloss. in ca. significasti, eius initij 2. in verbo, quòd si discerni. de homicid. vbi tamen distinguit inter ius ciuile, & canonicum. & Bald. in l. ita vulneratus. eo. quoque titu. vbi refert aduocatum quem piam consuluisse alicui, qui alterum lethaliter vulnerasset, vt illum faceret interim per tertium, vt pœnam mortis euaderet: propterea (ait) dignum illius aduocati præmium erat laqueus. & Roma. in sing. 158. quidam fuit vulneratus, vbi recenset se quempiam à morte liberasse, ex eoque lucratum fuisse capam sericeam. & Ioā. Ana. in c. significasti, eius initij 2. col. 4. versi. tunc eo casu. de homi. vbi refert illud Bal. vbi supra et Franc. Cre. sing. 15. quidam malus aduocatus. et Alex. in l. si ab hostibus. ff. soly. matri. et Feli. in cap. de cætero. de homi. et Hippo. Marfi. in l. 1. colum.

col. 11. versi. decimoquintò limita. ff. de sica. & in l. nihil interest. col. 4. versi. vltèrius quia dicitur. eo. tit. & rursus in l. si rixa. col. 5. versi. vltèrius in quantum. Super hoc tamen vide Flori. in d. §. Celsus. & in d. l. ita vulneratus. & Cœpol. caut. 20. quidam tradunt mirabilem cautelam. & Iason in d. l. si. ab hostibus. col. pe.

Causa sexagesima secunda.

S V M M A E.

- 1 *Vulnerarunt se duo inuicem, an pœna illis infligenda.*
2 *Pacem duo inierunt, promittentes se inuicem non offendere in posterum, adiectaque ad id pœna, postea tamen se inuicem offenderunt, nec constat vter prior cœperit, neuter tenetur de pace rupta,*



- S**EXAGESIMO SECVNDO, Si duo se mutuò vulnerarint. nec cõstat vter corū prouocauerit, neuter punietur, secūdum gl. in l. 1. §. cū arietes. ff. si quadru. paupe. fecif. dica. per tex. in l. scientiam. §. cū m. stramenta. ff. ad leg. Aquil. sequuntur Iacob Are. Bar. Bal. Fulg. & Alex. in ad di ad Bar. in d. §. cū m. arietes. & Bal. distinguēs in l. vt vim, ad fi. ff. de iustit. & iur. & in l. 1. in 12. q. C. vnde vi. Imo. in l. semel mora. ff. sol. matr. et in c. significasti, eius initij. 2. in pe. char. ver. satis est de eo. de homi. Rom. loquēs de iniuria verbali in pari casu. in l. cū m. mulier. col. 31. ver. nemo ampli. ff. sol. matri. de quo tamē vide ipsum Bal. in d. §. cū m. arietes. & in d. l. vnde vi. & Corneum con. 274. videtur prima faciē. col. pe. in fi. & seq. lib. 1. et Maria. in repe. c. ad audientiam. in 21. q. 7. q. principalis, de homicid.
- 2 Ex hoc autem subinfert Bar. in d. §. cū m. arietes. et post eum Flori. quòd si duo pacem fecerunt, vel promiserunt se sub pœna non offendere, et postea se inuicem offenderint, nec constat vter prior fecerit, neuter tenebitur de pace rupta. Et idem voluit Bar. in l. cū m. pater. §. libertis. in fi. ff. de leg. 2. et in d. l. si mora. vbi loquitur de simili casu, ad idque ibi allegat bonum text. in cap. constitutus. de pœn. et post. ipsum Bart. Roma. in d. §. libertis. et Feli. in c. dilecti. col. vlt. de excep.
- 3 Nec tamen omittendum, quòd ipse Flori. in d. §. cū m. arietes, veluti oblitus eius quod diximus ex eo. et Bar. de pace rupta, statim postea dicit, quòd si duo se mutuò percusserunt, non fiet in dubio absolutio, sed vterque condemnabitur per l. quemadmodū. §. si naus alteram. ff. ad leg. Aquil. Quod omnino à ratione abest.

Bb 4 Causa

And. Tiraq. Depœ. temper.
Causa sexagesima tertia.

S V M M A E.

1 *Vnus ex pluribus aliquem offendit, idque constat, vel aliud delictum comisit, sed dubium est, quis eorum fecerit, nemo puniendus est. & nu. 2.*



EXAGESIMOTERTIO, Si certum sit, vnū ex pluribus aliquem interemisse, vel aliud delictum commisisse, nec tamen constat quis eorum fecerit nullus puniendus est. Ita voluit gl. not. in l. item Mella. §. sed & si seruum plures. ff. ad leg. Aquil. per l. absentē. ff. de pœn. & glo. in c. quiescamus. 42. d. et in c. nolite. in verbo, triticum. quæst. 3. & Specul. titu. de homi. §. 1. versi. pone quatuor.

2 Sed quia contra hoc videtur esse tex. in d. §. sed et si seruum. & c. significasti. huius initij 2. versi. quod si discerni. de homici. & hoc latius patet quam vt breuibus possim cōcludere. ideo ne si pergam esse longior fastidium pariam, vide glo. in c. cupientes. §. ceterum, in verbo, qui culpabiles. & ibi Archid. de elec. li. 6. Dy. in c. in obscuris. de reg. iur. eo. lib. Alber. Gand. in trac. malefic. tit. de homic. & eorum pœnis. col. 6. in fin. in paruis. Specul. in titu. de iudi. deleg. versi. vltra alias. iuxta versi. quid si in rixa. & in tit. de homi. §. 1. versi. sed pone quod tutor. Cy. Io. Faber in l. quoniam. C. ad leg. Iul. de vi publi. Bar. Angel. & omnino Hippol. Marfil. in l. vlt. ff. ad leg. Corne. de ficar. Bart. Bal. Angel. in l. ita vulneratus. in fi. ff. ad leg. Aquil. Alber. in tracta. statutorum, in 3. parte. q. 61. Bal. in l. qui seruo. §. vlt. ff. de fur. & in l. nō ideo. in antep. q. versi. sed iuxta hoc venit. C. de accus. & in l. si certus, cum l. seq. ff. ad S. C. Sylla. & con. 361. lib. 1. Angel. in l. reos. ff. de duob. reis. Imol. in cle. 1. col. vlt. ver. tertio. quærit. de homici. Flo. in d. l. itē Mella. §. sed et si. ff. ad leg. Aquil. Sali. Gaspar. de Calder. & Petrus Anc. inter. con. ipsius Pe. con. 216. nos Bartholomæus. & Raph. Cu. consi. 134. visis totius controuersia. col. 2. post prin. & iterum paulò post in versi. quamobrem. Rom. con. 401. eo præ supposito, Maria. in rep. c. ad audientiam. in 30. q. & iterum in 39. 7. q. principa lis de homici. Et Alex. consi. 15. viso processu inquisitionis formata. lib. 1. & con. 50. col. 2. ver. quarto dato. & col. vlt. versi. non obstat vltimum. eo. lib. 1. & consi. 14. ponderatis narratis. col. 2. ver. sunt præterea multæ. & con. 2. vi so processu. col. 1. in fi. & seq. lib. 7. Feli. post alios in d. c. significasti, eius ini tij 2. col. 3. versi. nota ibi de homici. & Hippo. Marfi. in l. 1. col. 11. versic. 16. ff. ad leg. Corn. de ficar. & in rub. de probat. col. 83. versic. item redeundo. & col. seq. ver. non omitto. & sing. 217. vide omnino Alex. in l. 1. col. 8. ff. si cert. pet. & consi. 15. col. 3. versi. quarto moueret.

Causa

Causa sexagesima quarta.

S V M M A E.

1 *Damnatus ad mortem laquei, si laqueo rupto in terram ceciderit, liberandusne sit.*



EXAGESIMO QUARTO, Si damnatus ad mortem laquei, laqueo ipso rupto in terram ceciderit, credendum est illud factum esse miraculosè in dubio, cum ipse protestatus fuisset de innocentia: & ideo est liberandus, vt per multa decidit Lucas Pen. in l. prima, col. 7. versic. sed pone damnatus est aliquis. C. de desert. & ocul. lib. 12. & sequitur & dicit not. Philip. Dec. in l. fauorabiliores. in fin. ff.

de regul. iur.

Huic operi nostro iustissimum finem adfert ruptus laqueus.

Finis Tractatus de Pœnis.

I N D E X R E R V M E T

verborum insignium, quæ Andreas
Tiraquellus hoc suo ope-
re contexuit.

A.



B S E N T I S coniun-
cti tacita voluntas ar-
guitur ex affectione.
causa. xxij. n. 35. pa. 88.
Absolutio facta ab eccle-
sia, non intelligitur in
præiudicium fori secu-
laris. causa. xxv. nume-
ro. 4. 107.
Absolutus in foro pœnitentia-
li accusari puni-
rique potest in foro iudiciali
causa. xxxvij. numero. 4. 116.
Acceptatio beneficii iracundiæ
vi facta, non facit vacare
primum. causa. j. nu. 29. 11.
Accusans ex officij necessitate,
non præsumitur ex calumnia
officij facere. causa. lvij. nu-
mero. 2. 290.
Accusatio episcoporum facile
recipienda non est. cau. lj. nu. 94. 257.
Accusationis & inquisitionis
finis. causa. liij. numero. 1. 285.
Accusator infra legitimum
tempus non prosequens, subit
pœnam legibus constitutam.
in Præfat. nu. 17.
Accusatus de crimine commisso
in officio, suspendi potest.
causa. lvij. nu. 5. 290.
Actio de dolo danda est mihi,
si feruus meus cum mihi deberet,
nec soluendo esset, hortatu
meo pecuniam mutuam ab alio
accepit, & mihi soluit. cau. xxxv.
nu. 10. 153.
Actio honoraria prodita contra
compatres. causa. xxj. nu. 9. 73.
Actio quæ datur in officiales &
magistratus, ob delictum, vel
quasi, quod consistit in omit-
tendo, non transit in hæredes.
cau. xliij. numero. 26. 185.
Actori quandoque defertur iuramentum
propter summam sceleris immanitatem.
causa. xlix. nu. 41. 218.
Actus qui amicis cõuocatis fit,
deliberatus præsumitur. cau. xxij.
n. 79. 79

Actus vitæ præcedentis in pœnis
& factis inspicitur. causa. lj. nu. 1. 224.
Actus in se malus, ad malum in
dubio referendus est: licet aliam
excusationem habere possit.
in Præ. nu. 56.
Actus, qui aliàs præsumitur
prima fronte iniustus, si gestus
sit à prouidis & honestis viris,
iustus æstimatur. cau. lj. nu. 49. 243.
Actus plures desiderari ad
virtutis habitum. causa. lj. nu. 159. 279.
Actus hominum non euentu, sed
consilio metiendi sunt. cau. liij.
nu. 9. 283.
Administratio delictum mitiga-
t. causa. lvij. numero. 1. 290.
Adolescens si quid commisit,
non omnino impunitus relin-
quendus. cau. vij. nu. 6. 30.
Adolescentes, quot & quibus
ex causis sint mitius puniendi.
cau. vij. nu. 5. 29.
Adolescentes sedulo & diligenter
castigandi. cau. vij. nu. 7. 30.
Adrastus Phryx Atym Croci
Lydorum Regis filium, vibrato
in aprum iaculo, imprudens
occidit. cau. xij. nu. 1. 47.
Aduersarius in lite præsumitur
inimicus, nisi ille sit summæ
sanctimonix. causa. lj. numero.
155. 277.
Aduocatus vsurario manifesto
denegandus. cau. xlix. nu. 30. 216.
Aduocatus denegatur accusato
in grauibus delictis. cau. xlix.
nu. 30. ibidem.
Aduocatus si præuaricetur,
aliquid scienter omittere,
& inde causa cadat, an sententia
valeat. cau. xlix. nu. 37. 217.
Adulterium vxoris vir fert
molestius quam filij interitum.
cau. j. nu. 3. 2.
Æmilius Scaurus ob vetustissimam
nobilitatē, & recentem patris
memoriam absolutus est. cau.
sa. xxxj. nu. 9. 131.
Æneas militibus prohibet, eorumque
dubis, se inscio quicquam
tentare quantumuis opportuna
se se offerat occasio. cau. liij.
nume. 6. 282.
Affectio naturalis facit, vt qui
vnum de agnatione

I N D E X.

tionem tangit, totam agnationem tangere videatur. cau. l. nu. 71.	249.	causa. xxij. num. 2.	77
Affinitas spiritualis maior & superior est carnali. cau. xxj. nu. 2.	70.	Amicitiam quanti fecerint Philosophi, tum in reconsulti. cau. xxij. nu. 62.	95.
Agapetus idem peccare & peccantes non cohibere, aestimat. cau. xliij. nu. 14.	182.	Amantium caeca iudicia. cau. l. nu. 81.	253.
Agere quis potest sine mandato ad implementum eorum, quae ad pias causas disponuntur. causa. xxij. nu. 41.	90.	Amicus an possit pro amico sine eius mandato impetrare literas ad beneficia. cau. xxij. nume. 38.	89
Agentes & consentientes pari poena esse puniendos, quomodo sit accipiendum. causa. xliij. nu. 51.	191.	Amicus amico non inutiliter stipulari potest. cau. xxij. nu. 14.	81.
Agefilai Magni Lacedaemoniorum regis graui ter dictum. cau. xxxj. nu. 39.	142.	Amicus etiam inuocatus iuuare amicum potest, sicuti consanguineus, resistendo etiam de facto officiali iniuste exequenti. causa. xxij. nu. 43.	90.
Agis, primus ex his, qui Sparta regnarunt, ab Ephoris interfectus est. cau. vij. nu. 3.	28.	Amicus etiam sine satisfactione admittitur ad allegandas causas absentiae. causa. xxij. numero. 81.	97.
Agrium emptoris quae nam oporteat obseruare. Ex Plinio. cau. xxij. nu. 8.	103.	Amicus electi an sine mandato confirmationem petere possit eius nomine. causa. xxij. nume. 37.	89.
Allegans iniustam causam ad sui defensionem & doli exclusionem, mitius puniendus, & quare. cau. xliij. nu. 9.	145.	Amicus igni & aqua magis necessarius. causa. xxij. nu. 82.	97.
Alexander magni faciebat ad veniam, delicti confessionem. cau. xxx. nu. 8.	123.	Amicus non cogitur esse aduocatus contra amicum. cau. xxij. nu. 77.	96.
Amicitia an semper repellat a testimonio. cau. xxij. nu. 46.	91.	Amicus praesumitur patrocinari gratis pro amico. cau. xxij. nu. 78.	96.
Amicitia & pietas fraternizant. causa. xxij. nume. 31.	87.	Amicus pro amico admittitur sine mandato ad recuperandam possessionem, qua spoliatus fuerat absens. cau. xxij. nu. 72.	96.
Amicitia aequat aut superat fraternam affectionem. cau. xxij. nu. 10. & 13.	80.	Amicus pro amico an admittatur ad agendum sine mandato, cum cautione rati. cau. xxij. nume. 34.	88.
Amicitia facit, ut vel seruos filios proprios nominemus. cau. xxij. nu. 74.	96.	Amicus procurator constitutus, videtur tacite non contradicendo acceptare mandatum. cau. xxij. nu. 56.	93.
Amicitia intensa maioris est ponderis ad repellendum testem, quam fraternitas, Baldo. cau. xxij. nu. 45.	91.	Amicus pro amico potest appellare. cau. xxij. nume. 55.	93.
Amicitia improborum reijcienda. causa. xxij. nume. 89.	99.	Amicus, quem testator deligit ut coniunctum, licet re vera non sit coniunctus, habetur tamen pro coniuncto. cau. xxij. nu. 30.	87
Amicitia, odio, ira, atque misericordia vacuos esse decet, eos, qui de rebus dubijs consultant. causa. 16. nu. 4.	61.	Amicus quodammodo patris loco habetur. causa. xxij. nu. 63.	95.
Amicitia propinquitati, & gratia necessitudinis etiam in bonorum successione praefertenda. causa. xxij. nu. 1. & 4.	76. 77	Amicus si impediatur citationem peruenire ad amicum, tanti est, ac si ipsemet impediret. cau. xxij. nu. 83.	97.
Amicitia paterna qui aliquid impendit, non repetit. cau. xxij. nu. 63.	95.	Amicus vicem procuratoris obtinet. cau. xxij. nume. 16.	82.
Amicitia si intercesserit inter me & Titium, & is agat in iudicio nomine meo me sciente & non contradicente, tum demum videor id ratum habere. cau. xxij. nu. 57.	93.	Amici causa, non peccandum, maxime contra Rempubl. Ciceroni. cau. xxij. nu. 88.	98.
Amicitia tantum operatur in consideranda affectione, quantum sanguinis coniunctio. cau. xxij. nume. 44.	91.	Amici legata ex testamento minus solenni accipiuntur. cau. xxij. nu. 26.	85.
Amicitiae fraternae nodus Herculanus. causa. xxij. nu. 6.	78.	Amici verba, latam interpretationem admittunt. cau. xxij. nu. 84.	97.
Amicitiae, quam fraternitatis arctius vinculum.		Amico licere vim illatam coniuncto sibi stricta amicitia, repellere. cau. xxij. nu. 42.	90.

Amico

I N D E X.

Amico per amicum potest acquiri. causa. xxij. nume. 17.	82.	Amor quidam naturalis & affectus in nostros & necessitudine coniunctos nostris legibus attestantibus, innatus est. cau. l. nu. 80.	252.
Amicum suum si quis relinquat executorem sui testamenti, sub nomine dignitatis, videtur non dignitatem, sed amicitiam considerasse. Et an mortuo executore, transeat officium in successorem in dignitate. cau. xxij. nume. 25.	85.	Amor sui, caecus cau. l. nu. 65.	247.
Amici absentis vocando, quando quid fieri debet in eius praesudicium. causa. xxij. numero. 69.	95.	Amoris liciti ardorem vim habet reuocatiois clausulae derogatoriae, in primo testamento adpositae. cau. xxij. nu. 28.	86.
Amici adhiberi solent negotijs rebusque mortalium. cau. xxij. nu. 67.	ibidem.	Amorem retinere, perfectae philosophiae est. cau. iij. nu. 2.	17
Amici conuocandi sunt in contrahendis nuptijs. cau. xxij. nu. 75.	96.	Ancillae cordis, dominarum imagines sunt. cau. l. nu. 95.	258.
Amici cognatis chariores. cau. xxij. nu. 44.	91.	Androcides iussu populi, nocentem se (licet innocens esset) confessus, absoluitur. causa. xxx. nu. 5.	122.
Amici debitoris absentis citandi, antequam perueniatur ad secundum decretum. cau. xxij. nume. 70.	96.	Anima mercatoris quod ibit. causa. l. numero. 142.	273.
Amici, & consanguinei pari passu non ambulant Panormit. & Alexandro. cau. xxij. numero. 36.	89.	Animaduersione & in singulos & in multitudinem quomodo fieri debet. cau. xlviij. nu. 5.	203.
Amici parentum possunt petere illorum libertatores dari. cau. xxij. nu. 65.	95.	Animal etiam brutum puniri ob scelerrimam nitatem. cau. xlix. nu. 39.	217
Amici plerumque obstant ne liceat ubique relictum tenere clauum. cau. l. nu. 81.	253.	Animus in maleficijs, non euentus, inspicendus. cau. l. nu. 2.	281.
Amici quae faciunt, nihil differunt ab his, quae nos facimus. cau. xxij. nu. 19.	82.	Animus nullis rebus magis irritatur & commouetur, quam his quae obijciuntur oculis fidelibus. cau. xliij. nu. 53.	192.
Amici singulares an veniant appellatione suorum. cau. xxij. nu. 32. 33.	87. 88.	Annalis lex. cau. l. nu. 151.	276.
Amici sponsi si quid donent sponsae, sponso que ritur, non sponsae. cau. xxij. nu. 22. 64.	83.	Antigoni Macedoni regis apophthegma. cau. l. nu. 79.	252.
Amicorum causa factum, clementius puniendum. cau. xxij. nu. 85.	98.	Apollinis Pythij responsum not. causa. xxviij. nume. 5.	116.
Amicorum causa facit, ut eorum causa admittitur, mitius sit puniendum. causa. xxij. numero. 1.	76.	Apollonius Iarchae, Brachanorū principis, sententiam de magistratibus Roma. comprobata. cau. xliij. nu. 56.	193.
Amicorum consilio utendum in nostris negotijs. cau. xxij. nu. 76.	96.	Appellasse si quis se dicat, vel procuratorem esse ad petendos Apostolos, ei non creditur, nisi legitime doceat quantumvis sit fama celebris. cau. l. nu. 11.	229.
Amicorum & consanguineorum opus aequiparatur. cau. xxij. nu. 66.	95.	Appellatio in quibus regulariter prohibetur, necesse est causam in appellatione a diffinitiva inferere. in Praefat. nu. 69.	
Amicorum potentia, facit hominem excellentem. cau. xxij. nu. 82.	97.	Appellatio tollitur sceleris magnitudine. cau. xlix. nu. 21.	214.
Amicorum praesentia excludit praesumptionem fraudis & metus. cau. xxij. nu. 50. & 52.	92.	Limit. nume. 22. vbi & de crimine laesa maiestatis.	215.
Amicis iniucem contrahentibus fraus & simulatio plerumque praesumitur. causa. xxij. numero. 53.	92.	Appetitus venereorum nonnullos in furorē, atque insaniam adigit. cau. iij. nu. 3.	17.
Amicos vexare, tanti est, quanti consanguineos. cau. xxij. nu. 60.	94	Appius Claudius Decemuir in carcerem coniectus mortem sibi consciuit. causa. xxxiij. nume. 6.	149.
Amor, furor est: & quare. cau. iij. nu. 1.	16.	Appius cum in vincula duceretur, maiorū merita in Remp. commemorabat, ut poenam deprecaretur. cau. xlix. nu. 11.	212.
Amor in iudicijs caecutit. cau. l. nu. 81.	253.	Arbor infelix. cau. xxxj. nu. 7.	130.
Amor iudicium ignorat, ratione ferere caret modum nescit, nec aliud cogitat quam quod di-			

Cc Arca-

I N D E X.

Arcades, & multi alij populi hic enumerati, q malos vicinos ferre non potuerit solum ver- terunt. cau. xxiiij. nu. 7. 147.	iuris ciuilib, perdant, non qua iure gentium communia. cau. xx. nu. 9. 67.
Ardor amoris liciti vim clausulæ codicillaris ha- bet, si fauor libertatis concurrat. causa. xxij. nume. 27. 86.	Bannitum, & eum quidem consanguineum re- ceptans contra statutum, mitius punitur. causa. xx. numero. 2. 65.
Artabani elegans sententia. cau. liij. nu. 10. 283.	Limitatur. ibid. num. 3.
Attaxerxis regis de Rhacone Mardo, qui filiū plectendum iudicibus obtulerat, sententia. cau. xvij. nu. 3. 63.	Baptismus an aliquid remittat ex foro iudicia- li. cau. xxv. nu. 6. 107.
Affertio viri fide digni excusat. causa. liij. nume. 32. 33. & 34. 238.	Baptismus quicumque delicta abluit. cau. xxv. nume. 1. 106.
Athenienses iniurati testimonium non admit- tebant. cau. liij. nu. 135. 271.	Baptismus restituit hominem pristinae innocē- tia. cau. xxv. nu. 7. 107.
Athenienses seueri religionis cultores iuuenes duos per imprudentiam templum Cereris ingressos, interficiunt. cau. xiiij. nu. 8. 49.	Barbatias communium opinionum oppu- gnator. cau. liij. nu. 64. 247.
Atheniensium leges veniam concedunt sese manifestanti. cau. xxx. nu. 5. 122.	Bartoli & Iasonis lapsus. causa. xliij. nume- ro. 74. 199.
Attentans in arbitrarijs mitius punitur, quā perficiens. cau. xxxix. nu. 1. 163.	Beatus, qui in conspectu Dei iustus est. causa. liij. num. 5. 227.
Attilius, quod Mithridati insidias struxisset, supplicio affectus. cau. xxxiiij. nu. 6. 149.	Benevolentia sublata, amicitiaē nomē tollitur, propinquitatis remanet. cau. xxij. nu. 3. 77.
Augustus Cæsar nec adoptiuum filium bonū habuit, licet illi eligendi potestas fuisset ex omnibus. cau. liij. nu. 44. 241.	Berenice meritis suorum absoluta. causa. xlix. nume. 12. 211.
Augustus Cæsar, diuturnorum reorum & ex quorum sordibus nihil aliud quā voluptas inimicis quæreretur nomina aboleuit. cau. xxix. nu. 7. 120.	Betonica herba vis cau. v. nu. 11. 23.
Auidius Casus, centuriones, qui ipso incio par- ua manu ingentem hostium numerum oc- cidissent, in crucem tolli iubet. causa. liij. nu- mero. 5. 282.	Blanditia principum & aliorum, quod non te- merè metuimus, vim præcepti habent, iu- stumque metum inducunt. causa. xxxv. nu- mero. 1. & 3. 150.
Albinus Romanus Græca oratione res Rom. venia sibi antè eius lingua imperitia petita, composuit. cau. xxxvj. nu. 6. 155.	Blasphemia quæ fit calore iracundia, leuis est. cau. i. nume. 14. 6.
A. Posthumus Tiburtinus filium securi feriri iussit, quod sua sponte progressus hostes fu- disset. cau. liij. nu. 3. 281.	Blasphemator propriè non dicitur, qui in ludo blasphemauit. cau. j. nu. 14. 6.
Aurelianus Imperator Zenobiam, vita donat. cau. ix. nu. 2. 34.	Blasphemijs Deum impetens, vltimo est sup- plicio plectendus. cau. i. nu. 14. 6.
Aufonius ad preces Augusti carmen compo- nit. cau. xxxv. nu. 7. 152.	Bene merito de Reipub. si immane quodpiam facinus, præsertim contra Rempub. com- misit, nequaquam parcendum. causa. xlix. nume. 47. 219.
	Bona fides causari potest ex iustis & iniustis ac temerarijs rationibus. cau. xliij. nu. 3. 174.
	Bona fides prætermissa iuris solemnitate, à mer- catoribus præcipuè obseruanda. causa. liij. nu- mero. 141. 273.
	Bonum de quolibet præsumendum non est, vbi alterius irminet periculum. causa. liij. nu- mero. 16. 230.
	Bonum opus requirit. cau. xliij. nu. 57. 194.
	Bonum & iustum videtur, quod à bono factū est. cau. liij. nu. 54. 244.
	Bonus semel, semper bonus præsumitur cau. liij. num. 3. 225.
	Boni prætextu malefaciendum non est. causa. liij. nume. 8. 283.
	Bonus vel malus quis iudicari non debet ex vnico actu. causa. liij. nu. 159. 279.
	C A L I.

B.



BANNVM multæ æquipara-
tur. cau. xxxij. nu. 5. 143.

Bannum remitti potest propter
paupertatem. causa. xxxij. nu-
mero. 5. ibidem.

Et Barto. super hoc opinio. ibi. nu. 6.

Banniti qui se ad hostes conferunt, quæ sunt

I N D E X.

C.



CALLISTO à Ioue vim passa
in vrsam mutatur. causa. xxxvj.
nume. 5. 154.

Calli patera meritis suorum absol-
uitur. cau. xlix. nu. 12. 211.

Calor inconsultus calumniae vitio caret. causa.
j. nume. 1. 2.

Carcer cur domus omnium miserrima atque
molestissima. cau. xliij. nu. 2. 165.

Carolus primus iudicem suspendi iussit, qui ho-
micidam pœna manus tantum condemna-
rat. in Præfat. nu. 9.

Casus fortuiti exilio voluntario luebantur. cau.
sa. xiiij. nu. 7. 49.

Causa quælibet & iam iniusta & bestialis excu-
sat à dolo. causa. xliij. nume. 2. Limit. nume.
10. & 11. 173.

Causa iniusta excusat à delicto. causa. xliij. nu-
ro. 2. 173.

Causa modica & iniusta excusat à contuma-
cia, quæ & ipsa delictum est. causa. xliij. nu-
mero. 6. 7. 175.

Causa tua, an tuorum agatur nihil interest. cau-
sa. liij. nu. 66. 67. 68. 69. 74. 76. 248. 249. 251.

Causæ expressionem requiri quando pœna au-
getur, vel minuitur, quomodo sit accipien-
dum. in Præfat. num. 70.

Causam auctæ aut imminutæ pœnae iudex in
sententia exprimere debet. in Præfat. nu-
mero. 51.

Cautio viri pauperis, fidi tamen an sufficiat.
cau. liij. num. 43. 241.

Cautio pro satisfactione est, si is, qui satisfacit, sit
honestæ & probatæ vitæ. cau. liij. nu. 37. 239.

Certificatus ab vno notabili & fide digno, dicitur
procerto scire. cau. liij. nu. 31. 237.

Charundas Tyrionum rex & legislator quod
legem, quam tulerat, imprudens violasset,
gladio incubuit. cau. xiiij. nu. 9. 49.

Charundæ Tyrij lex. cau. xxij. nu. 89. 99.

Charitas necessitudini in ordine scripturæ præ-
lata. cau. xxij. nu. 5. 78.

Ciceronis in Verrem locus elucidatur. causa.
xxx. nu. 3. 121.

Ciceronis locus lib. 5. & vl. Finium, emendatur.
cau. 24. nu. 3. 105.

Citatio facta ad diem feriatum, ad hoc vt va-
leat, requiritur quod expressè citetur in cau-
sa alimentorum & similibus. in Præfat.
numero. 64.

Citatio, si prima fronte habeat in se iniustitiā,
an valeat. cau. liij. nu. 5. 227.

Ciuitas vt principum cupiditatibus & vitijs in-
fici solet, sic emendari & continentia. cau. sa.
liij. num. 97. 259.

Ciuitas vt cupiditatibus principum & vitijs in-
fici solet, sic emendari & corrigi continen-
tia. cau. xxxj. nu. 39. 141.

Claudius maiore fraude conuictos, legitimam
pœnam supergressus, ad bestias condemna-
uit. cau. xlix. nu. 44. 218.

Claudius Imperator iuuenem corruptelis a-
dulerijsq; famosum, nihil amplius monuit
quam vt aut parcius ætaturæ indulgeret, aut
certè cautiùs. cau. lvij. nu. 2. 289.

Coact? absolutè sine præcisè nihil certè peccat.
cau. xxxv. nu. 5. 151.

Commissio quando præsumitur præcessisse.
cau. liij. nu. 53. 244.

Commune sicut non potest prohibere appel-
lationem ad superiores, vel statuere contra
appellantes: ita nec contra consanguineos
appellantium. cau. liij. nu. 75. 251.

Communitas alterius & ius & rem, ex causa:
tamen, auferre potest. in Præfat. nu. 39.

Compatrem, patresque ac filios naturales re-
ceptans, mitius puniendus, cum ad id affe-
ctione ducatur. cau. xxj. nu. 12. 74.

Compatres non sunt testes omni exceptione
maiores. cau. xxj. nu. 8. 73.

Compos mentis non est is, quem dolor ira oc-
cupat. cau. j. nu. 20. 7.

Compulsus, vi metuue, dolo caret. cau. xxxvj.
nume. 3. 154.

Conatus proximus delicto de iure communi
æquè punitur in atrocioribus, ac si delictum
fuisset consummatum. cau. xxxvij. nu. 1. 156.

Conatus, quado puniatur perinde ac effectus.
cau. xxxvij. nu. 6. 158.

Conatus punitur in crimine læsa maiestatis &
patria. cau. xxxvij. nu. 10. 162.

Conclusio in causa, & renuntiatio productio-
nis testium, æquiparantur. causa. liij. nume-
ro. 118. 265.

Condemnari an quis possit ex inquisitione ge-
nerali. cau. liij. nu. 3. 285.

Condemnatus læsa maiestatis auditur appel-
lans. cau. xlix. nu. 22. 215.

Conditio de non nubendo, nihil refert an mihi
vel amicis coniunctis adscribatur, modo illo-
rum causa abstineam à nuptijs. causa. liij. nu-
mero. 67. 248.

Confitens timore probationis, aut tormento-
rum pro conuicto habetur, nihilque ab eo
differt, quo ad pœnae impositionem. causa.
xxx. nu. 9. 113. 123.

Cc 2 Confitēti



I N D E X.

Confitenti vltro seque ipsum deferenti plerumque varcitur. cau. xxx. nu. 2. 121.	Clerici confanguineum vulnerans, æquè est excommunicatus, ac si clericum ipsum vulnerasset. cau. l. j. num. 74. 250.
Confessio delicti veniam meretur. causa. xxx. nume. 3. ibidem.	Clytie zelotypiæ stimulis exagitata leucothoe concubitum Orchamo patri eius enuntiat. cau. j. nu. 4. 3.
Confessio iudicialis calore iracundiæ facta nõ valet. cau. j. nu. 25. 9.	Consilia ingeniaq; multorum plurimum possunt. cau. l. j. nu. 64. 247.
Confessus spontè, quo casu mitius puniatur, quam conuictus. cau. xxx. nu. 19. 125.	Consilia amicorũ in nostris negotijs quærèda. cau. xxij. nu. 76. 96.
Confessus sponte & non timore probationis quis dicatur. cau. xxx. nu. 10. 123.	Consors criminis, alioquin nõ idoneus, admittitur in testimonium, propter facinoris grauitatem. cau. xlix. nu. 24. 215.
Cõsanguinitatis & amicitia herculeus nodus. cau. l. j. nu. 82. 253.	Consultor an & quando teneatur iurare se rectè consulturum. cau. l. j. nu. 134. 215.
Confanguinei nostri, sunt quodammodo pars corporis nostri. cau. l. j. nu. 80. 252.	Confcius criminis, id ipsum non reuelans, tenetur. cau. xliij. nu. 21. 183.
Confanguinci an & quando testes idonei, Alano. cau. l. j. nu. 90. 256.	Constitutio, quæ aliàs strictè est interpretanda, tum demum comprehendit casum fictum, quando casus verus, & casus fictus æquiparantur à lege antiqua. causa. xij. numero 26. pag. 56.
Confanguineorum causam eandem esse cum nostra. cau. l. j. nu. 75. 251.	Cõsuetudo an à pœna gehennali excuset. cau. xlij. nu. 4. & 5. 168.
Exemplis discursum illustratur. ibidem. nume. 76. 77. ibid.	Consuetudo publica vno & omnium consensu induceta, & iam diu obseruata, excusat. cau. xlij. nu. 15. 172.
Confanguineos clerici offendens, æquè punitur ac si clericum ipsum offendisset. causa. l. j. num. 67. 248.	Limit. ibidem.
Consiliũ nobilissimi & celeberrimi doctoris an excuset victum ab expẽlis. cau. l. j. nu. 108. 262.	Consuetudo excusat à dolo & pœna falsi. cau. xlij. nu. 10. 170.
Et an etiam id possit partis integritas. ibid. nu. 109. 110. 111. 263.	Consuetudo contra ius diuinum non obseruanda. cau. xxxviiij. nu. 2. 160.
Citatione facta per nuntium, an & quando præsumatur iudicis commissio præcessisse. causa l. j. num. 52. 243.	Consuetudo super iuramento non obseruando, excusat à pœna temporali perituri, non à diuina. cau. xlij. nu. 2. 167.
Citatione facta contra ius commune, causa ex primi debet. in Præfatio. nu. 59.	Consuetudo quãdo non excusat à peccato, facit vt lenius peccemus. cau. xlij. nu. 6. 169.
Citharædi non omnes, qui citharam habent. cau. l. j. nu. 6. 227.	Consuetudo etiam improba, excusat à pœna. cau. xlij. nu. 1. 167.
Cui nouello ignoranter quid facienti contra statuta ciuitatis, ignoscendũ. cau. x. nu. 2. 36.	Consuetudo licitum facit quod aliàs est illicitũ. cau. xlij. nu. 10. 170.
Ciuitas talis est, quales fuerint summi ciuitatis viri. cau. l. j. nu. 97. 259.	Consuetudo excusetne à peccato in prohibitis à iure positio. cau. xlij. nu. 7. 169.
Ciuitas potest ius aut rem alterius, idq; ex causa auferre. in Præfatio. nu. 39.	Consuetudo cuiuscq; priuata, delictum auget. cau. xlij. nu. 14. 174.
Clam fieri quãdo quid dicatur. cau. xj. n. 14. 43.	Consuetudo veniale peccatum, facit mortale. cau. xlij. nu. 4. 168.
Clam facere dicitur, qui se opus facturum non denũtiat amicis, his absentibus, quibus erat denuntiandum. cau. xxij. nu. 71. 96.	Consuetudo multum momenti & viriũ habet tum ad deprauandos, tum ad corrigendos hominum mores. cau. l. j. nu. 99. 260.
Cleonis Reip. administrationes suscipiẽtis apophtegm. cau. l. j. nu. 81. 253.	Consuetudo an excuset à pœna in his, quæ suaptæ natura sunt mala. cau. xlij. numero. 2. pag. 171.
Clericus punitur à seculari, propter sceleris grauitatem. cau. xlix. nu. 28. 216.	Consuetudo potestatem habet in sanguinem hominis
Clericus effectus, aut religionẽ ingressus post commissum delictum, an pœnam effugiat. cau. sa. xxv. nu. 8. 108.	
Clericus degradatur, & curia seculari traditur in enormibus delictis. causa. xlix. numero. 36. & 37. 217.	

I N D E X.

hominis. in Præfatio. nu. 6.	Crimen quando dignitate augeatur: & quot quibusve de causis. causa. xxxj. numero. 19. 20. pag. 135.
Consuetum in arbitrarijs pœnis certum est. in Præfatio. nu. 5.	Crimen sponte & non conuictus confitens, mitius puniendus. causa. xxx. numero. 1. pagina. 121.
Continentia principum ciuitas emendatur & corrigitur. cau. xxxj. nu. 39. 141.	Crimen negantibus, conuictis tamen, vix venia conceditur. cau. xxx. nu. 4. 122.
Contractus qui publicè fieri solet & communiter æstimatur esse licitus, sapit tamen vsurariam prauitatem, non est propterea vsurarius. cau. xlij. num. 8. 169.	Crimen attentatum regulariter mitius punitur quàm consummatum. causa. xl. numero. 1. pag. 164.
Contractus iracundiæ calore factus, non tenetur. cau. j. nu. 24. 8.	Criminis inhumanitas furiosum supplicio non liberat. cau. iij. nu. 6. 15.
Contrarior eadem disciplina est. cau. xliij. nume. 58. 194.	Crimina in committendo & omittendo esse æqualia. cau. xliij. nu. 6. 179.
Corpus suspensi traditur feris deuorandum in delictis immanibus. cau. xlix. nu. 42. 218.	Crimina tanto sunt grauiora quanto diutius infelicem animam detinent alligatam. cau. xxix. nu. 3. 118.
Contumacia facit vt non mitius agatur cum nobili delinquente, quàm cum plebeio. cau. xxxj. nu. 33. 140.	Criminum inquisitio licet non concedatur, nisi præcedente infamia; tamen si quis denuntiatur à persona fidedigna, & superior famam vel infamiam ignoret, poterit super illis inquisitionem committere. causa. l. j. numero. 103. 261.
Contumacia delictum est. cau. xlij. nu. 6. 175.	Culpa leuissima, quæ in faciendo consistit, & si veniat in actionem legis Aquilæ: secus tamen in omittendo. causa. xliij. nu. 1. 187.
Contumax vt verus quis dicatur, quid requiratur. cau. xxij. nu. 69. 95.	Culpa facile abstergitur, quam mater boni operis pietas comitatur. causa. xxiiij. numero. 1. 104.
Conuictus, siue cõdemnatus, potest officium, quod antè habebat, exercere ex rescripto principis. cau. lviiij. nu. 7. 292.	Culpa lata quando æquiparetur dolo. causa. xliij. nu. 6. & 7. 59.
Conuictus ex præsumptione tantum, mitius puniendus est, quàm conuictus ex veris & indubitatis probationibus. causa. xxx. numero. 18. 125.	Culpa leuissima in faciendo commissa, æquiparatur & leui & lata in negligendo. causa. xliij. nu. 32. 187.
Crates Thebanus negabat homines quempiã inueniri posse; qui non aliqua in parte laberetur. cau. xliij. nu. 64. 197.	Culpa non intelligitur, quam consuetudo admittit. cau. xlij. nu. 9. 169.
Credendum non est temere. cau. l. j. nu. 26. 234.	Culpa leuis in faciendo, punitur criminaliter, non ea in omittendo. causa. xliij. numero. 33. pagina. 187.
Et quomodo id accipiendum. ibid. nu. 27.	Culpam capitaliter puniri. causa. xliij. numero. 5. 58.
Credulitas nimia non sufficit, vbirequiritur dulus. cau. xliij. nu. 5. 175.	Cunctator natura, & cui cauta potius consilia, quàm prospera ex casu placerent. causa. l. j. nume. 11. 284.
Credulitas deceptionum mater. causa. l. j. numero. 26. 234.	Curator an admittatur, cum pœna corporalis venit imponenda. causa. iij. nu. 2. 14.
Credulitas quælibet etiam fatua excusat à dolo & pœna. cau. xliij. nu. 5. 175.	Curfus virtutis quàm ætatis celerior. causa. l. j. nume. 151. 276.
Credulus nimium non dicitur, qui credit homini fidedigno. causa. l. j. nume. 29. 30. & 31. pag. 236. 237.	Castri custosexcusatur, si quenquam ad custodiam castri substituit, virum alioqui integræ æstimationis, qui tamen illud hostibus tradidit. cau. l. j. nu. 57. 244.
Croesus Lydorum rex Adræsto, qui imprudens Atydem filium occiderat, pepercit. causa. xij. nu. 1. 47.	
Crimen proprium confitentem neminem esse super aliena conscientia scrutandum. Fallit, propter immanitatem sceleris. cau. xlix. nu. 24. 215.	
Crimen morte delinquentis nõ tollitur in enormibus. cau. xlix. nu. 43. 218.	
Crimen suum qui autoritate nititur defendere, seuerius plectendus est. causa. xlvij. numero. 7. 204.	

I N D E X.

D.

- D** A M N A, vt furta, præsumuntur data & illata à vicinis. causa. l. j. numero. 59. 245.
- Damnum datum in agro, præsumitur datum potiùs à vicinis, quàm ab alijs. cau. 23. nu. 10. 103.
- Damnum quod furiosus dedit, qualiter estimandum. cau. ij. nu. 2. & 5. 11.
- Darij vxor, Intaphernis, fratrem præfert & viro & filijs. cau. xxij. nu. 7. 78.
- Darius Sandozem cruci affixum, ob beneficia in domum regiarn collata, soluit. causa. xlix. numero. 7. 210.
- David in adolescentia vnctus in regem est. causa. l. j. nu. 152. 276.
- Dauus Terentianus cur se crucem meritum cõfessus sit. cau. xxx. nu. 7. 122.
- Debitor liberatur, qui per nuntium probum, mittit ad creditorem pecuniam. causa. l. j. numero. 58. 245.
- Decalogi illud, non occides. explicatur. causa. xliij. nu. 7. 179.
- Decimatio, Rom. militum pœna. causa. xlvij. numero. 4. 203.
- Decima ex debito soluuntur, & qui eas dare nolunt, res alienas inuadunt. causa. xliij. numero. 11. 181.
- Decius audax & confidentis ingenij. causa. l. j. numero. 62. 246.
- Decurio in crimine falsi quæstioni subijcitur. cau. 31. nu. 23. 136.
- Decurio si deliquerit in officio, torqueri potest. cau. lvij. nu. 4. 291.
- Defensionem pupilli amicos non omisso verisimile est. cau. xxij. nu. 69. 95.
- Deliberatio in iuramento requiritur. causa. j. num. 26. 9.
- Demonax Philosophus Eleufina sacra cur detestabatur. cau. xj. nu. 3. 43.
- Demosthenes Ciceroni perfectus satis non videtur. cau. xliij. nu. 64. 197.
- Delinquendi occasio præcidenda. causa. xxv. num. 5. 107.
- Delinquens, salutem cuiusque hominis tutando, leuius puniendus: at multo etiam mitius, qui quippiam admiserit, causa cõsanguineorum, amicorum, aut vicinorum. causa. xxiiij. num. 4. 105.
- Delinquens si statim pœniteat, omniaque in pristinum statum reponat, mitius accipiendus est. cau. 60. nu. 1. 294.
- Delinquens, ex pœna fit emendatior atque correctior. cau. xxix. nu. 6. 119.
- Delinquens, si perpetrato crimine pœniteat, fiatque bonus, puniri non debet. cau. xxviiij. num. 1. 115.
- Delinquens ignoranter rusticitate, aut simplicitate, mitius puniendus, cum minus peccet. cau. xj. nu. 1. & 2. 39.
- Delinquens potest propter insignem aliquod artificium, vel robur, impunitus dimitti, consulto tamen antè Principe. causa. l. numero. 1. pagina. 219.
- Excipelatronem manifestum, seditiosum, factiosum, & id genus sceleratum. ibidem numero. 2. 17.
- Delinquens præ nimio ardentiorique amore, leuius puniendus, & quare. causa. iij. numero. 3. pag. 17.
- Delinquens quando non potest puniri, qui & innocens puniatur, tum cum delinquentem mitius agendum. causa. lix. numero. 1. pagina. 293.
- Delinquens, ira aut dolore commotus, leuius puniendus est. cau. j. nu. 1. 2.
- Delinquens, si propter ætatem teneram aut mitius, aut nullo modo punitus est, factus maior, an possit amplius de ipso delicto puniri causa. vij. nu. 8. 30.
- Delinquens palàm cur grauius punitur. causa. xliij. nu. 53. 192.
- Delinquens si fuerit in lata culpa mitius puniendus est, modo dolus absit. causa. 14. numero. 1. 58.
- Delinquentes plerunque priuatum quempiam lædunt, semper vero Rempub. causa. xxv. numero. 3. 107.
- Delinquentes vi metue compulsi, leuius puniendi. cau. xxxvj. nu. 1. 153.
- Delictum attentans tantum ex consuetudine mitius punitur. cau. xxxviiij. nu. 1. 159.
- Delictum commissionis quando quis admittit, monitio non requiritur. causa. xliij. numero. 47. 196.
- Delictum attentatum quando puniatur æquè ac perfectum. cau. xxxviiij. nu. 10. 162.
- Delictum eo grauius est, quò maius est, & in plures redundat. cau. l. j. nu. 69. 249.
- Delictum commissum ratione officij vel administrationis quando alleuiatur. causa. lvij. numero. 1. 290.
- Delictum attentatum quòd pro consummato habeatur, ex fictione est & præter rerum naturam. causa. xxxvij. numero. 2. pagina. 156.
- Delictum qui attentauit, nec tamen perfecit, mitiori

I N D E X

- mitiori plena punietur. causa. xxxvij. numero. 1. ibidem
- Delictum ex quadam pietate commissum, facilius expiatur. causa. xxiiij. numero secundo. 105.
- Delictum eorum, qui casu aut imprudentia, siue etiam facti ignorantia, non de industria aut dolose quicquam admiserunt, aut non punitur, aut certè leuius. causa. xiiij. numero. 1. 2. & 11. 48. 52.
- Delictum non desinit esse delictum solo temporis cursu. causa. xxix. numero. 4. 119.
- Delictum eorum qui cognatos aut affines apud se conseruant, non par est eorum, qui nihil ad se pertinentes latrones recipiunt. causa. xx. numero. 1. 65.
- Delictum si quis fateatur, qualitatem tamen eius neget, nihilo mitius accipiendus est causa. xxx. numero. 17. 125.
- Delictum mitius punitur ob tenellam & florescentem ætatem. Et ad hoc tenetur iudex, etiam si non fuerit petitum. causa septima. num. 1. 2. 27.
- Delictum negligens aut non prohibens perpetrare, an & quando puniatur. causa. xliij. numero. 66. 197.
- Delictum nocentis impunitum relinqui fatius est, quàm innocentem damnare. causa lix. numero. 2. 293.
- Delicti confessio multum ponderis habet ad sedendam iram. causa. xxx. numero. 7. 122.
- Delicti grauitas facit, vt priuato liceat, sine mandato iudicis, aliquem capere. causa. xlix. numero. 33. 216.
- Delicti grauitas facit, vt liceat alteri alterum è medio tollere causa. xlix. numero. 3. ibidem. 231.
- Delicta admissa præ ira aut dolore, leuius plectenda. cau. j. numero. 22. 8.
- Delicta ferè puniuntur secundum statuta, & non secundum ius commune. causa. xxxviiij. numero. 11. 162.
- Delicta eorum, qui aliàs moribus & vitæ integritate summa claruerunt, mitius accipienda sunt causa. l. j. numero. 1. 16. 23. 49. 51. 52. 56. 57 & 162. 224. & sequen.
- Delicta fermè omnia per totam Italiam secundum statuta puniuntur. causa. trigesima septima. numero. 3. 156.
- Delictis non voluntarijs refugium fuisse aras apud Græcos. cau. xiiij. numero. 7. 49.
- Deprecatio, quid. Et quando eis sit locus. cau. xlix. numero. 3. & 11. 209.
- & causa. l. j. numero. 24. 231.
- Deus O. M. in prouincijs mandandis, ætatis rationem non habuit, sed prudentiæ & sanctimoniam. causa. quinquagesima prima. numero. 152. 276.
- Deus non vult nisi militem voluntarium. causa. j. numero. 27. 9.
- Deus an iterum peccantibus ignoscat. causa. x. numero. 7. 38.
- Deum diligentibus omnia cooperatur in bonum. causa. l. j. numero. 22. 232.
- Deuotio, probitas & honestas suppleunt, tempus atque ætatem. cau. l. j. numero. 150. 275.
- Dido, quàm lento pede descuerit à virtutis habitu, miris modis prius oppugnata, quàm victa causa. l. j. numero. 2. 219.
- Dies veritatem aperit. causa. l. j. nu. 158. 278.
- Dies vnus non facit ver. causa. quinquagesima prima. num. 160. 265. 179.
- Dignitas natales, & maiorum nobilitas delictum minuunt. cau. xxxj. numero. 1. 127.
- Diogenes Cynici apophthegma. causa. xxiiij. numero. 5. 101.
- Diogenes iocus in morte. causa. quinta. numero. 4. 20.
- Dionysius tyrannus temulentum, de se multa acerbè contumeliosè effluentem, dimittit, cau. vj. numero. 6. 25.
- Discedendum non est propter meritum à cõmunis iuris dispositione. cau. l. j. nu. 8. & 10. 228.
- Dispensatur facillè cum probis viris. causa. l. j. numero. 150. 275.
- Dispositio iuris cõmunis nunquam deserenda ob vitæ meritum. cau. l. j. nu. 8. 228.
- Disimulatio magna, obscuriq; recessus in animis mortalium. cau. l. j. nu. 4. 226.
- Disimulatio nulla multo tempore latet. cau. l. j. numero. 17. 231.
- Diuisimus apud Scythas quis. causa. xxii. numero. 82. 97.
- Diues aliquis mandat mihi, vt Titium occidam qui alias me occisurus erat, an pœna homicidij excusari debeo. causa. xxxvj. numero. 2. & 5. 153.
- Diuitiæ excusant à satisfatione. cau. l. j. nu. 39. 240.
- Diuturnitas tēporis nō minuit peccatū, sed auget. cau. xxix. nu. 3. 116.
- Doctorem notabile cõsiliū, an & quādo excuset victum ab expensis. cau. l. j. nu. 108. 262.
- Dolabella procōsul mulierē veneficij reā, cõfiteatq; ad Areopagitas remittit. cau. j. n. 17. 7.
- Dolor frænos vix capit. cau. l. j. nu. 22. 8.
- Dolor delictum minuit. Et super hoc exempla historiæ Romanæ. cau. j. nu. 16. & 17. 6.
- Dolor an sit legitima excusatio admissi sceleris. cau. j. nu. 4. 3.

Cc 4 Doloris

I N D E X.

Doloris affectui imperare difficilimum. causa. j. nume. 23. 8.
 Dolorem iustum temperare, difficilimum est. cau. j. num. 3. 2.
 Dolosus q̄ teneatur ad damna & interesse, quo modo sit accipiendū. cau. xl. iij. nu. 28. 186.
 Dolus commissus in faciendo, facit quem teneri de casu. cau. xliij. nu. 30. 187.
 Dolus ubi requiritur, non sufficit nimia creditas. cau. xliij. nu. 5. 175.
 Dolus in genere sufficit in delictis. causa. xliij. nume. 3. 58.
 Dolus in quibus præsumatur. causa. x. numero. 6. 38.
 Dolo malo sese inebriās, si quod in ipsa ebrietate facinus patrauerit, poena dign⁹ est. cau. vj. nume. 10. 26.
 Dominus mandans seruo, vt nūquam redeat domum, quin resciscat aliquid de huiusmodi negotio, & ille hominem occidat, an sit capitaliter puniendus. causa. xxvij. numero 8. 114.
 Dominus an & quando non teneatur pro delicto famuli vel discipuli. causa. lj. nu. 58. 245.
 Domitianus scribas quaestorios negotiantes, venia in præteritum donauit. causa. xlij. numero. 3. 168.
 Domitianus incesta Vestalium à patre Vespasiano Titoq; fratre neglecta, variè coercet. cau. xxix. nu. 1. 118.
 Domitianus eos qui ante quinquennium proximū apud arariū pependissent, vniuersos discrimine liberauit. cau. xxix. nume. 7. 120.
 Donatio & liberalitas præsumitur ratione amicitie. cau. xxij. nu. 58. 94.
 Donatum filio ab amico patris, videtur donatum patris contemplatione: & illi quaeritur. causa. xxij. nu. 64. 95.
 Dormiens & mortuo, & somnus morti æquiparatur. cau. v. nu. 2. 19.
 Dormiens nullius est omnino pretii, non magis quàm si non viueret. causa quinta. numero. 3. 18.
 Dormiens si quid facit, quod etiam habeat delicti speciem non puniendus. causa quinta. nume. j. 18.
 Dormiens & furiosus æquiparatur. causa. v. numero. 1. ibidem.
 Dormientibus si quid contingat, an vitio aut culpæ adscribendum. Et quomodo id accipiendum. cau. v. nu. 9. & 10. 22.
 In dubiis ratione officij, ubi delictum apertū est, grauior poena incumbit. causa. lvij. numero. 9. 292.

Duobus se inuicem vulnerantibus, an aliqua poena infligenda sit. causa. lxij. nu. 1. 295.
 Dux cuiusmodi fuerit, vt plurimum subditos fieri necesse est. causa. lij. nume. 97. 259.

E



E BRIETAS, voluntaria infania est Senecæ. causa sexta. numero. 2. 24.
 Ebrietas ubi est, ibi libido dominatur & furor. causa sexta. numero. 1. 24.
 Ebrietas in qualitate crimen eleuat, Quintiliano, causa sexta. nume. 4. 24.
 Ebrus si contrahat, irritus est contractus, causa sexta. nume. 8. 25.
 Ebrus edicto Imperatoris liberatus est si quid de se malè vel petulanter loqueretur. causa. vj. numero. 5. 25.
 Ebrus ab infano & furioso non longè distat. causa. vj. numero. 1. 24.
 Et causa. vj. numero. 8. 25.
 Ebrus ex ebrietate potius, quàm ex industria et studio peccat, causa sexta. numero. 3. 24.
 Ebrus si crimen commiserit, benignius plectendus est. causa. vj. numer. i. ibidem.
 Ebrus duplici poena esse afficiendos. Et cur ita. cau. vj. nu. 9. & 10. 26.
 Ecclesia iustè condemnatos pro furtis & delictis non defendit. causa. xxv. nume. 3. 107.
 Ecclesia plures poenas imponit vni delicto, quando delicti grauitas adest. causa. xlix. numero. 38. 217.
 Electio facta calore iracundiæ, irrita. causa. j. nume. 28. 16.
 Electio consultantis ingenium ostendit. causa. lij. nume. 10. 268.
 Electus ad aliquem dignitatis gradum virtutis nomine electus præsumitur, cæterisq; præstare. cau. lj. nume. 94. 257.
 Emens ab alio, tanquàm testamenti executore, aut aliàs nomine alieno, præsumitur temerè & mala fide emisse, nisi probet illum vendentem fuisse executorem. quòd si dicat se audiuisse à viris fidedignis illum esse executorem, præsumitur bona fide emisse. causa. lj. nume. 28. 235.
 Epaminondas Stesimbrotum' filium interim iubet, quòd contra paternum præceptum cum hoste, feliciter tamen, dimicasset. cau. lij. nu. 4. 267.
 Episcopus potest ex iusta causa condere statuta in præiudicium iurium aliorum prælatorum,

I N D E X.

torum, vel ecclesiarum subditarum absentium. in præfat. nume. 51.
 Episcopus ex causa poenitentiam à Papa in dictam immutare potest. in Præfatio. numero. 26.
 Episcopus tametsi alioquin bonus præsumitur recusetur in causa famuli cau. quinquagesima prima. numer. 61. 246.
 Episcopus potest ex causa dispensare contra canones concilij. in Præfatione, nume. 31.
 Episcopus potest ex magna & euidenti causa statuere contra ius commune. in Præfatione num. 32.
 Episcopi, alioqui sancti, cæci sunt in suos nepotes. causa. lj. nume. 83. 254.
 Episcopi & literarum cognitione, & morum integritate pollere debent. causa. lj. numero. 149. 275.
 Episcopo imputatur, qui indignum promouet ad præsentationem & relationem examinatorum. fallit. causa. lj. nume. 56. 244.
 Enormitas delicti facit, vt non concedenda concedantur. causa quadragesimanona. numero. 20. 214.
 Error implicati & intricati iuris probabilis est, non secus ac error facti. causa vndecima nume. 6. 40.
 Error meritis condonatur, causa. xlix. numero. 6. 210.
 Error iustus est, credere fidedignis. causa. lj. nume. 30. 226.
 Error expressus vitiat, non tacitus. causa. xliij. nume. 52. 192.
 Eua cur grauius peccarit, in trāsgressione præcepti diuini, quàm Adam. causa. xxxii. numero. 86. 98.
 Euentus siue exitus rerum prosper, criminis poenam tollit. causa. lii. numer. 1. 266.
 Limita. nume. 7. 267.
 Erubescimus sine lege loqui. causa. lj. numero. 86. 254.
 Eruli, Danubi accolæ, vxores, quæ statim post mariti funus, seipsas non strangulabant laqueo perpetuè ignominie nota inurebant. causa. xxxj. nume. 6. 129.
 Eurydice laqueum sibi delegit. causa. xxxj. numero. 6. ibidem.
 Exceptio excusationis locum non habet in curia mercatorum. causa. li. numero. 141. 273.
 Exceptione viginti annorum tollitur querela eius qui à familia occisus est, antequàm mortem eius vlcisceretur. causa. vigesimano na. nume. 2. 118.

Limita. nume. 7. 20.
 Excommunicandus excommunicari non debet, si scandalum timeatur. causa. xlvj. numero. 1. 201.
 Executio sententiæ propter magnitudinem sceleris non suspenditur. causa. xlix. numero. 21. 214.
 Excusatio de apicibus iuris est. causa. lj. numero. 141. 273.
 Exodi locus capit. 21. explicatur. causa. xxxvij. nume. 3. 160.
 Experienti primū, & delinquenti parcendum. Et quid, si iterum eò relabatur. causa. x. nume. 3. 4. 37.
 Expressio inepta an minus vitiet quàm omisio. causa. xliij. numero. 3. 52. & 63. pagina. 179. 192. 196.

F



F ABRICIANVS Senatus decreto liberatus est, cum etiam matrem eiusque adulterū occidisset. causa prima, nume. 18. 7.
 Facere videtur is, qui patitur id quod prohibere potest. causa. xliij. numero. 13. & 69. pag. 181. 198.
 Facinus iteratum non oportet esse impunitū. cau. 10. nume. 5. 37.
 Factum dolosè & ex animo, non proprie dicitur, quod per iram delinquitur. causa prima. nume. 1. 2.
 Factum ignorantia probabili quod puniatur nullus à Principe inferior, facere potest. causa. xj. num. 4. 40.
 Factum in obscuro ex affectione cuiusque interpretationem capit. causa. vigesima secunda num. 59. 94.
 Factum furiosi vt sit accipiendum. causa. secunda. nume. 20. & 5.
 Et vt plurimi se furiosos simularint. eadem causa. nume. 4. 11.
 Falsarius lege xij. Tab. è saxo Tarpeio deiecebatur, cau. xxxj. nume. 24. 137.
 Falsitas, proditioni, affinis. causa. xxxj. numero. 23. 136.
 Falsum exprimere detestabilius est quàm verum tacere. causa. xliij. nume. 40. 189.
 Falsum non omne punitur vt falsum. cau. xliij. numero. 71. 199.
 Fama propter culpam non admittitur, causa. xliij. nume. 5. 48.
 Fama, fallax est & mendax in vtranque partē, causa.

I N D E X.

causa. xxvij. nume. 4.	112.	& 13.	69
Fama regulariter probationem semiplenam non inducit. causa. xxvij. nume. ibidē.		Flaminis Dialis priuilegium, vt vinctus illius ædes introgressus, solueretur. causa. lv. numero. 4.	272.
Fame ac necessitate urgente qui ob paupertatem peccat, mitius puniendus, causa. xxx. nume. 1.	121.	Flavius scriba Appij ex dolo præmium consequitur. causa. xlix. nu. 1.	208
Fame necare, & gladio vel veneno tollere, paria. Limit. causa. xliij. nume. 8. & 66.	180.	Et causa. liij. num. 1.	
Fames inter necessitates primum locum sibi vendicat, causa. xxxij. nume. 8.	147.	Ficta, omnia & simulata, diu subsistere nõ possunt. causa. lj. num. 17.	231.
Familiares & domestici an & quando ad testificandum admittantur. causa. lj. numero. 93.	257.	Fictio in statutis locum non habet, cau. xxxvij. nume. 2.	156.
Famuli tales habentur, quales sunt domini. causa. lj. nume. 95.	258.	Fœminæ clementius, quàm mares tractandæ. caus. ix. nu. 2.	34.
Fatum & necessitas idem, causa. xxxij. nume. 10. 5.	146.	Frater fratri stipulari an & quando possit. caus. xxij. nume. 21.	83.
Fati necessitas furiosum excusat. causa. secunda. nume. 1.	10.	Frater ex commilitio amicitior factus, si fratri commilitoni quidpiam donauerit, id in peculio castrensi habendum. causa. xxij. nume. 10. 12.	80.
Fato plerumque, non noxæ attribuuntur. quæ ex improviso casu accidunt. causa. xij. numero 3.	48.	Frater fratri in periculis ferè adest. causa. xxij. nume. 9.	79.
Favor libertatis si concurrat ardor amoris liciti, vim clausulæ codicillarishabet. causa. xxij. nume. 27.	86.	Frater, vnde dicatur, & vnde amicus. caus. xxij. nume. 6. & 11.	78.
Favor & vtilitas pupillorum, suadet, vt tutores, aliàs legitimi, satisfiant. causa. lj. nu. 41.	240.	Fratres se inuicem amare, res digna miraculo. cau. xxij. nu. 3.	77.
Felicitas fortuita gloriam virtutis non interrumpit. causa. lj. nu. 11.	284.	Frater testis an fidem faciat. causa. lj. numero. 91.	256.
Fides vt improbis nõ adhibenda, ita bonis credendum, cau. lj. nu. 35.	238.	Fratres sororesq; dulcissimi dicuntur. cau. xxij. nu. 8.	79.
Fides auditis non temerè præstanda. caus. lj. numero. 26.	234.	Crimina ipsa in committendo, & omittendo, esse omnino paria & æqualia. causa. xliij. numero 6.	169.
Filius merè naturalis à legitimo nihil differt, in his, quæ meram naturam tangunt. caus. xx. nume. 12.	269.	Fraudis interpretatio non ex euentu duntaxat sed ex consilio quoque desideratur. causa. liij. num. 11.	
Filius illegitimus amore & natra cõmunis est cau. xx. nu. 12. ibid.	67.	Fronti nulla fides. cau. lj. nu. 4.	
Filius vt non potest vocare in ius patrem aut matrem naturalem, sine venia, ita nec patrem nec matrem spiritualem. causa. xxj. numero 3.	71.	Fructus quarundam arborum, apud Meropas nascentium, mira natura. causa. viij. nu. 5. 33.	
Filius non tenetur alere patrem, qui pugnavit contra patriam. causa. xx. nume. 11.	67.	Furiosus sua culpa factus, vt sit puniendus. causa. ij. nume. 7.	12.
Filij nostris legibus ex parentum meritis remunerantur. causa. xlix. num. 10.	211.	Furiosus mortuo æquiparatur. cau. iij. nu. 3.	14.
Filiorum appellatione, veniunt nepotes, quos testator ob singularem amorem filios nominabat ac tractabat. causa. xxij. numero. 22.	84.	Furiosus quando capite puniatur, ex crimine antefurorem commisso. causa. xlix. numero. 40.	217
Filios optimos vix quispiam magnorum virorum reliquit. caus. lj. nu. 44.	241.	Furiosus loco absentis, & ignorantis habetur. causa. iij. nu. 2.	14.
Filios naturales, & legitimos non differre, quomodo sit accipiendum. causa. xx. nume. 12.		Furiosus pro absente & mortuo habetur. caus. iij. nume. 5.	14.

Furioso

I N D E X.

H

Furioso an parcendum in summa sceleris immanitate. causa. iij. nume. 7.	15.
Furioso, si postmodum ad sanam mentem redierit, an & quæ poena imponenda pro delicto patrato in furore. causa. secūda. numero. 8.	12.
Furiosi olim relinquebantur custodiæ agnatorum & gentilium. causa. secunda. num. 10. 13.	
Furiosi non peccant Theologis, etiam si sua culpa in furorem inciderint. causa. secunda. nu. 3. & 5.	12.
Furiosi etli non puniantur, eo quod furiosi, parentes tamen, aut alij consanguinei, qui id oscitanter neglexerunt puniendi. causa. ij. nu. 10.	13.
Furor erumpens misericordiam nõ habet. causa. j. nu. 20.	7.
Furor superueniens poenam minuit. causa. iij. nu. 1.	13.
Furor non liberat à poena æterna Theologis. caus. iij. nu. 4.	14.
Furore correptus, etiam post patratum facinor, mitius puniendus. caus. iij. nu. 1.	13.
Furore percitus crimen committens, an sit excusandus. causa. secūda. numero primo & sexto.	11. 12.
Furtum non manifestum mitius punitur. caus. lvij. nume. 3.	374.
Furtum non minus committit, qui pauperibus non subuenit, quàm quis aliena furatur. causa. xliij. nume. 9.	180.
Furta à vicinis facta præsumuntur. causa. xxij. nume. 10. 103.	

G



ALLA filios fame enecat. causa. xliij. nu. 8.	180.
Genus mortis informe, est laqueus. cau. xxxj. nu. 3.	128.
Glaucus Lacedæmonius Apollinem consuluit super pecunia apud se deposita. caus. xxvij. nu. 5.	116.
Gorgiæ Leontini, lethalem somnum obrepere sentientis, apoththegma. causa. quinta. nume. 4.	20.
Grades sunt in eodem genere peccati. causa. xliij. nu. 66.	197.
Grades proximus & facilis ab amore spirituali & honesto ad carnalē, & inconcessam venerem. causa. lj. num. 1.	224.
Gravitas delicti facit, vt priuato liceat sine mādato iudicis aliquē capere. cau. xlix. n. 33.	216.



HÆREDITAS, si absentis delata sit, amici efficere possunt vt ei decernatur bonorum possessio. caus. xxij. nu. 80.

Hæres non conficiens inuentarium, an, & quādo non teneatur ultra vires hereditarias. causa. lj. nume. 13. & 14.	229. 230.
Hæresis Cerinthi, Ebionis, & Nazareorum non immeritò damnata. causa. xxxvij. numero. 9.	162.
Heroum filij, noxæ. causa. lj. nume. 43.	241.
Hirundo vna non facit ver. cau. lj. nu. 159.	279.
Homicida à patre captus & ad iudicē ductus, remissius puniendus. causa. xvij. numero. 1. & 2.	63.
Homicida est qui fratrem odit. causa. xliij. numero. 7.	179.
Perituro, qui succurrere potest, si non succurrerit, occidit. causa. xliij. nu. 7. ibid.	
Homicida voluntarius & dolosus nõ habetur, qui prouocantem, & post modum fugientem interemit. caus. j. nu. 8. & 9.	4.
Homicida est iudex qui causa non discussa hominem morti adiudicat. in Præfatio. numero. 15.	
Homicida, quod fecit, semper expectet. causa. j. nume. 10.	5.
Homicidium qui confessus est se fecisse ad sui defensionem, capitaliter nõ est puniendus. cau. xxvij. nu. 7.	113.
Homicidium aut aliud crimen à se aliàs perpetratum, si quis iterum admittat, præsumitur in dubio dolosè & malo animo fecisse. caus. x. nume. 6.	38.
Homicidium non dolo cõmissum an puniatur in foro conscientie. causa. xij. num. 13.	53.
Homicidium irregularitatem semper inducit. cau. xliij. nu. 66.	197.
Homini pbitas & integritas vnde colligatur. causa. lj. nu. 18.	231.
Homini excellentia facit, vt recedatur ab omni iure, omnique statuto. causa. lj. numero. 9.	228.
Limit. nume. 10.	
Homines omnes natura scire desiderant. caus. xj. num. 21.	45.
Homines negotijs, rebusque suis suorumque amicos adhibere constat. causa. xxij. numero. 67.	95.
Homines plerumq; principis vitam æmulantur. caus. lj. nu. 97.	259.

Honor

Honor Vestalibus à Numa Pompilio delatus. cau.lv.nu.3 272.
 Horatius populi Romani iudicio absoluitur, virtutis admiratione potius quam iure caufe xlix.nu.5. 209.
 Hospes quando non teneatur ad res apud se depositas. cau.lj.nu.59. 246.
 Hospitatores de rebus in archis suis repositis tenentur. cau.lj.nu.59. ibidē.
 Hostis publicus & rebellis perdit cognationē & agnationem, sicut ciuitatem. cau.xx. nume.5. 66.
 Hostem inuadere contra mandatum principis an & quando liceat. in præfat. nu.37.
 Hostientis diuini humaniq; iuris fuit peritissimus. cau.lj.du.109. 263.
 Humanitatis & iustitiæ opera. causa.xliij. numero.56. 193.

I

I D O N E V S est, quem virtus probat. cau.lj.nu.42. 240.
 Idonei plerunque nō tam patrimonio quam fide æstimantur. causa.lj.nu.42. ibidē.
 Ignorantia affectata æquiparatur fraudi fictæ, non veræ. cau.xj.nu.24. 46.
 Ignorantia iuris simplicitas vel rusticitas in quibus excuset. cau.xj.nu.24. 46.
 Ignorantia siue iusta, siue iniusta excusat à pœna corporali. cau.xliij. nume.4. 174.
 Ignorantia crassa in delictis, punienda quidem sed non æquē seuerē atque scientia. cau.xliij. nu.29. & 30. pagi. 57.
 Ignorantia iusta & probabilis excusat in delictis. cau.xliij. nu.25. 55.
 Ignorantia affectata minor est, quam scientia, cau.xliij. nu.27. 57.
 Ignorantiam, rusticitatem, & simplicitatem excusare, quomodo sit accipiendum. causa.xj. nume.7.8.9.10.11.12.15. & 24.41. & seq. 54.
 Indifferētia semper in meliorem partem sunt accipienda. cau.xliij. nu.18. 54.
 Indigenti qui denegat, non minus peccat, quā qui habenti subtrahit. cau.xliij. nu.9. 180.
 Limit. nu.67. 198.
 Infantes & furiosi & alij non culpabiles pro aliorum delictis puniuntur propter criminis atrocitatem. cau.xlix. nu.45. 218.
 Infamatus, ob sceleris grauitatem à beneficio suspendi potest, quoad se canonicē purgauerit. cau.xlix. nu.35. 217.
 Infamis infamia iuris, omnino à testimonio repellitur. cau.lj. nu.124. 268.
 Infamia à vili persona iniuria non est, in Præfat. num.17.
 Inferior à Principe potest ex causa alterius ius & rem auferre. in Præfat. nu.40.
 Infirmitas animi malorum mores non excusat. cau.vj. nu.vj. 25.
 Iniuria facta vni de domo, censetur facta toti consanguinitati, & calatæ. cau.lj. numer.68. & 69. 249.
 Iniuria facta Deo, cur grauior sit ea, quæ sit homini. causa.j. nu.13. 6.
 Iniuriam & nobis & cōsanguineis illatam propulsare possumus. cau.lj. nu.66. 248.
 Iniuriam à socio qui non repellit, si potest, tam est in vitio, quam ille qui facit. causa.xliij. numero.13. 181.
 Iniuriarum causa, consanguinei eius qui passus est iniuriam, nihilo magis sunt idonei testes, quam is, qui passus est. causa.lj. nu.70. 249.
 Iniurijs prouocatus, alterū vicissim iniurijs petens, non est puniendus. cau.j. nu.12. 5.
 Iniustum vel prauū quis non committit Aristoteli, qui ira aliæ animi perturbatione aliquid patrat. cau.j. nu.2. 2.
 Innocens nunquam propter tumultum popularem occiditur. cau.xlix. nu.2. & 4. 209.
 Innocentia per gradus certos ab homine discedit. cau.lj. nu.156. 277.
 Inopia liberos multa facere cogit. cau.xxxiij. nu.2. 144.
 Inquisitio criminum non conceditur nisi præcedente infamia. cau.lj. nu.103. 261.
 Inquisitio permittitur liberto contra patronū. cau.liij. nu.3. 285.
 Insignia proditoris, etiam nobilis, delēda. cau.xxxj. nume.21. 135.
 Instigator fide dignus excusat à calumnia. cau.lj. nu.80. 252.
 Instrumentū confectum in longinqua regiōe ab ignoto tabellione, an & quando probet causa.lj. nume.cxv. 264.
 Instrumentum exemplari potest per priuatam eamq; honestam personam, si publica desit. causa.lj. nume.137. 271.
 Instrumenta producta à bono viro, præsumuntur vera. causa.lj. nume.116. 265.
 Intellectus ad cap. si quis insanens. 15. quæst.1. causa.ij. nume.9. 13.
 Intellectus ad cap. nobilissimus. 91. distin. cau.lj. nu.14. 230.
 Intellectus ad cap. penul. de Iudæis. causa.xvj. nume.5. 62.
 Intellectus ad authen. hæc inter liberos. C. de testamen

sta. causa. xx. nu.8. 67.
 Ioannes adolescens in apostolum electus, cum alijs ad prædicandum missus est. causa.lj. numero.252. 276.
 Ioannes Andreas excellentissimus decretorū doctor. causa.j. nu.6. 3.
 Ira furor breuis est. cau.j. nu.20. 7.
 Ira misericordiam nō habet, nec erumpens furor. cau.j. nu.20. 7.
 Iracundia inimica est consilio. cau.j. nu.21. 7.
 Iracundia sæpe innocentes adducit ad crimen. cau.j. nume.1. 2.
 Iracundia percitus, ac prouocatus, si quem percutiat, an teneatur cau.j. nume.5. 3.
 Iracundiæ calore dicta facta, irrita nulliusq; momenti iure consulti sanxerunt, cau.j. numero.24. 8.
 Iratus occidens eum, qui non dedit causam iræ quæ occisorem ad maleficium impulit, an, & quomodo puniendus. causa prima numero.10. 5.
 Isidius templum Romæ euersum ob stuprū Paulinæ. cau.iiij. nume.4. 17.
 Italia statuta, vt damna data à transeuntibus, farciantur à vicinis locorum, Quod & obseruatum à Celtis & Celtiberis. cau. xxij. numero.11. & 12. 104.
 Iubeo, verbum, necessitatis vim habet. causa. xxxij. numero.7. 147.
 Iudæus aut quiuis alius si simulanter vitandæ pœnæ gratia, baptizetur, nō absoluitur. causa. xxv. nu.2. & 5. 106.107.
 Iudex interdum ex omisione & negligentia punitur criminaliter. causa. xliij. nu.2. 179.
 Iudex potest ex causa pœnas à lege vel consuetudine statutas minuere aut remittere, ac etiam augere. in Præfat. nu.16. & 19.
 Iudex qui pœnam remiserit, aut minuerit, bonorum amisione punitur. in præfat. nu.13.
 Item exilio & decem libris auri. ibid. nu.14.
 Iudex, qui contra legem iudicauit, excusatur, ne in syndicatu teneatur si ita erat consuetudo. cau.xlij. nu.10. 170.
 Iudex ex præsumptionibus & indicijs quantumcunque violentis & vrgentibus non procedit ad condemnationem pœnæ corporalis. causa. xxvij. nu.2.10. & 11. 110.114.115.
 Iudex si fuerit oneratus probandi necessitate an & quando reus sponte confitens, mitius puniendus. cau. xxx. nu.12. 124.
 Iudex num dispensare possit cum eo, qui pœnam non capitalem à iure vel consuetudine statutam verisimiliter meritus est. cau. xlv. nume.1. & 2. 220.
 Iudex duplici ratione impeditur, ne reum à pœna à iure statuta, liberet. in præfat. nu.3.
 Iudex iniuste aliquē puniens, tenetur lege Cornelia de sicarijs. in præfat. nu.15.
 Iudex potest remittere multam impositam & bannum propter inopiam condemnati. cau. xxxij. num.5. 143.
 Iudex potest pœnam ordinariam transgredi ex cau. in præfat. nume.17.
 Iudex an possit minuere pœnam ratione amicitia, quæ illi est cum eo qui deliquit. causa. xvj. nu.1. & 2. 61.
 Iudex eos tantū morti adiudicare potest, quos lex aut consuetudo condemnarit. in Præfatione. nu.1.
 Iudex aut quiuis alius à principe non potest recedere à pœna legis vel consuetudinis. in præfatio. nume.8.
 Iudex tenetur etiam iudicare secundum ipsam consuetudinē. in præfat. nu.7.
 Iudex iuramentum deferre potest in causis arduis, si plusquam semiplenè quidpiam probatum fuerit, & persona sit multum honesta. cau.lj. nu.48. 242.
 Iudex cum citationem, aut aliud quoduis prima facie illicitum & iniustū decernit, quod tamen ex aliqua causa iustificari potest, debet eam causam exprimere. in præfatione, numero.55.
 Iudex cum ex causa recedit à iure communi, eam ipsam adscribere debet. in præfatione nume.54.
 Iudex recusari potest si sit compater, siue pater, aut filius spiritualis partis aduersæ. cau. xxj. nu.5. 712.
 Iudex in sua suorumve causa nemo debet esse cau.lj. nu.65. 247.
 Iudex per dolum iudicans punitur ad interesse partis. cau. xliij. nu.60. 195.
 Iudex in quibusdam delictis mitius attentatū delictum, quam perfectum punit. causa. xl. nume.2. 164.
 Iudex dum pœnam imponit, quæ inspicere debet. cau.lj. nu.20. 232.
 Iudex quādo quis possit esse in sua vel suorum causa. cau.lj. nu.60. 245.
 Iudex autoritate propria, pœnam, ob atrocitatem sceleris, augere non potest. cau. xlix. nume.17. 213.
 Iudex grauius delinquit in omittendo quam in committendo causa. xliij. nu.1. 178.
 Iudex antequam decernat bonorum possessionem, vocandi sunt amici pupilli, vt defendant. cau. xxij. nu.69. 95.

Iudex nomine eius, qui pro delinquente intercedit, poenam minuere potest. *caus. xvij. numero. 1.* 62.

Iudex in sententia debet exprimere causam imminutæ aut auctæ poenæ. in *Præfatione. nume. 43.*

Iudex potest imponere poenas leuiore sibi permissas, propter qualitatem iurisdictionis iudicis, qui non habet potestatem imponendi poenas à iure statutas. *cau. liij. nu. 1.* 286

Et an hoc habeat locū in iudice ordinario. ibidem. nu. 3.

Iudex à poena, quam consuetudo introduxit, recedere non debet. in *præfa. nu. 4.*

Iudex, quod homicidam poena manus tantum condemnasset, laqueo strangulatus. in *præfatio. nu. 9.*

Iudex, qui læsam maiestatem non vindicat, tenetur poena læsæ maiestatis. in *præfatio. n. 10.*

Iudex an possit arbitrium extendere, vt scilicet procedat in delictis consummatis, non in attemptatis. *causa. xxxix. nume. 2.* 163.

Iudex delinquens in committendo seuerius punitur quam in omittendo. *caus. xliij. numero. 60.* 195.

Iudex arbitrium reformare debet iuxta iuris regulas. *cau. xxxix. nu. 3.* 164.

Iudex æquè delinquit negligendo facere iustitiam, atque perperam iudicando. *cau. xliij. nu. 62.* 196

Iudex, qui nocentem liberat, infamis efficitur. in *Præfa. num. 12.*

Iudex, qui poenam à iure definitam auxerit, eam pati debet, quam alijs iniuste irrogauit in *præfatio. nu. 15.*

Iudicis mandatum licitum reddit, quod aliàs illicitum erat. *cau. xxxiiij. nu. 4.* 149.

Iudicis assertioni an & quādo standum in causis breuibus. *cau. lj. nu. 143.* 274

Iudicis est considerare cuiusmodi sit rusticus, & quæ qualisve contrarietas in eo inueniatur, ad hoc vt ille excusetur. *causa. xj. numero. 16.* 44.

Iudices si fidem testibus non adhibent, causam eius rei in sententia adscribere debēt. in *præfatio. nume. 65.*

Iudices, quando leges transgredi & poenas ordinarias augere possint. *causa. xlix. numero. 16.* 212.

Iudices non admittentos in sua consanguineorumque causa. *cau. lj. nume. 86.* 254.

Iudices, qui nocentes liberant, æquè peccant atque ipsi rei. in *præfat. nume. 11.*

Iudices graues & sapientes semper in rebus iudicandis, quid vtilitas ciuitatis, quid communis salus, quid Reipub. tempora possint, cogitant. *cau. xlix. nume. 4.* 209.

Iudicium illud integrum est, quod multorum sententijs comprobatur. *causa. lj. nu. 63. 247.*

Iudicia ex euentu rei faciendā non sunt. *cau. lj. num. 11.* 284.

Iurans defendere quenquam contra omnem hominem, se suosque consanguineos excipit. *causa lj. nume. 79.* 252.

Iurans defendere alium contra omnem hominem, non tenetur defendere aduersus suos amicos. *causa. xxij. nume. 47.* 91.

Iuramentum factum calore iracundiæ, non tenet. *cau. j. nume. 26.* 10.

Iuramentum aīoquin necessarium non nunquam remittitur propter vitæ integritatem. *cau. lj. nume. 134.* 271.

Iuramentum de exheredādo filium, censetur illicitum, licet aliquo casu possit esse licitum in *præfatio. nume. 68.*

Iuramentum actori defertur, propter sceleris enormitatem. *cau. xlix. nume. 41.* 218.

Iuramentum calumniæ non excusat ab expensis venientibus ex temeritate, absque dolo & calumnia. *causa. lj. num. 112.* 264.

Iuramentum magistratus non debet intelligi præcisè: sed reducendum est ad æquitatem. in *præfa. nume. 23.*

Iuramentum in supplementum probationis non deferri in causa matrimoniali, an semper verum. *cau. lj. nume. 47.* 251.

Iuramentum personæ honestæ sufficit ad probandum impedimentum. *causa. lj. numero. 146. 274.* 275.

Iuramentum partis cum semiplena probatione, sufficit in delicto commisso in officio. *causa. lvij. nume. 7.*

Ius idem est in suis quod in se. *causa lj. numero. 67.* 248.

Ius gentium circa conuentiones in mercatorum curia obseruandum. *causa. lj. nu. 141. 273.*

Ius cōmune propter scandalum quandoque violatur. *cau. xlvj. nume. 3.* 201.

Iuris error an oīno excuset à dolo. *ca. xj. n. 5. 40.*

Iuris ignorātia excuset à dolo. *cau. xj. nu. 3. ibid.*

Iure cōmuni plerunque ex causa recedimus. in *præfatio. nu. 25.*

Iura pro eodem reputant, auferre & detinere iniuste. *cau. xliij. nume. 11.* 181.

Iurisdictio an & quando iudici propter delictū possit auferri. *cau. xliij. nu. 61.* 196.

Iusturandi forma, quo veteres Romani conceptis etiam verbis in rebus arduis, presertim in fan-

in faciendis foederibus, utebantur. *causa. xij. nume. 4.* 48.

Iustitia quid. *cau. xxiiij. nu. 3.* 105.

Iustum ab iniusto, probum ab improbo, discernere, soli Deo competit. *cau. lj. nu. 7.* 228.

Iustus licet cadat, non perdit nomen iusti. *causa. lj. nu. 21.* 232.

Iustus vt quis sit in conspectu hominum, non tamen in conspectu Dei, fieri potest. *causa. lj. nume. 5.* 227.

L



LABERIVS prodit in scenam, & agit mimos ad preces Cæsaris. *cau. xxxv. nu. 8.* 152.

Lacedæmoniorum legibus pari poena punitur is, qui iniuriam alteri illatam si potest, non propulsat, atque is qui infert. *cau. xliij. nu. 14.* 182.

Laconis cuiusdam, in eum qui se inuitum peccasse dicebat, apophthegma. *causa. xxxvi. nume. 4.* 154.

Laicus assumi potest in Episcopum, propter personæ integritatem & sanctimoniam. *cau. lj. nu. 148.* 275.

Laicus non potest constitui vicarius Episcopi. *cau. lj. nu. 149.* ibidē.

Laicus in monasterio quando recipiendus. *causa. lj. nu. 158.* 278.

Laqueus nō ignominiosum genus mortis quibusdam populis. *cau. xxxj. nu. 6.* 129.

Laqueus, foedissimus & turpissimus omnium mors Et an ea nobilibus possit infligi. *caus. xxxj. nume. 3.* 128.

Laqueo, qui strangulandi. *cau. xxxj. nu. 5.* 129.

Legatum se Papæ vel principis dicenti, an & quando credatur. *cau. lj. nu. 100.* 260.

Et quid, si dicat se literas legatiōis amisisse. *ibi. nu. 101.* 261.

Legata ex testamento soluta, repetuntur ex noua & inopinata. *cau. in præfa. nu. 52.*

Legata debentur amicis testatoris, licet hereditas non fuerit adita ex testamento. *causa. xxij. nume. 29.* 86.

Legatus dicens se amisisse instrumentum suæ legatiōis, non admittitur ad probandum. *cau. lj. nume. 101.* 261.

Legatus generalis potest se impedire de causa commissa delegato, illique inhibere, ne de ea cognoscat, modo id faciat magna causa motus. in *præfat. nu. 34.*

Legatus de latere potest committere causam cognoscendam summarie, modo id faciat

ex euidenti & necessaria causa. in *præfatione. nume. 35.*

Legiones à quibus decimata. *caus. xlvij. numero. 4. 5.* 203.

Leo grauius in viros quam foeminas sæuit. *causa. ix. nu. 2.* 34.

Leuitas in credendo, leuem denotat mentem. *cau. lj. nume. 26.* 234.

Lex Lombarda nō piectit morte eum, qui per duellum alterum occiderit. *causa. xxvij. numero. 3.* 112.

Lex puniens occupantem rem alterius nō cōprehendit occupantem rem hereditariam, quæ fictè & non verè est alterius. *causa. xliij. nume. 25.* 56.

Lex Platonis de conseruādis domi furiosis. *causa. ij. nume. 10.* 13.

Lex Diui Benedicti in regula monachorū. *cau. viij. nume. 2.* 32.

L. Diuus. ff. de falsis. vt sit accipienda. *cau. xlix. nume. 18.* 214.

Lex Mosayca quot mortis genera statuit. *cau. xxxj. nume. 7.* 130.

Lex Mosayca manum nō animum puniebat. *cau. xliij. nu. 54.* 192.

L. cum acutissimi, an habeat locum in amico summa amicitia iuncto. *causa. xxij. nu. 54. 93.*

Lege Cornelia de sicar. an teneatur is, qui prouocatus in se defendendo modum legitimum excessit, & dedit operam rei illicitæ, *causa. j. numero. 11.* 5.

Leges dicentes poenis afficiendos esse delinquentes, non premijs, quomodo sint accipiendæ. *causa. xlix. nu. 2.* 209.

Leges magnificiunt probitatem, fidem & integritatem vnus hominis. *causa. lj. numero. 119. 120. & 122.* 166.

Leges in formam & librum primum redactæ. *cau. liij. nume. 1.* 281.

Leges prohibentes transigere vel pacisci super criminibus publicis, intelliguntur in his, quæ consistunt in omittendo. *caus. xliij. numero. 27.* 186.

Leges Moyfi à peccato non excusant. *causa. 38. numer. 9.* 162.

Leges etiam transgredi licitum ob sceleris grauitatem & atrocitatem. *causa. xlix. nume. 16. 20. 21. & 26. & 212. 214. 215.*

Leges transgredi an liceat superiore in consulto. *cau. xlix. num. 19.* 214.

Leges nostræ, legumque interpretes bonos, probosque viros quanti fecerint. *causa. lj. numero. 25.* 233.

Lethum informe. *causa. trigesima prima. nu. 2.* 103.

ro.3. 128.
Liber rationum an & quando præsumptionē inducat pro ipso scribente & eius herede. cau. fa. l. j. nume. 104. 261.
Et quidem in scriptura priuata. ibidem. nume. ro. 105. 262.
Liberorum fauore cum delinquente, qui plures filios habet, mitius agendum. caus. xxvj. nume. 1. 108.
Libertas, res inæstimabilis, & omnium gratissima. cau. xlj. nume. 2. 165.
Libertus in seruitutem reuocatur pro leui culpa in faciendo commissa. causa. xliij. nume. ro. 34. 188.
Libertus contra patronum inquisitionem mouere potest. cau. liij. nume. 3. 285.
Libri campforum & mercatorum quando & inter quos faciant semiplenam probationem. cau. li. nu. 105. 261.
Liodæ Oenonis filij dictum celebre. cau. xxxvj. nume. 4. 154.
Literæ sacræ in ordine scripturæ vicinos cognatis anteposunt. cau. xxij. nu. 1. 100.
Locutio mala & inepta plus nocet quam taciturnitas. causa. xliij. num. 63. 196.
Locus saluber non negligendus. causa. secunda. nume. 10. 13.
Loth solus in euitabile Sodomæ & Gomorrhæ incendium effugit. cau. xlvij. nu. 12. 205.
Lucullus Mitylenæos, quod metu à Romanis defecerant, mitiori supplicio affecit. causa. xxxvj. nu. 3. 154.
Lacrum maximum, maturè et bene consultare. cau. liij. nu. 10. 283.
Lupus sub ouis habitu sæpe delitescit. causa. l. j. nume. 4. 226.
Lusitani à Sergio Galba contra interpositam fidem interfecti. cau. xxvj. nume. 2. 109.
Lysander Lacedæmonius multa facinora commisit amicorum causa. cau. xxij. nu. 87. 98

M

MAGICI carnibus suspenforum vtuntur ad suas veneficas artes. cau. xxxj. nu. 8. 130.
Magnitudo sceleris, appellationem tollit. causa. xlix. nu. 21. 214
Magistratus potest conueniri ex delicto in officio commisso. cau. lvij. nu. 6. 292.
Maioritas quælibet, etiam in temporalibus, peccatum agrauat. cau. xxxj. nu. 20. 135.
Maiorum nobilitas & natales delictum minuunt. cau. xxxj. nu. 1. 127.

Malum nullum punicum inuenias, in quo non sit aliquod granum sub putre. cau. xliij. numero. 64. 197.
Malum maius maiori bono opponitur. causa. xliij. nume. 58. 194.
à Malo abstinere non sufficit, nisi fiat quod bonum est. cau. xliij. nu. 57. 194.
Mala non sunt admittenda, vt bona eueniant, cau. liij. nu. 8. 283.
Mala tria quæ æquè nocent, sterilitas, morbus vicinus. cau. xxij. nume. 8. 103.
Malus vt quis semper lateat difficile est. causa. l. j. nu. 17. 231.
Manliana Imperia. cau. liij. nu. 3. 281.
Manlius Torquat⁹ filium è medio tollit, quod cum hoste dimicasset, contra quam præcepisset, causa. liij. nume. 3. 281. 282.
Manlius Capitolinus ob affectatum regnum è saxo Tarpeio præcipitatur, etiam post multa in Rempub. merita. causa. xlix. nn. 14. 212.
Mansio mala est carcer. cau. xlj. nu. 2. 165.
Marcus Aquilius à Romanis iudicio soluitur, quod cum fugitiuis fugitiuus bellum fortiter gesserit, multis alioqui criminibus testimoniisque conuictus. cau. xlix. nu. 4. 209.
M. Cato quid de Albino consule, qui res Romanæ, venia sibi antè linguæ Græcæ imperitiæ petita, Græca oratione composuit, fenserit dixerit vè. cau. xxxvj. nu. 0. 155.
M. Pompilius prætor mulierem quædam, quod dolore accensa, parricidium parricidio vltra esset, nec damnauit, nec absoluit. cau. l. j. numero. 17. 7.
M. Porcius malos vicinos vitandos censet causa. xxij. nu. 7. 102.
Marci Catonis præceptum obseruandum in emptione prædiorum. cau. xxij. numero. 7. ibidem.
M. Druillij Trib. Pleb. edictum. causa. xxix. numero. 1. 118.
M. Claudio clienti poena minuitur, quod in re illicita domini votis obsecundarit. causa. xxxiiij. nume. 6. 149.
Maritus vxorem in adulterio deprehensam confestim interimens, non tenetur lege Cornelia de sica. cau. j. nu. 3. 2.
Maritus si vxorem ægrotatam neglexerit, perinde est, ac si ipsam interemerit. caus. xliij. numero. 12. 181.
Limit. en. me. 68. 198.
Manticæ quid in tergo est, nunquam videmus cau. l. j. nume. 65. 248.
Marsilius Ficinus verè Theologus simul & Philosophus & Medicus celeberrimus. causa. xxxviiij. 211.

fa. xxxviiij. nume. 5. 161.
Mater filio stipulari non potest, nec econuerso. cau. xxij. nu. 21. 83.
Matrem interimens patris vlciscendi causa, humano & diuino iudicio liberatur. causa. j. numero. 19. 7.
Matricidium committit, qui matri egenti nihil alimonie impendit. causa. quadragesima quarta. nu. 6. 179.
Matrimonia libera esse debent. causa. xxij. numero. 48. 92.
Et causa. l. j. nu. 77. 251.
Medicina correctionis compellendi sunt hi, quos exempla domesticæ laudis ad vitæ decora non prouocant, causa. l. j. nu. 98. 260.
Medicina summa, confessio peccati. caus. xxx. nume. 8. 123.
Medicinam non tenet, qui cum multis interemerit, vix tandem vnum à morte liberauit, cau. l. j. nu. 161. 280.
Medicus æquè peccat omittendo medicinas propitias, atque dando non propitias. cau. xliij. numero. 18. 183.
Limit. nume. 73. 199.
Medico soli, alioqui bono viro, dicenti vulneratum mortuum esse ex febre non creditur, cum agatur de magno præiudicio. causa. l. j. nume. 15. 230.
Menocrates Malsiliensis condemnatus, nepotis sui fauore, multa remissa, rei & famæ restituitur. causa. xxvj. nu. 3. 109.
Mens exitu nunquam estimanda. causa. l. j. numero. 11. 284.
Mercator non dicitur ex vno actu negotiationis. cau. l. j. nu. 261. 280.
Mercatoris anima quo ibit. causa. quinquagema prima. nu. 142. 273.
Mercatoris domus, veritatis & æquitatis officina debet esse. causa. quinquagesima prima. nu. 140. 272.
Mercatoris rationum codicibus, cur potius creditur quam aliorum. causa. l. j. nu. 38. 271.
Mercatores ex pacto nudo agunt inter se. cau. l. j. nume. 140. 272.
Mercatores quibus vitijs dediti. causa. l. j. numero. 142. 273.
Mercatores nihil proficiunt, nisi admodum mentiantur. causa. l. j. nu. 142. ibidem.
Mercatores præsumuntur fidei probata. cau. l. j. nume. 140. ibid.
in Mercatorum causis non de apicibus iuris disputandum. causa. l. j. nu. 141. 273.
Merita maiorum, ad posteriores transeunt. cau. xlix. nu. 10. 211.

Merita personæ multum iuuant ad obtinendam dignitatem. cau. l. j. nu. 150. 275.
Meropes qui. caus. viij. nu. 5. 33.
Merops quot & quæ flumina circumfluunt. caus. viij. nu. 5. ibidem.
Metius Suffetius, Albanorum princeps, duabus adnotis quadrigis, ob prodicionem discerptus est. cau. xxxj. nu. 22. 136.
Præchmes Eubœæ Rex victus ab Hercule, pulis equinis alligatus disperitus est. cau. xxxj. nume. 22. ibidem.
Metus quid, & ad quem vsque gradum cognitionis protenditur. cau. l. j. nu. 71. 249.
Metus, qui meis infertur, mihi inferri videtur. cau. l. j. nu. 71. 72. ibidem.
Militi, qui militiam deseruit ad tempus, ob affectionem parentum & affinium, parcitur. cau. xx. nu. 3. 66.
Milites quo genere mortis afficiuntur. causa. xxxj. nume. 5. 129.
Minor xvij. annis, non tenetur de delicto in omittendo. cau. xliij. nu. 45. 190.
Minor omittens facere inuentarium, restituitur in integrum. cau. xliij. nu. 43. 190.
Minoribus parcitur in delictis in omittendo. cau. xliij. nu. 47. 191.
Misericordia, ira, & odio atque amicitia vacare debent, qui de rebus dubiis consultant. cau. l. j. nume. 81. 253.
Misericordiæ quam seueritatis argui satius est. cau. xxxiii. nume. 2. 105.
Mithridates Attilij seruos, quod domino puissent, impunitos dimisit. causa. xxxiiij. numero. 6. 149.
Mitylenæzi cum aliquando ab Atheniensibus defecissent, præcipuos defectionis authores tantum morte multant, ceteros remittunt. cau. xlvij. nu. 9. 208.
Moderamen inculpatæ tutelæ excedere non licet. cau. j. nume. 6. 3.
Monachi si mouent aliquam causam, præsumuntur hoc fecisse bono zelo. causa. l. j. numero. 109. 263.
Monitio in delicto omissionis non requiritur. cau. xliij. nu. 47. 191.
Morè purgatio difficilius admittitur, vbi stipulatio commissa est propter male factum, quã propter non factum. causa. xliij. nu. 50. 191.
Mores & studia dominarum plerumque ex ancillarum & comitantium moribus iudicantur. cau. l. j. nu. 95. 258.
Morum integritas, quod scientiæ & eruditioni detractum est, compensat. causa. l. j. numero. 149. 275.



I N D E X.

Mors, magnus somnus est. causa quinta. numero. 5.	20.	tur, Hierony. causa. xlvij. nu. 12.	205.
Mortuus de iure communi non patitur poenā corporalem. causa. iij. nu. 3.	14.	Multitudo peccantium nihil facit ad minutionem poenā, in religiosis personis. cau. xlvij. nume. 15.	206.
Morsus irritata necessitatis grauissimi. causa. xxxij. nu. 7.	147.	Multitudo facit, vt opem, auxilium, consilium vè præstantes, non eadem poena puniantur ac principalis. cau. xlvij. nu. 3.	203.
Moyfes statuit, vt imprudenter factum, clemētius puniretur. cau. xij. nu. 6.	48.	Multitudo vbi deliquit, quomodo in poenis procedendum. causa. xlvij. nu. 7.	204.
Moyfes propter idolatriæ peccatum. 22. milia hominum occidi præcipit. causa. xlvij. numero. 13.	205.	Multitudo quando punitur, poena corporalis in pecuniariam commutatur. causa. xlvij. numero. 2.	202.
Moyfi præcepta. causa trigesima octaua. numero. 5.	161.	Multitudo delinquentium excusatur à poena temporali, non autem à crimine. causa. xlvij. nume. 11.	205.
Mosayca leges leuius puniunt sponte confitentem, quam conuictum. causa trigesima. numero. 6.	112.	Multitudini religiosorum contra votum aut obseruantiam monachalem facienti nō paritur. causa. xlvij. nu. 14.	206.
Motus leui aut etiam iniusta ratione, si quis quicquam egerit aliàs prohibutum, mitius puniendus est. cau. xliij. nu. 1.	173.	Mutatio vitæ hominum difficilis. causa. l. numero. 156.	277.
Mulcta aut remittenda, aut minuēda propter paupertatem. cau. xxxij. nu. 1.	143.		
Mulcta etiam imposita, propter paupertatem minuitur poena non, nisi ante impositionē causa. xxxij. nu. 4.	143.		
Mulier potest accusare occisorem sui compatri, vt aliàs suorum iniuriam prosequi. cau. xxj. nume. 11.	73.		
Mulier sicut non potest poenam promittere, si non nupserit, sic nec illi quibuscum est mulieri consanguinitas aut magna amicitia. cau. fa. xxxij. nu. 48.	92.		
Mulier vt non potest promittere poenam, si non nupserit, sic nec eius consanguinei. cau. fa. l. nu. 77.	251.		
Mulieri vim passe nihil imputādū. cau. xxxvj. nume. 5.	154.		
Mulieres si quid admiserint, impunitas non cōuenit relinqui. cau. ix. num. 6.	35.		
Mulieres & alij accusare prohibiti, ob sceleris atrocitatem accusare possunt. cau. xlix. numero. 23.	215.		
Mulieres si quid peccent, mitius cum illis est agendum, propter sexum, & consilij imbecillitatem. cau. ix. nu. 1.	34.		
Mulieres cæteris per omnia paribus leuius peccant, quam viri. cau. ix. num. 3.	ibid.		
Mulieres minus rationis habēt, quam viri. cau. ix. num. 5.	35.		
Mundus, equestris militæ dux, quod Paulinam, quam miserè deperibat, in Isidis templo stuprasset, in exilium, pellitur. causa. iij. numero. 4.	17.		
Multitudo peccantium errori non patrocina-			



NATVRA homines mutua quadam cognatione deuinxit. causa. xxij. nu. 3.

Natura quodammodo trahitur ad misericordiam senum & infantium. cau. viij. nume. 2.

Natales & maiorum nobilitas delictū minuit. cau. xxxj. nume. 1.

Necessitas à multis alioqui prohibitis excusat: multa que contra iuris regulas inducit. cau. xxxij. nume. 4.

Necessitas & fatum idem. causa trigesimalertia. nu. 5.

Necessitas, graue imperium & telum. causa. xxxij. nu. 5. & 6.

Eiusdem epitheta, ibidē.

Ferijs caret. ibid. nume. 7.

Necessitas multum valet cōtra iustitiam. cau. xxxij. nume. 5.

Necessitas officij excusat à præsumpta calumnia. causa, quinquagesima octaua numero. 9.

Necessitas magnum pondus ad veniam habet. cau. xxxij. numero.

Necessitas Parcarum mater, pro Dea habitata. causa trigesimalertia. numero quinto. pagin.

Necessitas quod in lege licitum non est, licitum facit. causa trigesimalertia. numero. 3.

Necessitates

I N D E X.

Necessitas soluta est legibus. causa. xxxij. numero. 3.	141.		
Necessitatis ac Violentiæ facellum fuit Corinthi, quod minimè ingrediebatur. cau. xxxij. numero. 5.	146.		
Necessitati ne dij quidem resistunt. cau. xxxij. nume. 6.	146.		
Necessarius necessarium illaqueari non patitur. cau. l. nu. 80.	152.		
Necessitudo pro necessitate. causa. xxxij. numero. 5.	146.		
Negotia bona æquitate decidi debent in curia mercatorum. causa. l. nu. 140.	272.		
Negligentia mortale peccatum est. cau. xliij. num. 62.	196.		
Ne Hercules quidem contra duos. causa. l. numero. 62.	246.		
Negotiator acquirendi auidus, pro damno blaspheemat, pro pretijs rerum mentitur & peierat. cau. l. num. 142.	273.		
Nemo mortalium omnibus horis sapit: nedum Plato. cau. xliij. nu. 64.	197.		
Nemo solus sapit. cau. l. nu. 61.	246.		
Nemo repente fit summus. causa. l. numero. 156. pag.	277.		
Nemo sine vitio. cau. xliij. nu. 64.	197.		
Neptunum improbè accusat, qui iterum naufragium facit. cau. x. nu. 5.	37.		
Neritij improbitas & immanis vecordia. cau. xxxj. nu. 28.	138.		
Nero equites Rom. operas arenæ promittere subigit, ingentibus donis. causa. xxxv. numero. 7.	152.		
Notarius delinquens in omittendo, fiscumq; vel Rempubl. lædens, vt quia dolose omisit scribere solutiones tributorū, manus amputatione punitur. causa. xliij. numero. 35. pagina.	188.		
Nobilitas maiorum delictum minuit. causa. xxxj. num. 1.	127.		
Nobilitatis opus, ingentis molis est, & nō modici pretij, quod nec cuique per facultates emere licet. cau. xxxj. nu. 1.	127.		
Nobilis contēns vel transgrediens principis mādatum, grauius punitur, quam ignobilis. cau. xxxj. nu. 26.	137.		
Nobilis errans in fide grauius puniendus quam ignobilis, aut saltem æquè. causa. xxxj. numero. 25.	137.		
Nobilis inconsulto principe non puniendus. cau. xxxj. nu. 40.	142.		
Nobilis in foro poenitentiali poenis grauioribus punitur quam ignobilis, & quare. causa			

xxxj. nu. 37. & 38.	141.
Nobilis poenam potest redimere magno pretio aut elemosynis. causa trigesima prima. nume. 2.	128.
Nobilis, si mandet pauperi vt delinquat, vel pauperi delinquenti auxilium ferat, eadem poena punietur, qua pauper mādaturus. cau. fa. xxxj. nu. 31.	139.
Nobiles rei criminis non adstringuntur carceribus. cau. 31. nu. 10.	137.
Nobili reo criminis potest assignari pro carcere totum palatium, tota itidem ciuitas, à potestate. causa trigesima prima. numero. 12. & 13.	132.
Limit. nu. 14.	
Nobiles in poenis criminalibus mitius puniuntur, in pecuniarijs magis. causa trigesima prima. nu. 17.	138.
Nobiles non subduntur quæstionibus plebeiorum. cau. xxxj. nu. 15.	137.
Fallit in Gallia. nu. 16.	
Nobiles, nisi enormiter deliquerint, furca suspendi non debent. causa quadragesima nona. nume. 46.	218.
in Notorijs & in alijs casibus, in quibus regulariter appellatio prohibetur, necesse est causam in appellatione à definitiua, inferere in Præfatione, nu. 69.	
Notorium esse aliquid secundum regularem. cursum sufficit: licet aliquo casu accidentali possit excusari. in Præfatione numero. 57. & 58.	
Notarius falsum committens, vt patris honorem tueretur, cur mitius est puniendus. cau. fa. xx. nume. 4.	66.
Notarius si omiserit adponere instrumento locum & tempus, an dolo id fecisse præsumatur, distinguit causa. l. nu. 144.	274.
Notarius, si quidpiam eorum, quæ sibi dictata sunt, dolose omittat, qua poena puniendus. causa. xliij. numero 16.	182.
Notarij vnus integritas, an alterius defectū suppleat. causa l. nume. 125.	268.
Numerus liberorum causam fauorabilem facit. causa. xxvj. nu. 1.	108.
Nullitas non debet proponi, nisi allegata ipsa causa ex defectu iurisdictionis. in Præfatione, nume. 60.	
Numa Pompilij Romanorum Regis Decretū super morte liberi hominis, ex Felto Pompeio. cau. xij. nu. 4.	48.
Nuntius executor siue minister potest ex causa nouiter orta, vel antiqua, nō considerata	



per mandantem, adhibere causa cognitionem & exceptionem aliquam admittere. in Præfat. nu. 36.
 Nuntio delegati citanti aliquem an quis credere debeat, nisi ipse exhibeat literas commisionis. cau. l. j. nu. 102. 261.
 O.
C C A S I O honesta opera perficit. cau. l. j. nu. 11. 229.
 Occasio leuis excusat. causa. xliij. nume. 2. 173.
 Oeconomatum ecclesie episcopi consanguineis, propter fraudis suspicionem committere non debent. causa. l. j. numero. 83. 254.
 Odiosus non est ita tacens verum sicut exprimens falsum. cau. xliij. nu. 41. 189.
 Officialis condemnatus pro maleficio commissio in officio, non potest appellare. cau. lvij. nume. 3. 291.
 Officialis illicitas exactiones non prohibens, æque punitur atq; is, qui eas facit. cau. xliij. nume. 13. 181.
 Omisio in sacris literis intelligitur sub commisione. cau. xliij. nu. 20. 183.
 Officialis non præsumitur esse in culpa, vbi priuatus præsumeretur. cau. 58. nu. 2. 281.
 Officialis rem à fure subtractam recipiens, id bona & laudabili mente facere præsumitur. cau. lvij. num. 2. ibidem.
 Officium non excusat maleficio, sed inducit præsumptionem quòd non sit maleficio. cau. lvij. nu. 9. 292.
 Officium quandoque ob valetudinem suorum deferitur. cau. l. j. num. 78. 252.
 Officij necessitas excusat à præsumpta calunia. cau. lvij. nu. 9. 292.
 Olympias cum Euridice Philippi filie misisset cicutam, laqueum, & ensen vt mortis genus sibi deligeret, laqueum delegit. causa. xxxj. numero. 6. 129.
 Omisio plus vitiat quàm inepta vel erronea expressio. cau. xliij. nu. 3. 179.
 Omisionis poena, cum iudicis relinquatur arbitrio, extraordinaria est, multoque ordinaria seuerior. cau. xliij. nu. 60. 195.
 Opes vbi amici. cau. xxij. nu. 82. 97.
 Orbis ad exemplum regis componitur. causa. xxxj. num. 38. 147.
 Ordinarius meri imperij causas, propter suam & suorum valetudinem delegare potest. cau. l. j. nu. 78. 252.

Ordinatus ad certum ordinaem à multum probato & honesto viro, præsumitur habere alios præcedentes ordines. causa. l. j. numero. 51. & 52. pagina. 243.



P A. C. E. M. duò iniere, promittentes se inuicem non offendere in posterum, adiectaque ad id est poena postea nihilominus se offenderunt: nec constat vter prior coeperit, neuter tenetur de pace rupta. cau. lxij. num. 2. 295.
 Pacifici amicus pro amico non potest lasioni. cau. xxij. num. 18. 82.
 Pactum nudum à stipulatione inter mercatores bonæ fidei, non differt. causa. l. j. numero. 146. pag. 272.
 Pacta, quibus lex aut natura non resistit, seruanda vt lex. cau. l. j. nu. 140. ibidem.
 Panormitanus archiepiscopus studiorum claritate mirabilior quàm dignitate. causa. l. j. nu. 129. pag. 269.
 Papa dispensare potest ex causa in matrimonio contracto per verba de presenti. in Præfat. num. 47.
 Papa potest ex causa dispensare cum monacho & clerico constituto in sacris, vt matrimonium contra hat. in Præfat. nu. 46.
 Papa, princeps, populus non possunt tollere legem superioris. cau. xxxvij. nu. 2. 160.
 Papa potest ex causa dispensare super iuramento & vsuris. in Præfat. nu. 48.
 Papa ex causa potest dispensare contra ius diuinum. in Præfat. nu. 45.
 Papapa in quo sanctitas præsumitur, causam suorum alij committere debet. causa. l. j. numero. 89. 256.
 Papa simoniaci poenam remittit ob singularem quandam dilectionem. cau. l. j. nu. 20. 232.
 Papa potest ex magna causa exercere iurisdictionem gladij temporalis. in Præfatione. nume. 36.
 Papæ & principi rantumne liceat poenam vel minuere, vel remittere, ob amicitiam sibi iunctam cum delinquente. cau. xvj. nu. 3. 61.
 Paria esse aliquid fieri contra legem, & sine lege. cau. l. j. nu. 87. 256.
 Parca necessitatis filia, inexorabiles & ineluctabiles. cau. xxxij. nu. 5. 146.
 Parricida est qui filium naturalem occidit. cau. fa. xx. nu. 12. 68.
 Parij cur Timonem indigenarum deorum ad ministrum

ministrum nulli poenæ addixerunt, cum patriæ capiendæ rationem hostibus detegisset. cau. l. j. num. 1. 281.
 Pars mitior in poenis sequenda est, vbi variae sunt opiniones. cau. iij. nu. 6. 15.
 Pars, etiam post publicationem à iudice factam, si superueniat causa verisimiliter non cogitata, tempore publicationis, potest adhuc producere testes. in præfat. num. 50.
 Pastores mali gregem corrumpunt. causa. l. j. nume. 97. 259.
 Pater spiritualis amandus non secus, quàm carnalis. cau. xxj. nu. 2. 70.
 Patrem spiritualement occidens vt puniatur. cau. xxj. nu. 2. ibidem.
 Pater spiritualis non omnino, repellendus à testimonio ferendo, sed eius fides non est vsquequaque integra. causa. xxj. numero. 8. pagina. 72.
 Pater filiam, quæ in corpus suum peccauerit, si ad bonos mores conuersa poenitentiam egerit, exheredare non potest, nec alimentata, nec dotem negare. causa. xxvij. nume. 2. pagina. 115.
 Pater à filio iudici vt puniatur, oblati, mitius puniendus, & econuerso. causa. xix. nume. 1. pagina. 63.
 Pater filium furiosum exheredare potest, causa ingratitude antefurem commissæ. cau. iij. nu. 5. 14.
 Pater si peccat in administrandis bonis filiorum in omittendo, non eò tollitur illi administratio. causa. xliij. nu. 48. 191.
 Pater spiritualis an sit idoneus testis, in vtraque parte copiosissimè. causa. xxj. nume. 6. & 7. 72.
 Pater vt non repetit quod in causam filij paterno affectu erogat, ita nec alius, qui pater na amicitia quicquam impendit. causa. xxij. nume. 63. 95.
 Patris iussis an semper in omnibus obsequendum. cau. xxxij. nu. 2. 144.
 Patris mei interfectorem, an si poeniteat licitè possim accusare. cau. xxvij. nu. 3. 160.
 Patris & filij non est eadem persona in prudentia atque fide. cau. l. j. nu. 45. 242.
 Patris in filium inhumanitas, qui filium proprium reuinctis intergum manibus, iudicibus plectendum obrudit. causa. xvij. num. 3. pagina. 63.
 Patrem naturalem non potest quis furti actione conuenire, cum reuerentia actionem excludat. cau. xxj. nu. 4. 71.
 Patres spirituales non possunt conueniri, nisi

inquantum facere possunt. causa. xxj. nume. 10. 73.
 Patres spirituales tenentur alere filios suos, quos ex sacro fonte susceperunt. causa. xxj. nume. 9. 73.
 Paulina constuprata à Mundo, idque fraude sacerdotum Isiacorum. causa. iij. nume. 4. pagina. 17.
 Paulus Apostolus adolescens à Domino electus, & ad prædicandum missus. causa. l. j. numero. 152. 276.
 Pauperes possunt denunciare ecclesie illum, qui non dat, vt cogatur dare. causa. xliij. numero. 10. 180.
 Paupertas necessitatis species. causa. xxxij. numero. 4. 145.
 Peccare apertè, leuius est, quàm sanctitatem simulare, in comparatione duorum malorum, ex sententia D. Hieronymi. causa. lvij. numero. 5. 289.
 Peccare in occulto, ad diminutionem peccati facit. Et quid ita. cau. lvij. nu. 3. ibidem.
 Peccans citra dolum, mitius puniendus. causa. xxxvj. nu. 3. 154.
 Peccator publicus magis punitur quam occultus. cau. lvij. nu. 1. 289.
 Peccatores manifestos grauius apud inferos plecti testatur Theopelius. causa. lvij. nume. 5. pag. 289.
 Peccatum occultum an leuius sit quàm publicum, tex. glof. & docto. amplissima in vtraque parte dissertatio. causa. lvij. numero. 6. pagina. 290.
 Peccatum omne à quo dependet. causa. v. numero. 9. 21.
 Peccatum eius, qui nõ facit quod debet, æquat eius delictum, qui facit quod nõ debet. cau. xliij. num. 17. 183.
 Peccatum commissionis an grauius omissionis delicto. causa. xliij. numero. 24. 25. & 29. pag. 184. & seq.
 Peccatum operis grauius est, quàm cordis. causa. xl. num. 4. 164.
 Peccatum esse minus in faciendo, quàm in non faciendo, lason. In quo reprehenditur. cau. xliij. nu. 22. 23. 143. 144.
 Peccatum tantum est graue, quantum à virtute distat. cau. xliij. nu. 23. ibid.
 Peccata mali exempli, grauius punienda. cau. xliij. nu. 53. 192.
 Peccata nobilium in dignitate constitutorum trahuntur in exemplum ab inferioribus. cau. xxxj. num. 38. 141.
 Peccata quanto sunt grauiora, tanto minus transmissa

transmissibilia in hæredes defuncti. cau. xliiij. nume. 26.	145.	numero. 3.	166.
Peccata pro peccato. cau. xxx. nu. 3.	121.	Pœna aut remittitur, aut certâ minuitur propter delinquētis, aut etiam maiorum & proximorum ipsius merita, beneficiaq; in Rem publ. collata. cau. xlix. nu. 1.	208.
Peccata vetera iam oblitterata minimè repetenda. cau. xxix. nu. 1.	118.	Et quomodo id sit accipiendum. 3. & 46. ibidem.	46.
Peccata facta commissa, grauiora, quàm quæ solo animo. cau. xliiij. nu. 54.	192.	Pœna mitior illi imponenda, qui clam quàm qui palàm deliquit. cau. lvij. nu. 1.	289.
Peccata minuuntur propter merita & virtutes. cau. lj. nu. 23.	233.	Pœna scelerum non modò delinquentè ipsum respicit, sed & ceteros omneis. causa. xlvij. nume. 2.	207.
Peccata non rerum euentu, sed vitijs hominũ metienda sunt. cau. lij. nu. 10.	283.	Pœna apud Lacedæmonios, in eum, qui non obiurgasset delinquentem. causa. xliiij. numero. 14.	182.
Perfectio charitatis imperfectum scientiæ supplere potest. cau. lj. nu. 149.	275.	Pœna si iam ipso iure imposita sit, & etiam iam quæ sita sit parti, & fisco, siue Republicæ, per confessionem, aut aliud quid aduentitium, an & quomodo sit pœnitentiæ locus. causa. xxx. num. 16.	125.
Periculis Atheniensis apophthegma, Vsq; ad aram. cau. xxij. nu. 88.	98.	Pœna non minuitur condemnato legis præsumptione. cau. xxvij. nu. 10.	114.
Pœna leuius infligenda, vbi à patrato scelere multum temporis intercessit. causa. xxix. nume. 1.	118.	Pœna minuitur ob ingrauescentem ætatem. cau. viij. nu. 1.	31.
Limitatur ibidem. nu. 3.		Pœna statutorum non habet locum in delictis attentatis. cau. xxxvij. nu. 3.	156.
Pœna minuenda his, qui quadam ingenij subtilitate aberrantes peccarunt. causa. xij. numero. 1.	46.	Limit. num. 4.	ibidem
Pœna propter paupertatem an & quando minuatur. cau. xxxij. nu. 4.	143.	Pœna minuenda ijs potiùs, qui peccant tatum in omittendo, quàm ijs, qui in committendo delinquant. cau. xliiij. nu. 1.	178.
Pœna mitior imponitur, per viam inquisitionis, quam per viam accusationis. causa. liij. numero. 1.	285.	Pœna an propter paupertatem minuatur. cau. fa. xxxij. nu. 2. 3.	143.
Et an hoc habeat locum in iure ciuili. ibidem. numero. 2.		Pœna imminuaturne propter ebrietatem. Et quomodo id accipiendum. causa. vj. nume. 11. & 12.	27.
Pœna à statuto introducta, potest remitti, minui & augeri ex causa. in Præfatione, numero. 20. Baldi super hoc opinio. nu. 21.		Pœna imminuenda est in his, in quibus ex sola fama proceditur ad condemnationem. cau. xxvij. nu. 5.	113.
Pœna corporalis vel minima qualibet pecunia etiam maxima grauior est. causa. xxxj. numero. 29.	139.	Pœna delicti ob merita præcedentia minui potest. cau. xvj. nu. 5.	62.
Pœna quando grauior infligatur constitutis in dignitate, quàm priuatis. causa. xxxj. nume. 17. pag.	134.	Pœna si qua à consuetudine introducta sit, nõ licet iudici ab ea recedere. in Præfatione, numero. 4.	
Pœna relatiua an in nobili accusante plebeiũ locum habeat. cau. xxxj. nu. 30.	139.	Pœna ipso iure imposita potest ex causa minui. in Præfat. nu. 24.	
Pœna corporalis in absentem ferri nõ potest. cau. iij. nume. 2.	14.	Pœna ad paucos, exemplum ad multos peruenire debet. cau. xlvij. nu. 5.	203.
Pœna minuenda in minore vel leui quopiam dolo. cau. xv. nu. 1.	60.	Pœna omnes in arbitrio principis sunt constituta. cau. xvj. nu. 3.	62.
Pœna imminuenda, cum eius, qui deliquit conditione considerata, alij ad meliorem frugẽ traherentur. cau. xlvij. nu. 1.	207.	Pœna delictorum aut remittendæ aut minuendæ propter vicinitatem. causa. xxij. numero. 1. pag.	100.
Pœna delicti remittitur ei qui post cõmissum delictum baptizatur. cau. lv. nu. 1.	287.	Pœna aut omnino remittendæ aut certè minuendæ his, qui spirituali vinculo sibi iunctos	
Pœna minuitur in casu fauorabili. causa. xxx. nume. 15.	124.		
Pœna crescere debet ob facinoris immanitatẽ. causa. xlix. nu. 17.	213.		
Pœna carceris, exilij penam minuit. causa. xlj.			

Etosreceptarunt & defenderunt. causa. xxj. num. 1.	70.	Plato non tantum punit conatum, quantum opus ipsum. cau. xl. nu. 4.	164.
Pœne diffformes. causa. 31. nu. 34.	140.	Plato ira percitus seruũ verberare noluit. cau. j. num. 23.	8.
Pœna arbitraria arbitrio iudicum relicta sunt cau. xxxj. nu. 34.	ibidem.	Plato quas pœnas infligendas censeat in sanis, morbosis, senibus & iuuenibus. causa. viij. numero. 2.	31.
Pœnarum deprecationi quæ profunt. causa. xxxj. nu. 9.	132.	Plato in eodem genere delicti grauius punit omissionem, quàm commissionem. causa. xliiij. nu. 4.	179.
In pœnis arbitrarijs illud certum est, quod consuetum est. in præfat. nu. 5.		Plato Moylis legem imitatus. causa. j. nu. 16.	6.
Pœnitentia publica an ex causa in priuatam immutari possit. in præfat. nu. 28.		Plato res partim ad prouidentiam, partim ad necessitatem refert. cau. xxxiij. nu. 5.	146.
Periclitantem quæ commendant. causa. xxxj. nume. 9.	132.	Platoni miriùs punitur, qui ira cõcitatus, quàm quis spontè quenquam occidit. causa. j. num. 15. pag.	6.
Et cau. xlix. nu. 11.	211.	Platonis lex de homicidio. cau. i. nu. 15. ibidem.	
Per se illos in primis obseruant, qui proximè habitant. causa. xxij. nu. 1.	100.	Platonis lapsus. cau. xliiij. nu. 64.	197.
Perfarum mos in strangulandis senibus. causa. xxxj. nu. 6.	130.	Platonis consilium, vbi contingit plures ex ciuitate priuato consilio, sineq; communi auctoritate, aut pacem inire, aut bellum mouere. cau. xlvij. nu. 6.	203.
Persona tutoris legitimi fida & honesta satisfactio liberatur. cau. lj. nu. 41.	240.	Plautio Laterano mors, quæ ex sceleribus meruerat, ob patriuegrii meritum, remissa. cau. xlix. nu. 12.	211.
Perusij, tres monetæ conseruatores. causa. xlij. nume. 11.	170.	Pœna præpostera. cau. xxxj. nu. 4.	128.
Persuadere, grauius esse quàm cõpellere. causa. lvij. num. 4.	289.	Pontia filios duos veneno sustulit. causa. xliiij. nume. 8.	180.
Pestis magna, vicinus malus. causa. xxij. numero. 9.	103.	Postulatio quæcunque superioris, pro iussu habetur. cau. xxxv. num. 6.	151.
Petrus fidelior factus est postquam peccauit. cau. lj. num. 22.	232.	Potentes potenter tormenta patientur. causa. xxxj. nume. 20.	135.
Piaculum erat verberari eo die eũ, qui ad verberandum ducebatur, si ad pedes flaminis Dialis procubisset. causa. lv. numero. 4. pagina.	288.	Et ibid. num. 37.	141.
Pietas boni operis mater. causa. xxiiij. numero 1. pagina.	104.	Potentior qui rogat, rogando cogit. cau. xxxv num. 8.	152.
Pietas exercenda in quosuis homines & cum cis humaniter agendum, ac non summo iure vtendum in pœnis infligendis. cau. xxiiij. nume. 1.	ibidem.	Potestas ex causa superueniente potest recedere à statuto etiam per eum iurato. in præfat. numero. 33.	
Pietas & amicitia quadam cognatione connectuntur & quodam modo fraternizant. cau. xxij. nu. 15.	81.	Præcepta Mosaica à Christo in multis mutata ac reprobata. cau. xxxvij. nu. 8.	162.
Pietas quæ propriè parentum & filiorum est, eadem dicitur de naturalibus. causa. xx. numero. 12.	68.	Præceptorum diuinorum partitio. cau. xxxvij num. 6. & 7.	161.
Pietas circa quæ versetur. causa. xxij. nu. 15.	81.	Præceptorum contemptus æqualis: quanuis illorum alia grauiora, alia leuiora. cau. xliiij. nume. 16.	183.
Pietas circa quæ versetur. causa. xxij. nu. 15. 81. Eiusdem descriptio.	ibidem.	Prælati an possit suis consanguineis committere œconomiam ecclesiæ. causa. lj. numero 143. pag.	274.
Pisistratus Atheniensis tyrannus amjco Thrasippo. conuictus & iniurijs pugnanti parit. cau. vj. nu. 7.	25.	Prælati si quid agant, à famulis in exemplum trahitur. cau. lj. nu. 97. & 98.	259.
Pisistrati Atheniensium tyranni elegans. espõsum ad vxorem hortatẽ vt supplicium sumeret de eo, qui filia sua osculum præbuerat. cau. liij. nu. 5.	18.	Præmium ex dolo. cau. lj. num. 1.	281.
Pittaci Mitileni lex in ebrios. cau. vj. nu. 8.	25.	Præsentia consanguineorum excludit præsumptionem fraudis & metus. causa. xxij. nume. 50. & 51.	92.

præsen-



I N D E X.

Præsentia alterius partis an necessaria in iuramento testis, cuius dicto necessario standum est. cau. l. j. nu. 133. 270.

Præsumptio delicti, quibus modis mitiganda. cau. xv. nu. 2. 60.

Præsumptio quod quis sit bonus, non attenditur ubi agitur de tertij præiudicio. causa. l. j. nume. 61. 246.

Præsumptio duplex, hominis scilicet, & legis. cau. xxvij. nu. 10. 114.

Præsumptio quod quis ex certa scientia & do lo aliquid fecerit, an releuet, si nõ allegetur. cau. xliij. num. 20. 21. 55.

Preces superioris iustum metum cur inducât. cau. xxxv. nu. 9. 152.

Presbyter nemo ordinandus ante legitimam ætatem quantumvis sit dignus. causa. l. j. numero. 8. 228.

Princeps potest ex causa contractum, à se initum reuocare. in Præfat. nu. 41.

Princeps secularis potest ex causa limitare ius diuinum. in Præfat. nu. 49.

Princeps potest ex causa tollere defensionem, etiam si naturalis sit. in Præfat. nu. 44.

Princeps qualis fuerit in Repu. tales erunt ciues. cau. xxxj. nu. 39. 141.

Princeps potest delinquenti, ratione specialis amicitie, pœnas remittere. causa. xvj. numero. 3. 61.

Princeps propter scandalum non punitur. cau. xlvj. nume. 1. 201.

Princeps ex causa potest cognoscere de causa & iudicare parte non citata. in Præfat. numero. 43.

Princeps potest ex causa ius aut rem alterius auferre. in Præfat. nu. 38.

Princeps captiuos ex carcerare non potest, ob sceleris immanitatem. cau. xlix. nu. 27. 215.

Principis & alterius magistratus mandato, qui ratione timeri potest, delinquens mitius puniendus. cau. xxxliij. nu. 1. 2. & 3. 148.

Probitas cur in tanto pretio sit. causa. l. j. nume. 156. pag. 277.

Principium preces armatæ. causa. xxxv. numero. 1. 150.

Probum neminem esse existimandum, antequam diutius motes illius probati fuerint. cau. l. j. nu. 158. 278.

Procurator non admittitur cum corporalis pena uenit imponenda. cau. iij. nu. 2. 14.

Procurator constitutus ad exigendum, potest solutionem recipere, si bonæ fidei uir fuerit. cau. l. j. num. 147. 275.

Procurator ex causa superueniente potest reuocare factum domini. in Præfat. nu. 30. 190.

Prodigo parcitur in delictis in omittendo. cau. xliij. nu. 45. 135.

Proditio nobilitati maximè contraria. causa. xxxj. num. 21. 135.

Proditor nobilitatem amittit, & quare. causa. xxxj. num. 21. ibidem.

Proditoris, etiam nobilis, insignia delenda. causa xxxj. nu. 21. ibidem.

Professio à voto non longè distat, imò est voti species. cau. j. nu. 30. 11.

Proles naturalis habetur pro legitima quo ad fœdus naturale. cau. xx. nu. 12. 68.

Professio iracundiæ æstu facta, nec tenet, nec obligat. cau. j. nu. 30. 11.

Propositum in proposito idè operatur quod oppositum in opposito. causa. xliij. nume. 58. pag. 194.

Prouisio singularis fit propter singularia merita, quæ secundum statuta generalia fieri non possent. cau. xlix. nu. 9. 210.

Prouisiones generales statutorum, recipiunt tacitas exceptiones, propter causas emergentes. cau. xlix. num. 9. ibidem.

Prouocatus iniurijs, si vicissim iniuriam dixerit ei, qui prouocauit, non debet puniri. cau. j. nume. 12. 5.

Prouocatus, si eum qui prouocauit, fugientem interimat, lege Corn. de sic. tenetur. causa. j. nume. 9. 4.

Ptolemæus rex amore Galetæ condemnatis quibusdam supplicium remisit. causa. xvij. numero. 1. 62.

Puella si reum mortis in maritum poposcerit, eum liberat ex consuetudine Franciæ. causa. lvj. numero. 1. 288.

Puer apud Athenienses sacrilegij pœna damnatus est, quod laminam auream, quæ ex Dianæ corona deciderat, sustulisset. causa. vij. numero. 9. 31.

Puerum ætas excusat, foeminam sexus. causa. vij. nume. 3. 28.

Pueritia vnumquenque à vindicta retrahere debet. cau. vij. nu. 7. 30.

Puniendus non est, qui ex consuetudine publica quidpiam facit. cau. xliij. nu. 9. 169.

Puniendus mitius est is, qui ex vehementi præsumptione, non euidentibus probationibus condemnatus est. cau. xxvij. nu. 1. & 9. 110.

Punitur interdum quis propter scâdalum, aliâ non puniendus. cau. xlvj. nu. 2. 201.

Pupillus si in omittendo deliquerit, mero iure non punitur. cau. xliij. nu. 44. 190.

Punitus in foro pœnitentia, potest accusari, & puniri

I N D E X.

puniri in foro iudiciali. cau. xxv. nu. 4. 107.

Purgatio quid eiusdem partes cau. xliij. nu. 12. 52.

Pyrrhi humanitas in adolescentes, qui se inter bibendum conuitijs maledictisq; onerarât. cau. vj. nu. 5. 25.

Q.

QUALITAS notoria dicitur, quæ prima facie de iure communi talis est. in Præfat. nu. 6.

Qualitatem allegare sufficit, ex qua infertur illud, quod ius præsumit, sine illius allegatione. causa. xliij. numero. 17. 54.

Querela viginti annorum excluditur exceptio ne eius, qui à familia occisus est antequam mortem illius uisceretur. cau. xxix. num. 2. pagina. 118.

Limit. nume. 7.

Quæstio facti est in iudicantis arbitrio. in Præfat. num. 2.

Quæstiones olim seruis tantum dabantur. cau. xliij. nu. 16. 54.

R.

RAPVISSE uerbo, quid continetur. causa. xxxvij. nume. 5. pag. 157.

Raptor est tam qui pauperi non subuenit, quam qui aliena rapit. cau. xliij. nu. 9. 180.

Rarò corrigitur quod uenit in consuetudinem. cau. l. j. nu. 3. 225.

Ratio antea factæ uitæ habenda ad æstimanda metiendaque facta dictæ uerborum. cau. l. j. num. 3. ibidem.

Rationes aut priuatæ scripturæ defuncti præsumptionem faciunt. cau. l. j. nu. 3. 229.

Receptatores affinium & cognatorum mitius puniendi. cau. xxx. nu. 1. 65.

Rektor ciuitatis qualis est, tales inhabitantes in ea. cau. xxxj. num. 39. 141.

Relictum prælato à consanguineo, præsumitur ratione personæ, non ecclesiæ relictum. cau. xxxij. num. 24. 84.

Religiosus, qui credit matronæ graui & fidedignæ, dicenti aliquam habere licentiã à proprio sacerdote, excusandus est à pœna Clement. j. de priuil. cau. l. j. nu. 32. 238.

Remissio, quam ecclesia baptizato tribuit, causam limitatam, animæ respectu, habet. cau. xxxv. nu. 3. 107.

Religiosus peccans occultè & sine scandalo, nõ ex contemptu, nec contra religionis uotum in eodè genere peccati, peccat leuius, quam secularis. cau. l. j. nu. 21. 232.

Religiosus potest esse procurator pro amico monasterij, etiam laico, sicuti & pro monasterio etiam sine abbatis consensu. cau. xxxij. num. 40. 89.

Renuntiatio productionis testium, & conclusio in causa, idem causa. l. j. numero. 118. pagina. 265.

Renuntiatio beneficij facta per metum illatum clerico, sicut cassatur, ita & si fuerit illatus consanguineis clerici. cau. l. j. nu. 72. 250.

Rem manifestam inficiari, auctoris crimè est, non diluentis. cau. xxx. nu. 3. 121.

Res alienas inuadit, qui nõ soluit quod debet. cau. xliij. nu. 11. 181.

Res quæque ad suam naturam facillè reuertitur. cau. l. j. nu. 18. 31.

Reuersus ad nos, & intra præsidia nostra esse intelligitur, qui ad amicos peruenit. cau. xxxij. num. 68. 95.

Rescriptum, in quo ueritas tacetur, non omnino uitiatur. cau. xliij. nu. 41. 189.

Rescriptum ad beneficium, quo quis dicit se nullum habere, cum modicum aut minus sufficiens habeat, non uitiatur, causa. xliij. numero. 39. 188.

Rescriptum subreptitum, an det iurisdictionem mero iure. causa. xliij. nu. 38. 188.

Rescripta ad lites, nulla sunt ex obreptione, non autem ex subreptione. causa. xliij. numero. 40. 189.

Reus est & qui mendacium loquitur: & qui ueritatem tacet. cau. xliij. nu. 16. 182.

Reus criminis an detinendus in carcere, & quâdo & qualiter. cau. xxxj. nu. 11. 132.

Rex insipiens perdit populum suum. cau. xxxj. & l. j. nu. 39. & 97. 141. 259.

Rhaconis Mardi constantia in damnando filio. cau. xvij. nu. 3. 63.

Ripam qui uult munire, de damno futuro uel cauere uel satisfacere debet, secundum personæ qualitatem. cau. l. j. nume. 37. 239.

Rixa, metus instantis periculi, & intentus dolor pessimi sunt consultores. causa. j. numero. 7. pag. 3.

Roboam Salomonis filius stolidus & ignauus. causa. l. j. nu. 44. 241.

Rogatio domini, præceptum est. causa. xxxv. numero. 2. 150.

Rogo uerbum à summo pontifice prolatum, præcepti uim habet. cau. xxxv. nu. 4. 151.

Et Rogatio

Rogatio ducum, iubendi species violenta. cau. xxxv. num. 3.	ibidem.	Sandoces Aetolidis praefectus, quod iniquam sententiam ob pecuniam tulisset, cruci affixus. cau. xlix. nu. 7.	210.
Romani cum accepissent Barbaros immolasse dijs hominem, accersitos, cum id consuetudine quadam fecisse accepissent, impunito dimiserunt. cau. xlij. nu. 3.	168.	Sapiens qui semel fuerit, in contrarium habitum transire non potest. cau. lj. nu. 3.	225.
Romani in deferendis honoribus & magistratibus quid spectarint. cau. lj. nu. 151.	276.	Sapiens stolidos generat. causa. lj. numero. 45.	242.
Romanorum decretum quando peccabat multitudo, atque etiam in disciplina militari. cau. fa. xlvij. num. 4.	203.	Satisfactio tutoribus legitimis, si sint personae honestae, remittitur. cau. lj. nu. 41.	240.
Rusticitati non parcitur in his, quae sunt introducta ad rigorem iuris conseruandum. cau. xj. nu. 18.	44.	Satisfacere vbi quis tenetur ex forma statuti an tequam Potestatis officium acceptet, si is est idoneus, credetur soli cautioni, cum generali bonorum hypotheca. causa. lj. numero. 38. pagina.	239.
Rusticus non excusatur in his, quae faciunt ad formam & solennitatem actus. causa. xj. numero. 19.	45.	Satisfacere, verbum, intelligitur cum fideiussore. cau. lj. nu. 41.	240.
Rusticus sagax non excusatur, si quid peccarit. cau. xj. nu. 17.	44.	Scandalum facit vt aut remittatur poena, vel vel certe minuatur. cau. xlvj. nu. 1.	201.
Rustico, qui contra naturam peccauit, parcendum non est. cau. xj. nu. 21.	45.	Limit. nu. 4.	202.
Rustico parcitur in iure civili, cum peritiores consulere non potuit. causa. xj. numero. 20. ibidem.		Scientia praesumitur in factis vicinorum. cau. xxij. nu. 2.	100.
Rustici peritiores consulere debent. cau. xj. numero. 21.	ibidem.	Scientia an comprehendat ignorantiam affectatam. cau. xij. nu. 23.	56.
Rusticis succurritur in expressis à iure civili tabum. causa. xj. nu. 23.	ibidem.	Scientia in maleficijs quando alleganda. cau. xij. nu. 19.	55.

S.



SACERDOS potest poenam iniunctam minuere, ex magna causa. in Praefatione. nu. 27.

Sacerdos alioqui postulare prohibitus, potest tamen pro coniunctis personis, si necessitas suadeat. cau. xxij. numero. 39.

Sanctitas personarum atque integritas multum habet ponderis contra generalia legum decreta. causa. lj. num. 13.

Et quomodo id procedat. ibid.

Sanctitas virorum nihil facit, si agitur de animae periculo, vbi quidpiam praeeperint vel dixerint. cau. lj. nu. 16.

Sanctitas in Papa praesumitur. causa. lj. numero. 89. pagina.

Sancita veteris testamenti trifariam diuiduntur. cau. xxxvij. nu. 4.

Salomon in adolescentia in regem vnctus. cau. fa. lj. nu. 152.

Sanguinis qualitas nullo pacto aboleri, nulloque iure dirimi potest. causa. xx. numero. 7. pagina.

Scribere vt turpe est quod non debetur, sic im probum est non referre quod debeas. causa. xliij. num. 16.	182.
Scribas quaestiones exercere negotiationes lege Clodia prohibitum. causa. xlij. numero. 3. pagina.	168.
Scripturae priuatae mercatoris quando standum. cau. lj. nu. 13.	229.
Scripturae mercatorum faciunt magnam praesumptionem. cau. lj. nu. 38.	272.
Scriptura priuata facit probationem semiplenam. cau. lj. nu. 105.	261.
Scipio Africanus admodum adolescens, consul renuntiatus est. cau. lj. nu. 151.	276.
Sceleris immanitas facit, vt quis aliquando ad bestias condemnatur. causa. xlix. numero. 44. pag.	218.
Sceleris atrocitas, facit vt prohibiti accusare, accusent. cau. xlix. nu. 23.	215.
Secreta amicis committuntur. causa. xxij. numero. 73.	96.
Senatores per vias vrbs ingredi indecorum. cau. xlij. nu. 3.	168.
Senectus, vt velut altera adolescentia atq; pueritia. cau. vij. num. 3.	32.
Sententia nulla atque inualida an excusetur a do. lo. cau. xliij. num. 8.	175.

Senes

Senes sensum puerilem habent. Et vnde dicantur senes. cau. vij. nu. 7.	33.	num. 17.	231.
Senes cur pueris mire delectentur. causa. vij. numero. 4.	32.	Solennitas extrinseca in actu confecto à probro viro, quando praesumatur interuenisse. cau. lj. nu. 15.	230.
Senes si quid peccent, clementius sunt plebedi. cau. vij. nu. 7.	33.	Solon monet Areopagitas, vt perpendant an scelus, mors, vulnus, vel incendium prouidentia commissum sit. cau. xij. nu. 5.	48.
Sententia mandatur executioni ob criminis atrocitatem intra tempus decem dierum cessum ad appellandum. causa. xlix. numero. 29. pag.	216.	Somnus morti similis & eiusdem imago. causa. v. num. 2.	19.
Sententia lata contra absentem dolo aduersarij, nulla est ipso iure. cau. xliij. nu. 36.	188.	Somnus quomodo fit. cau. v. num. 8.	22.
Sententia criminali in grauibus delictis executioni mandatur diebus etiam feriatis. causa. xlix. num. 31.	216.	Somnus, parua est mors: mors, magnus somnus. cau. v. nu. 5.	20.
Sententia expressè lata contra regulas iuris communis, nulla est: licet reperiantur aliqui casus excepti, in quibus posset saluari. in Praefat. num. 63.	216.	Somnus, Sopor, Quies, pro Dormire, Morte, & Mori, usurpata. cau. v. nu. 6. & 7.	20.
Sententia, si causa inepta, & non legitima exprimitur, vitatur. cau. xliij. nu. 63.	196.	Somnus veluti publicanus, dimidium vitae auferit. cau. v. nu. 3.	19.
Sententia quando fertur contra fundatam alterius intentionem, eius rei causa expriment da est. in Praefat. nu.		Somnus, mortis frater Homero. cau. v. nu. 4. 20.	20.
Sepulchra de albata. causa. lj. nu. 4.	226.	Somnum & Mortem, parum differre. causa. v. num. 8.	21.
Sergius Galba poena & iudicio soluitur libero rum ratione. cau. xxvj. nu. 2.	109.	Sortitioni in milites animaduertebatur, vt metus ad omnes, poena ad paucos perueniret. cau. xlvij. nu. 4.	203.
Seruus tenetur iuuare dominum. causa. xliij. num. 70.	198.	Speculator, practicae pater. causa. j. nu. 12.	5.
Serui è Caria fugaces. cau. xliij. nu. 56.	193.	Spiritu non omni credendum. causa. lj. numero. 16. pagina.	230.
Seruus alioquin incapax, ob sceleris grauitatem admittitur ad supplicandum & impetrandum delictum. cau. xlix. nu. 20.	214.	Stipulari pijs locis & causis quilibet potest verbis directis. cau. xxij. nu. 15.	81.
Seruus si à possessore bonae fidei fugerit talis tamen habitus, vt custodiri non debuerit, absoluentus est possessor. causa. lj. numero. 36. pagina.	238.	Statutum, vt propter confessionem deducatur quarta pars poenae, non habet locum, quando poena nullam diminutionem recipit. causa. xxx. num. 20.	125.
Serui dominorum morbis inficiuntur. causa. lj. numero. 95.	258.	Statutum aut alia constitutio puniens capitaliter homicidium, aut aliud delictum, quomodo sit accipiendum. cau. xij. nu. 10.	50.
Seueritas in peccata paucorum exercenda. cau. xlvij. num. 1.	202.	Statutum licet permittat bannitum impune occidere: filius tamen patrem bannitum occidere non potest. cau. xx. nu. 6.	69.
Seueritati quando aliquid detrahendum. cau. xlvij. nu. 1.	ibidem.	Contrariam opinionem vide nu. 7.	70.
Siccio Dentatus ter consul, rebus domi forisque insignis, ob tyrannidem de rupe praecipitatus. cau. xlix. nu. 13.	211.	Statutum vt non valet factum contra clericos, sic neque contra consanguineos eorum. cau. fa. lj. num. 73.	250.
Siletij peccatum grauius, quam locutionis Alexandro Ales. cau. xliij. nu. 5.	179.	Statutum & si restringat facultatem probandi, ad vnam speciem probationis tantum possunt tamen testes spectatae fidei produci, & admitti. cau. lj. nu. 117.	265.
Simile simili gaudet. cau. lj. nu. 96.	258.	Statutum si punit facientem tractatum, non requiritur facti consummatio. causa. xxxvij. num. 6.	158.
Cum simoniaco, quem commendat antea acta vita, mitius agitur. cau. lj. nu. 20.	232.	Limit. num. 7.	
Societatum omnium quenam praestantissima. cau. xxij. nu. 2.	77.	Statutum eum puniens certa poena, qui rapuerit rem alienam, locum ne habeat in eo qui fregit ostium alterius vt raperet. cau. xxxvij. num. 5.	157.
Simulatum non potest esse diuturnum. cau. li.		Statutum promittens impunitatem alicuius	

Ec 2 offen-

offensa, an æquè in omittendo, aque in com mittendo sit accipiendum. causa. xliij. numero. 49. 191.
 Statuto an & quando derogare possint hi, qui bus à ciuitate concessum est arbitrium. in Præfat. num. 29.
 Statuta secundum rationem accipienda sunt. in Præfat. nu. 22.
 Statuta, quæ leuius puniunt nobilem delinquē tē quam plebeium, quomodo accipienda. cau. xxxj. num. 36. 140.
 Statuta propriè & naturaliter non fictitiè inter pretanda. cau. xxxvij. nu. 2. 156.
 Statutorum prouisiones generales recipiunt tacitas exceptiones propter casus emergen tes. cau. xlix. nu. 9. 210.
 Stesimbrotus patris iussu securi percutitur. cau. sa. l. j. num. 4. 282.
 Stipulatio huiusmodi tum demum valet, Pro mitto centam, si Titius plagium fecerit, cum Titius ille sit meus consanguineus, aut ami cus. cau. xxij. num. 49. 92.
 Stipulatio non solum amici, sed & extranei ab eo ratificata pro quo fuit interposita, æquè prodesse debet atque stipulatio procurato ris, qui mandatum ab initio habuit, vt rati habitio retrotrahatur. cau. xxij. nu. 20. 83.
 Subtilitas nimia ad perniciem tendit. causa. xij. num. 3. 46.
 Subtilitas nimia mauius improbat, quam ni mia grossities. cau. xij. nu. 2. & 3. ibidē
 Superior de suorum officialium facto tenetur. cau. l. j. num. 56. 244.
 Superioris cuiusuis iussui non semper paren dum. cau. xxxiiij. nu. 3. 149.
 Supplementū non recipit, quod nihil est. cau. l. j. num. 124. 268.
 Supplicium si quis demeruit, an & quo casu cō fessus iniuriis, quam conuictus, puniatur. cau. xxx. nu. 14. 124.
 Supplicia immētorum cruciatuum semel luif se satis est. cau. xlj. nu. 1. 165.
 Suspendiosos luctu priuant leges. causa. xxxj. nume. 5. 129.
 Suspectus tutor quis dicatur. cau. l. j. nu. 46. 242.
 Suspicio fraudis in honestissimam cadit perso nam. cau. l. j. nu. 88. 255.

T.



T A B A R E N I senibus, quos impensè dilexerant, patibulis suspēdebāt. cau. xxxj. nu. 6. 129
 Tabellio condēnatus de delicto in

officio cōmissio, non potest vltra officium il lud exercere. cau. lvij. num. 8. 292.
 Tabulæ eius, qui verum non retulit æquè da mnantur, atque eius qui falsum præscripsit. cau. xliij. nu. 16. 182.
 Tacere cum doleas, difficilimum. causa. j. nu mero. 22. 8.
 Taciturnitas quando nocet. causa. xliij. nume. 65. pag. 197.
 Taltricij verba de vestitu atque calciatu non decore. cau. xlij. nu. 3. 168.
 Taurus philosophus non admittit consuetudi nem in malis. causa quadragesimasecūda, nume. 13. 171.
 Telum ingens necessitas. causa. xxxiiij. nume. 3. pagina. 145.
 Temeritas excusat à dolo. causa. xliij. nume. 5. pagina. 175.
 Tempus carceris computatur in tempore exi lij. causa quadragesimaprīma, numero pri mo, pagina. 165.
 Tempus delicti commissi attenditur in delictis non pœnæ mutatio. causa tertia numero. 4. pagina. 14.
 Tempus solum iustum virum ostendit. causa. l. j. nume. 18. 231.
 Tentare Deum & facere, idem pollet. causa. xxvij. nu. 5. 116.
 Testimonium triennalis temporis sufficit ad meliorem delictorum purgationem & ad virtutis augmentum. causa. xxix. numero. 5. pagina. 116.
 Testimonium iniurati apud Athenienses non admittebatur. cau. l. j. nu. 135. 271.
 Testis iuratus deponere debet alioqui eius di ctum nullum. causa. l. j. nu. 136. 271.
 Testis vnus probitas & spectata fides supplet defectum contestis minus idonei. causa. l. j. nume. 21. 232.
 Limit. nu. 124. 268.
 Testis quod in parte tantum falsus, omnino falsus habeatur, eiusque testimonium in om nibus cæteris paribus, etiam separatis, ni hil valeat, quomodo sit accipiendum. causa xliij. nu. 42. 189.
 Testis si dicat se aliter deposuisse, quā scriptis exceperit notarius, vtri potius credendum. cau. l. j. num. 129. 269.
 Testis non iuratus, vir spectatæ fidei, præsum ptionem facit, aliorumq; testium fidem cor roborat. causa. quinquagesimaprīma, num. 137. pag. 271.
 Testis dictum cum dubitatur an valeat quādo scilicet notarius, qui eū examinauit, scribit quod

quod idem per omnia deposuit atque alij te stes, indubitanter valet, modo sit bonæ fa mæ & opinionis. cau. l. j. nu. 128. 268.
 Testis notæ & spectatæ fidei, potest diu suū corrigere vsque ad publicationem testium. cau. l. j. nu. 127. ibi.
 Testis dictum, non citati, sed spontè deponen tis, fidem facit, quando persona est fide di gna. cau. l. j. nume. 132. 270.
 Testis de falso punitur, qui verum supprimit, cau. xliij. nume. 15. 182.
 Testi deponenti se scire aliquem bonum & le galem virum, quia vicinus est, creditur. cau. xxij. nu. 2. 100.
 Testes duo quando ex forma legis requirun tur, debet vterque esse probatæ vitæ. causa. l. j. nume. 123. 268.
 Testes singulares an & quando probent. cau. l. j. nume. 106. 262.
 Testes puniri non debent de falso, qui depo fuerunt se id scire, quod à viro optimæ, fa mæ & opinibnis audiuerunt. causa. l. j. nume. 10. 31. 237.
 Testes potest adhuc pducere pars, etiam post publicationem à iudice factam, si superue niat causa verisimiliter non cogitata tempo re publicationis. in Præfat. nu. 50.
 Testem aliās non idoneum, admitti propter sceleris acerbitatem, quomodo sit accipien dum. cau. xlix. nume. 25.
 Testium defectus suppletur per fidem & inte gritatem expertam notarij. causa. l. j. nume. 10. 126. 269.
 Testium certus numerus quādo requiritur ad solennitatem, vel substantiam actus aliorū testium, integritas non supplet vnus defe ctum. cau. l. j. nu. 123. 268.
 Testibus etiam verisimilia non deponentibus creditur, quando sunt valde digni. causa. l. j. nume. 107. 262.
 Themistocles agrum venalem cōmendat à pro bitate vicinorum. cau. xxij. 5. 102.
 Theophrastus vnde nomen acceperit. causa. l. j. nume. 81. 253.
 Thespeus à mortereuocatus. cau. lvij. nu. 5. 289.
 Thomacij adolefcentis dictum celebre. causa. xliij. nu. 56. 193.
 Tiberius virgines à carnifice vitiatas (quoniam virgines strangulare nefas erat) strangulari iussit. causa. xxxj. nume. 7. 130.
 Tiberius Cæsar insignem artificem, qui vitrū flexibile componebat, è medio sustulit. causa. l. nume. 3. 219.
 Tiber. Isis sacerdotess in cruces adigit, eiusq;

templum euertit, statnamque ipsius deæ in Tyberim deiecit. causa. iij. nu. 4. 17.
 Titius Caium percutere volens, socium percuf sit, an corporaliter puniendus sit. causa. xliij. numero. 2. 58.
 Titus Flaminius, Decij Rullij, Coruini, multiq; alij admodum adolefcentes, quod Pop. Ro mani imperium auxerint, consules creati sunt. cau. l. j. nume. 151. 276.
 Tortura vtriusque manus abscissione grauior. causa. xxxj. nume. 16. 134.
 Tortura potest etiam adhiberi diebus pascha libus propter criminis inhumanitatem. causa. xlix. nu. 27. 215.
 Transactio rescinditur metu illato consanguineis transigentis. causa. l. j. nu. 71. 249.
 Traianus in suo municipe ac nepote deligen do falsus est. cau. l. j. num. xliij. 241.
 Tropus interdum ad coniecturas pertinet. cau. sa. xj. nu. 13. 43.
 Tullio Ciceroni melius fuerat filios nō habere. cau. l. j. nu. 44. 241.
 Turbatus non potest semper habere stateram in manu. cau. j. nu. 8. 4.
 Tutelæ legitimæ modum supergressus, si ag gressorem interimat, punitur tanquam cul pabilis, non tanquam dolosus. causa prima nume. 6. & 8. 4.
 Tutor potest bonorum possessionem pupillo delatam repudiare, pupilli amicis interue nientibus. causa. xxij. nu. 51. 92.
 Tutor, quanuis pauper, fidelis tamen & dili gens, remouendus non est vt suspectus. cau. sa. l. j. nu. 46. 246.
 Tutores legitimi licet satisfacere debeant remit titur tamen satisfactio, si sint personæ hone stæ. cau. l. j. nume. 41. 240.
 Tyrannidis affectatores fortissimos homines & Reipub. sæpenumero non mediocriter opitulatos morte mulctarunt Romani. cau. sa. xlix. nume. 15. 212.
 Tyroni, & in nouo quopiam negotio nō satis perito, parcendum. cau. x. nu. 1. 36.

V



V A S A L L V S perdit feudum, si cum amicis domini inimicitias contrahat. causa. xxij. nu mero. 61. 94.
 Valetudo non comparentem & eius consanguineos excusat. causa. l. j. nu mero. 78. 252.
 Velamen administrationis furtum tēperat, vt Ec 3 admini-

I N D E X.

administratio delictum mitigat. causa. lviij. num. 1. 290.	Violentia facellum Corinthi. causa. xxxiiij. numero. 5. 146.
Veneno occidere grauius quam gladio, causa. lviij. nu. 4. 289.	Violentia delictum est contra ius gentium. causa. x. iij. nume. 8. 41.
Venditor predij, demonstratione facta, emptori confine nominare ex legibus R. non tenetur. cau. xxiiij. nu. 6. 102.	Vir vnus nemo cuncta dispicit. cau. l. nu. 63. 247.
Venia necessaria est, vbi totus exercitus defauit. cau. xlvij. nu. 5. 203.	Vir preclara fame, & magne sanctimonie, post dedicata testificata cur non admittendus ad testimonium. cau. l. nu. 11. 229.
Venia intercessoris causa & nomine quando detur. causa. xvij. nu. 2. 62.	Vir molestius fert vxoris adulterium quam filij interitum. cau. j. nume. 3. 2.
Ver non facit vna hyrundo, aut vnus dies. causa. l. nu. 159. 160. 279.	Vir adulterando aut fornicado grauius peccat, quam mulier. causa. ix. nu. 4. 15.
Verba quae largè & strictè accipi possunt, in materia restringibili strictè sunt accipienda. cau. xiiij. nu. 28. 57.	Viri plurimi prudentesque furiosos se simulant, vt commissorum aut committendorum im punitatem assequerentur. cau. ij. nu. 4. 12.
Verecundia, & peccati confessio proximum ad innocentè locu tenet. causa. xxx. nu. 8. 123.	Viro legali & probo, saepe illegalis & improbus succedit. cau. l. nu. 43. 241.
Verecundia poena mitior irrogari solet. causa. xxx. nume. 2. 121.	Virgilius natura consiliarius, omniumque rerum conscius. cau. l. nu. 157. 278.
Veritas temporis filia. cau. l. nu. 18. 231.	Virgines strangulare, nefas antiquitus. causa. xxxj. nu. 7. 130.
Veritatem occultare, non idem quod proferre mendacium. August. cau. xliiiij. nu. 72. 199.	Virtus saepe etatem anteit. cau. l. nu. 151. 276.
Verum tacere interdum licet, falsum dicere nu quam cau. xliiiij. nu. 72. ibidè.	Virtus animi pro satisfactione est. causa. l. numero. 37. 239.
Verum supprimens non equè punitur, ac falsum deponens. cau. xliiiij. nu. 71. ibidè.	Virtutis est honestè potius agere, qua non agere turpia. cau. xliiiij. nu. 56. 193.
Versus Italici literis aureis sub ostio Regis Roberti scripti. cau. xliiiij. nu. 62. 197.	Virtutis admiratio facit, vt delicta aut remittantur, aut certè minuuntur. cau. xlix. nu. 6. 210.
Vestales virgines, si casu in quèquam incidrint, qui ad leum agitur, necari non licet. cau. lv. nume. 3. 287.	Virtutis summa laus in actione consistit. cau. xliiiij. nu. 55. 193.
Vestaliu incestum committetium poena atrox. cau. xxix. nume. 1. 118.	Vita cuiusque repentè mutari non potest. cau. l. nume. 159. 277.
Vicinus iuxta melior est quam frater. procul. cau. xxiiij. nu. 1. 100.	Vita, vigilia est. causa quinta, nume. 3. 19.
Vicinus malus, magna pestis. cau. xxiiij. n. 9. 103.	Vita hominum altos recessus, magnasq; latebras habet. causa. l. nu. 7. 228.
Vicinus fines predij, quod emit docere debet. cau. xxiiij. nu. 6. 102.	Vita hominis nullius amicitia cincta praesidio, deserta. cau. xxij. nume. 4. 77.
Vicini potissimum ad conuiuium vocadi. causa. xxiiij. nu. 1. 100.	Vite probitas, personae honestas & fama electi, non suppleant defectum illegitimationis, ideoque despensatio necessaria. cau. l. numero. 12. 229.
Vicini probi vt nos oblectant, multisque afficiant comodis, sic improbi, detrimentis. cau. sa. xxiiij. nume. 4. 101.	Vita anteaetate qualitas excludit praesumptionem furti, aut indicium alias sufficiens ad torturam. cau. l. nu. 130. 270.
Vicini possunt propria auctoritate resistere officiali, in causa vicini. cau. xxiiij. nu. 3. 100.	Vita probitas facit, vt quis excusetur a simonia & ambitu. causa quinquagesima prima. nu. 132. & 154. 270. 277.
Victus si aedes flaminis Dialis introierit solvendus. cau. lv. nu. 4. 288.	Vitium irrepit sub virtutis specie. causa. l. num. 157. 278.
Vinitor aspidis morfu ad insaniam agitur. cau. xiiij. nume. 9. 49.	Vniuersitas an contractum a se in initum ex causa reuocare possit. in Praefatione. numero. 42. 10.
Victus si non cõdemnetur in expensis, debet eius rei causa exprimi. in Praef. nu. 66.	Vnus ex pluribus aliquem offendit, vel aliud quoduis delictum patrauit idq; constat, sed dubium
Vino vitis laqueo proximae diis libare prohibi tum. cau. xxxj. nu. 4. 128.	

I N D E X.

dubium est quis eorum fecerit, num puniendus sit. causa. lxiiij. nu. 1. & 2. 296.	Vulneres aliquè lethaliter, quem alter postea occidit, non ea poena plectitur, quam pepen disset, si vulneratus ex suo vulnere occubisset. cau. lxj. nu. 1. 294.
Vnius voci & assertioni quando credatur. cau. l. nu. 100. 260.	Vulnus iteratū, tardius sanatur. cau. x. nu. 8. 38.
Volo, vel, vellem relinquere Titio fundū, vbi & in quo disponat. cau. xxij. nu. 84. 97.	Vxor adulterans, viro domuiq; suae iniuriam adfert non modicā. cau. j. nume. 3. 2.
Voluntas pro facto apud Deum habetur. cau. xl. nu. 3. 164.	Vxor an & quando, idonea sit testis pro marito. cau. l. nu. 92. 256.
Voluntas potius spectanda in maleficijs, quam euentus. cau. l. nu. 7. 283.	
Voluntas omnia honesta opera inchoat, occasio perficit. cau. l. nu. 11. 284.	
Voluptas nullo amore potètiore. cau. iij. n. 2. 17.	
Voluptate venerea nulla vehemètiore, nullaq; rufiosior. cau. iij. nume. 2. 17.	
Votum pro opere apud Deum reputatur. cau. xl. nu. 3. 164.	
Votum emissum calore iracundiae, non valet. cau. j. nu. 27. 10.	
Votū quot necessaria habeat. cau. j. nu. 27. ibid.	
Vfurario manifesto aduocatus denegandus. cau. xlix. nu. 30. 216.	
Vulnerans animo occidendi, non tamen occidens, non tamen occidens, non punitur vt homicida. cau. xxxviij. nu. 1. 159.	



X
ENOCRATIS summa probitas & integritas, quanti ponderis fuerit apud Athenienses. causa quinquagesima prima. nume. 135. 271.



Z
ENO Antigonis preces, pro infu accipit. cau. 35. n. 5. 1514
Zenonis cur a militibus requiritur ad poenam. causa nona. numero. 2. 30.

FINIS INDICIS.

EXCVDEBATVR SALMAN
icæ in officina Andreae à Portonarijs
S. C. M. Typographi, anno ab
orbe Redempto 1559.
nonis Iunij.

